



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Expositio in Regulam Ordinis Carmelitarum in 3. partes divisa

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**



VENERABILIS PATRIS  
**THOMÆ à JESU,**  
 CARMELITÆ DISCALCEATI,  
 EXPOSITIO

IN  
 REGULAM  
 ORDINIS CARMELITARUM

A B  
 ALBERTO PATRIARCHA  
 Hierosolymitano traditam.

PRIMA PARS  
 HUIUS OPERIS  
 DE REGULIS, SVB QVIBVS  
 ORDO CARMELITARVM AB  
 initio suæ institutionis militavit.

*Argumentum prime partis.*



**R**ECTVS disserendi ordo postulat, ut in hac priori operis parte, qua præfationis vices gerit, agamus de illis Regulis, quibus Ordo noster à prima sua ætate fuit astrictus; ut sic gradatim ad Regulam ALBERTI descendentes, ejus sensum, & mentem clarius percipiamus. Cum enim Regula hæc ab alijs prioribus, antiquioribusque fuerit desumpta, his primis fontibus perspectis, facile erit rivulos ex eis fluentes colligere. cum igitur Carmelitarum Ordo tres vivendi normas à sua prima origine agnovit, in tria potissimum capita prior huius Operis pars dissecabitur. In prima, de regulis à maioribus nostris tempore legis scripta, & primitiva Ecclesie usque ad 10 ANNIS Episcopi Hierosolymitani sæculum servatis; In secunda, de Regula à celeberrimo hoc viro (quam alij sanctum appellant) 10 ANNE Patriarcha Carmelitis tradita dicam: Et in tertia Regulam ALBERTI, (quæ hodie in discalceatorum familia servatur) cum suis mitigationibus proponam. Itaque hæc erunt à me præstanda, ut circa unamquamque Regulam constet de Authore, de tempore, de loco, & de alijs circumstantiis, quæ rem ipsam notiores reddere solent.

CAPVT I.

Sub quibus Regulis Ordo Carmelitarum tempore legis veteris, & Prophetarum vixerit, quifve fuerit hujus Ordinis Author.

RES hęc a primo fonte deducenda est. Ostensus igitur hęc primam nostri Ordinis Regulam, oportebat prius hujus Institutionis Magistrum, & Authorem tradere. Quare (ut rem hanc debito ordine aggrediamur) primo loco hujus instituti Fundatorem, ac magistrum inquiramus: postea de priori Regula, sub qua tunc Religio floruit, dicturi.

De ELIA, Ordinis Carmelitarum Authore.

§. I.

Vite monasticae institutum a S. Elia ortum ducere qui tradunt

Hieron.

Isidorus Cassianus. Machar.

Sozomen.

Nicoph.

Bellarmin. Mar. Gal. Henricus.

Joan. Patriarcha.

Elia primus author colendae virginittis. 4. Regum. 1.

HAc prima parte demonstratos, Ordinem nostrum a magno illo antiquitate legis vate ELIA ortum habuisse, oportuit pręmittere, totius monasticae vitę institutum a viro hoc emanasse, eumque Evangelicę legis consilia, divino ac prophetico spiritu pręvidisse, primumque omnium observasse. Hujus rei testimonia passim apud Patres occurrunt; qui serē omnes ELIÆ, & ELISEO hoc penē divinum vitę genus deberi fateantur. Sentit hoc beatus Hieronymus Paulino scribens, & in Epistola ad Rusticum monachum. Sentit Isidorus libr. 2. de officiis cap. 9. Cassianus lib. 2. c. 15. & lib. 1. c. 2. Et Dorotheus in synopsi Prophetarum. Testatur idem S. Macharius in Sermone ad Monachos, ubi geminum agnoscit fontem, a quo omnes, quotquot Religiones sunt, emanaverunt: Primum in veteri lege ELIAM Thesbitem; secundum in hac nostra gratię Joannem Baptistam (illum alterum Eliam) agnoscit. Machario adherent Sozomenus in Tripartita libr. 1. cap. 11. Nicephorus libr. 8. historia cap. 39. & alij plures, quos junior es referunt Scriptores. In qua re potissimum consulendi Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 5. Mathæus Galienus de origine Monasticę, ac novissimē Henricus (ut alios plures omitam, quos ipse referit) Tom. 2. cap. 5. in Glossa littera B.

ELIAM igitur hanc arctam, angustamque vitam ante omnes ingressum esse, Joannes Hierosolymitanus Patriarcha (qui circa annos Domini 400. floruit) ex Scriptura colligit, idque in libro de institutione monachorum cap. 9. & 10. late probat. De qua re nos in libro de professione monastica latius dicemus. Nunc quasi adumbrasse sufficiat, ELIAM, ejusque successores castitatem, paupertatem, & obedientiam servasse. In Scriptura enim vates hic magnus, sine uxore, sine liberis, sine familia castam exlibemque vitam degens introducit. Imò primum auctorem colendę virginittis serē omnes Patres eum appellant. In tanta insuper paupertate vixit, ut vestium loco, zona pellicea amictus 4. Regum 1. describatur, & modò a vidua, modò a corvo victum, quasi mendicatum accipiens. Utriusque consilij virginittis, & paupertatis ELIAM fuisse cultorem, in Tractatu de voto castittis, & paupertatis aperitijs latiusque prosequuti sumus. Ac denique obedientię in Elieo, ac ceteris

Eliz successoribus (testante Scriptura 4. Regum 4.) replenduit: cum post Elie raptum, Eliseo ad Elie familiam revertenti occurrerunt omnes, eumque proni adoraverunt: quasi hoc ex tero reverentia signo contestantes, se obedientiam, quam prius ELIÆ prestiterant, jam in ipsam transferre. Notiora sunt hęc, & a nobis diligentius alijs probata.

Illud verò, quod nunc probandum aggredior, difficilius sanè apparetes est, ELIAM, ejusque successores professionem monasticam triplici serē ut nunc fit) votorum vinculo observasse. Quod etsi pari certitudine cum super traditis firmum non sit: probatione tamen magna non caret. Veritati igitur huic examinandę, conjecturis, quibus non parva fides debetur, utemur; prius id supponentes (quod & Catholicis certum est, a nemineque illorum haftenus dubitatum) in lege veteri receptum, usque firmatum fuisse, vove DEO, votisque pacisci, & obligari. Ita censet Ven. P. noster Waldensis in doctrinali libro 3. art. 2. cap. 21. cui & subscribunt viri gravissimi. Neque est cur in hoc amplius immoremur: cum passim in scriptura veteri plura emissa vota legamus. Genesim 29. Jacob Patriarcha votum vovit, David quoque de extruendo templo votum vovit DEO Jacob, ut dicitur Psal. 131. ac denique plura alia vovoguntur Levit. 27. num. 6. & 30. Deuter. 12. & 23.

Constat præterea, (constabatque id olim apud veteres Patres) quidquid illud sit, quod ex voti obligatione fit, multò esse pręstantius, ac DEO gratius, quam si libera ac soluta voluntate fieret. Cujus veritatis testis est Divus Thomas 2. 2. quasi. 88. artic. 6. Addit insuper promissio voto confirmata voluntati promittentis stabilitatem ac firmitatem non modicam, cum animus nulla humana potestate, nisi a seipso ligati possit, ac sua fragilitate, & inconstantia privati. De quo argumento plura apud Hieronymum Platum l. 1. de bono status relig. c. 20. eruditę (ut in alijs solet) scripta reperies.

Tertiò pręmittendum, in lege veteri Religionis vota expressa fuisse, & observata: sic enim Nazareos Religionis voto astringi affirmat Origenes in 20. cap. De vit. hom. 1. 1. Isidorus lib. 2. de officiis cap. 4. & latius Cassianus de corruptelis cap. 2. Ceterum ad rem propiüs accedamus, & de castittis voto specialiter differentes, hoc votum in lege veteri fuisse etiam fidelibus propositum, ostendamus. Primò ex illis verbis Isaię 56. in quibus Dominus consolatur eunuchos dicens: Non dicat eunuchus, ego lignum aridum: quia hac dixit Dominus eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint, qua ego volui, & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen meum a sicut, & filiius. Nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.

Quę verba intelligunt B. Hieronymus, Cyrillus, Augustinus de virginitate cap. 24. & Basilus in libr. de vera virginitate, de continentibus, id est, hijs, qui voluntarię servant virginitatem, non verò ad litteram de eunuchis, vel illis, qui a ventre matris sic nascuntur. Quod patet ex iplo contextu, quia nulla est major ratio, cur eunuchis sic natis promittatur major gloria, quàm sit filiorum, & filiarum Dei. Et licet ii patres tantum affirmant, in lege veteri prædictis verbis consuli voluntariam continentiam, nihilque exprimant de voto castittis; mihi tamen certum videtur, ex hoc loco non obscure colligi consilium circa votum castittis servandum. Idque ex alio scripturę simili loco, ad jun-

4. Regum.

Ostenditur in veteri lege de votis factis.

Waldens.

Genes. 29.

Psalm. 131.

Levit. 27.

Num. 6.

Deuter. 12.

23.

Quod ex

votum.

Deo gra-

tius, mag-

is que

merito-

rium esse.

Origenes.

Isidorus.

Cassianus.

Isaię 56.

Hieron.

Cyrillus.

August.

Basilus.

ad junctam... Tunc en... cum ead... tur est... ait: Suer... num cal... per spica... enim of... cont... Chri... solo pr... illis, q... contra... peccata... de Mon... nym... vota facta... co co... nostri... Chri... cona... Eann... ellian... gaat... vide... prest... sent... digi... ad... nal... (na... m... ipi... bra... met... do... nu... em... o... d... d... d... Philippi... SS. Tri... tate Theo... logiam... Carmeli... tena qu... lat. 2.

adjuncta Patrum observatione, confirmatur. Tunc enim plenè scripturam explicari exultimo, cum eadem scriptura sui est interpret. Locus igitur est Matthæi cap. 19. ubi Christus Dominus ait: *Sunt eunuchi, qui seipso castraverunt propter regnum celorum.* Ubi ipsa Eunuchorum appellatio perspicuè indicat ipsam continentiam. Non enim est Eunuchus, qui solum continet, sed qui ita continet, ut non possit non contineri. Quare Christus Dominus loquutus est non de his, qui solo proposito voluntatis omnem facultatem contrahendi nuptias amputaverunt. Hanc interpretationem rectè confirmat Bellarminus libro 2. de Monachis cap. 23. et Epiphanius hæresi 29. Hieronymo, Matth. 9. & Augustino, libro de sancta virginitate cap. 30. unanturque prædicto Matthæi loco communiter controvertitij contra hæreticos nostri temporis, ut probent castitatis votum à Christo Domino fuisse institutum. Simili ergo ratione locus ille ista est interpretandus, ut in illo, Eunuchorum nomine, non tantum continentis, sed etiam, qui continentiam voto firmanunt, intelligantur. Et quia fortasse alicui durum, novumque videbitur, in lege veteri castitatis votum fuisse expressum, cum potius lex ipsa castibiles, & oculos, semenque post se non relinquentes maledictione dignos ducat: ut constat ex Deuteronomio, cap. 23. adveniat oportet, scripturam non de semine carnali, sed spirituali accipiendam esse. Et utique (nempe quod in lege veteri castitatis votum commendatur, & quod maledictio feratur in eam tenes spirituali prole) testatur clausissime Damascenus libro 4. fidei Orthodoxæ capitulo 25. ubi virginiam aemulius laudibus effertens, postquam eam multis veteris legis Patrum exemplis observatam fuisse docuit: ut ostenderet, in illa lege non solum virginitatem servari, sed etiam votum continentiam emitti, & laudari, subjungit: *Novum lex magnum votum castitatem appellavit.* Et ut objectioni, quæ seculis offerre poterat ex verbis illis Deuteronomio. *Maledictus homo, qui non relinquit semen post se,* respondeat: statim adjecit: *Oportet igitur spiritualiter accipere legem præceptum.* Nam est semen spirituale per charitatem, & timorem DEI in mentis utero parturienti spiritum salutem. Sic autem accipiendam est hoc: *Bis autem est, qui habet semen in Sion, & familiares in Hierusalem.* Hæc Damascenus.

Quibus manifestè confirmat, in lege veteri fuisse castitatis votum; nec reprobam fuisse continentiam. Et quamvis Damascenus non exprimat locum, in quo lex magnum votum castitatem appellat; tamen, præter illum Isaiæ cap. 56. supra adductum, non video alium in scriptura, ex quo certius id percipi possit, nisi fortè illud accepit ex libro Sapientie cap. 3. ubi dicitur: *Felix spado, qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitavit contra Deum nequissima; dabitur enim illi fidei donum electum, & fors in templo DEI acceptissima.* Qui locus eundem sensum cum illo priori Isaiæ habet. Hæc autem tempore legis antiquæ dicta sunt, ex quibus clarè constat, in illa votum continentiam floruisse.

De voto verò obedientiæ etiam constat, apud monachos veteris legis fuisse receptum. Colligitur id aperte ex Josepho libro 2. de bello Judæo cap. 7. ubi de Essenis loquens, affirmat, eos, post biennium vota quædam, sive juramenta emittentes, inter quæ majorem obedire jurabant. Verba Josephi audiamus: *Præsertim vero quam incipiat communem habere vitam, magnis execrationibus adorat, se pro non volere Deum, deinde quoque erga homines servare ju-*

stitiam, & neque propria sponte nocere cuiquam, neque ex præcepto obesse, & collaborare semper justitia sectatoribus, fidem omnibus servare, maxime vero Principibus. Neque enim abique voluntate Dei cuiquam posse principatus potentiam contingere. Si verò ipsi ceteris præstet, nunquam se ab usum viribus potestatis ad contumeliam subditorum. Et paulò inferius: *Huiusmodi execrationibus explorant, & quasi præsumunt accedentes; deprehensos verò in peccatis à sua congregatione depellant: & qui taliter fuerit condemnatus, miserabili plerumque morte consumitur. Illi quidem sacramentum, ac ritibus obligatus neque capere ab aliis oblatum cibum potest.* Hæc Josephus.

Tandem paupertatem ELIAM, ejusque successores fuisse amplexos, docent D. Ambrosius & alij, de quibus nos in Tractatu de Voto paupertatis diximus. Quamvis (ut verum fatear) hi non doceant, Eliam, aut ejus familiam votum de servandâ paupertate emisisse. Id tamen ego tam de pauperate, quam de alijs votis nunc ostendam. Si enim ELIAS, ejusque successores monachorum institutum amplexerent, Deo se consecraverunt, castitatem, paupertatem, & obedientiam colentes, cum prædicti patres non ignati essent, fore DEO gratissimum, longeque meritum, propositum suum voto firmare: (hoc enim, ut supra præsumimus, in lege veteri notum, compertumque fuit) & præterea, cum aperte scirent, plurimum valere hanc votum emulsionem ad voluntatem nostram, quæ lubrica, ac in malum propensa est, in bono firmandam, in teoquo continendam: non est dubium, quin hoc votum auxilio ad prædictos fines juvarentur. Ad hæc accedat, illius societatis viros selectos ex grege Judæo, sapientia, & acutissime ingenij ceteram plebem longè superasse, quibus ignorantia tantæ rei contingere non poterat, maxime vero ELIAM, & Eliseum vitæ monasticæ duces, qui ex frequenti cum DEO colloquio, & lectione scripturarum, divinitus, & uberius inchoatos, qui in votis monasticis lacerent, fuisse adeptos, certè credendum est. Quare existimo, scripturam, & rationi valdè consentaneum esse, viros illos divino lumine ductos, institutum monasticum tribus votis firmasse. Maxime cum ELIAS specialiter DEI revelatione monasticæ professioni initium dederit. Hactenus constat, Eliam Prophetam institutorem fuisse monasticæ professionis, docuisseque trium votorum, ex quibus Religio constat, cultum, & observantiam.

Quo tempore, & loco vitæ excellens ELIAS monasticam vitam instituit, nunc aperiamus. De loco in primis constat, tunc apud Scripturam, tum apud auctores, fuisse CARMELUM montem. Ita Regum narra: historia, potissimum capitulo 18. & seq. libri 3. Et ne hujus nominis æquivocatio confusionem pariat, sciendum est, ex Hieronymo in Amos cap. 1. duos esse in Syria Carmeli montes. Unus est in tribu Juda (qui Hebræicè CARMEL dicitur) insignis, fertilis in pascuis, fructibus, & herbis, ferax vini delicatissimi: in hoc Saul Amalecitarum vicis habitavit ibi Nabal, qui repulit nuntios Davidis. Alter est in Galilæa in tribu Issachar (eodem teste Hieronymo, Isaiæ 16. & 29. & Hieron. 2. & 3. & ante ipsum Josepho de bello Judæo capitulo 9.) qui dicitur Carmelus maris: mons est excelcius valdè, & nemorosus, nobilissimis vineis, oleis, & bulbis, fructiferis arboribus, herbisque odoriferis abundans, ut ob summam rerum omnium copiam, fertilissimè, & abundantissimè in Scriptura comparetur. Absit à Ptolomæide ita dicitur 120. ut Josephus tradidit, ejusque passim multa sit mentio in Prophetis. 13

Ibom. à Jesu Oper. Tom. I. M m Hic

Ambros. Vid. art. 3. supra cit. quasi.

Legend. de his Eliæ & antiquæ legi monachorum votis est notus. Præsertim à S. Maria Tom. 1. Historia prophetica Ord. B. Mar. V. de mont Carmelo, lib. 1. cap. 4. & seq. Martini à Jesu Maria & Thomæ à S. Vincent. A. prologus pro his votis & ceteris. Item P. Damiani à V. Maria Appendic. ad Histor. Carmelit. cap. 3. in vineis Carmeli, alij que complures.

Hieron. Duo sunt montes Carmeli, & ambo describuntur.

In quo S. Elias commoratus fuerit?

Josephus.

Matth. 19.

Bellarmin. de Monachis cap. 23. Hieronymo, Matth. 9. & Augustino, libro de sancta virginitate cap. 30.

Deuter. 23.

Damascen. libro 4. fidei Orthodoxæ capitulo 25.

Vid. not. Philipp. à SS. Trinitate Theologum Carmelitana quasi. Lart. 2.

Josephus.

Vid. Art. 2. ejusdem quasi. dicitur Theolog.

Regum 4. ad Eliam eumque reverentiam quam prius esse. No. alia pro. gregior. egypte triplici. fle. Quod. fitum. caret. Ve. tis, quibus id suppo. à nemine. lege veteri DEO. Ven. P. 2. 49. 27. est carin. scriptura. sem. 29. quoque. O Jacob. 23. olim apud. od ex voi. ac DEO. tare fieret. 2. 2. quæ. to contin. ac firmi. a humana fragilita. gumenno. bono statu. a re. Religio. nem Ni. Origenes. officiu. cap. Ceterum. aris voto. ge veteri. idamur. Dominus. annu. eunuch. ta ego vo. mea. & filia. non pri. Cyt. Hic. filius in. est, his. verò ad. ematris. nentis. & ment. in. statiam. co casti. co non. stitatis. i loco. adjun.

IO. A. IESU

Spir. II

in quo S. Elias commoratus fuerit?

Josephus.

*Basil.*

Hic mons (ut verbis divi Basilij in *Epistola ad Chilonem* loquat) celeberrimus est, in quo ELIAS demoratus, nec placuit DEO. In illo namque vitam solitariam, & ab hominum consortio semotam professus est, ut praefer Basilium sentit Nazianzenis, in *oratione de Pauperum amore*; & in *Apologetica*, postquam ex fuga rediit, atque in *oratione in Maximum*. Cujus rei non inmemor Joannes Hierosolymitanus Patriarcha, *capitulo 19. de institutione monachorum*, & alibi saepe eam repetit.

*Nazian.*

*Joan. Hier.*

*Volateran.*

*Guil. Tyr.*

*Polydorn.*

Hic e gravissimis Partibus consentient Volateranus in *Anthropologia libro 21*. Guilielmus Tyrus *libro quinto Constitutionis bellis sacris cap. 3*. Polydorus *Vigil. lib. 3. de inventoribus rerum cap. 7*. Sabellicus *lib. 5. Aeneade 9*. pluresque alij, quorum testimonia referimus in *lib. 1. antiquitatu nostri Ordinis Carmeli. prope finem. r. sponione 1. proposit. 4.* Qui omnes uno ore farentur, montem hunc montem ELIAE, ELISEI, & illorum, qui *Filij prophetarum* appellabantur, fuisse nobilitatum. Imò in hoc monte ELIAM usque ad sui raptum permanisse, non obsecr ex *Martyrologio Romano die 20. Julij colligitur*: ubi haec verbi habentur: *In monte Carmeli raptus ELIAE Propheta, &c.* Cujus e iam rei signum est, ELIAE, post raptum, oratorium in hoc monte erectum: de quo apud Sueronium in *Vita Vespasiani cap. 5.* & Genebrardum, in *Chronologia lib. 1. anno mundi 3322.* mentio fit.

*Martyrol. Romanus.*

*Sacellum*

*In S. Eliae honorem in Carmelo, post eius raptum Deo dicatum.*

*Sueronius.*

*Genebrar.*

*Nazian.*

*Baronius.*

*Nicephor.*

*Cedrenus.*

*Joan. Hier.*

*Quare*

*Elia in Carmelo fuit in Ritueti Ordinem?*

*Montis Carmeli describitur eorum moditates*

De hoc oratorio ELIAE dicato existit epigramma Gregorij Nazianzeni apud Baronium in *Martyrologio 20. die Julij* quod sacellam, sive templum postea restitutum fuit per Helenam Constantinim matrem, ut auctor est Nicephorus *lib. 8. hist. Ecclesiastica, cap. 30.* Ac denique iterum per Basilium imperatorem, ut refert Cedrenus in *Compendio historiae in Basil.*

Panavit vero in hoc monte ELIAS monasticum institutum, tanquam in commodiori, & aptiori ad altissimum hoc vitae genus. Testatur id Joannes Hierosolymitanus, *cap. 19. in libro de institutione monachorum*, his verbis: *Studuit Elias deinceps religionem, quam inchoaverat, in loco idoneo plantare. Quare ad sui & suorum discipulorum suam mansionem, eligit, pra alyis Eremita, Carmeli montem tanquam commodiorem ad Propheticiam disciplinam, & vitam monasticam in eo edocendam, & exercendam. Mons quippe praebet Eremita homini ex sua silvitudine silentium, & quietem: ex suis antris congruam mansionem, ex suo situ jucunditatem, ex suo eminentisitu aërem salubrem, ex suis herbis, & fructibus pastum uberem, & ex suo fonte aqua viva dulcissimam. Propter quae omnia ELIAS in monte isto non modo elegit habitare: verum etiam domum orationi consecratam, appellatam (SEONION) in eo adificavit. Haec enim Patriarcha Hierosolym.*

*Joan. Hier.*

*Quo anno*

*ab orbe condito Carmeli Ordo à S. Elia institutus fuerit?*

*Genebrar.*

*Ado*

*Erardus.*

De tempore vero, quo divinus hic vates formam vivendi monasticam tradiderit, non conveniunt Auctores. Illud apud Joannem Hierosolymitanum *ut sup. cap. 20.* scriptum invenio: post institutionem vitae monasticae, montem Carmelum per sexdecim annorum spatium, ante ipsius raptum, Eliam incoluisse. Quare, sive Eliae raptum dicamus contigisse an. 3272. ab orbe condito, & à tempore diluvij an. 1586. secundum Genebrar. *chronographiam lib. 1. fol. 123.* sive, secundum Adonem in *Chronicon*, aetate quinta à mundo condito 4247. sive ut Eia. d. Carthusiens. in *fasciculo temporum* ait, circa annum à creatione mundi 4300. & à nativitate Abraham 1110. & ante nativitatem Christi anno 932. quam computationem alij veterem quidam existimant: ante hoc tempus, quo

Elias raptus dicitur sexdecim inquam annis monasticus Ordo in monte Carmelo institutum habuit.

Probavimus haecenus, ELIAM fuisse auctorem alicujus religionis instituti: restat nunc ostendere institutam ab ELIA Religionem usque ad nostra tempora perdurasse: & denique hanc ipsam Religionem esse eandem, quam sub tutela B. MARIAE de monte Carmelo, Carmelae nunc profitentur. In cujus confirmationem non ad vocabo domesticos testes, nec nostrae Religionis Historiographos, ne forsitan suspecti iudicentur: cum tot externis abundemus Auctoribus, ut nostrum superfluum videantur. Quare silentio nunc praetero D. Cyrillum, quondam nostrum O. d. Priori generalem, qui circa ann. Dom. 1200. floruit, *Wilhelmum de Samuco, Sibirium Beiam, Philippum Rabotti, Joannem Grossi.* & doctissimum Bachonem, quorum meminit Trihemius Abbas *de laudibus Carmelitarum cap. 2.* qui omnes lib. 03. integros de hac ediderunt, quorum etiam vestigia sequuti sunt doctissimus Paleonydar. Simon Coelius, & ante ipsos in Apologia quadam, Baptista Mantuanus. Et quamvis hos omnes excludam, unius, aut alterius testimonium, quibus fidem non habere nefas esset, adducam.

Primum est Joannes Hierosolymitanus Patriarcha, quondam montis Carmeli splendoris, & cultoris insignis, qui ex Prioris hujus familiae ad Hierosolimam tempore Honorij, & Arcadij fuit assumptus: cujus admirabilem sanctitatem memoria non penitit tradidi Nicephorus Callistus *lib. 11. Ecclesiastica historia cap. 18.* Scripsit hic librum unum *de institutione monachorum in veteri lege exortorum, & in nova perseverantium*, in quo Capasio montis Carmeli Praepositi describens, Carmelitarum genealogiam à Propheta ELIA, tanquam à primo fonte, late doctèque deducit. Hoc solum testimonio profectò nos contentos esse oporteret, & propter auctoris vitam, cum sanctissimi fuerit, & inter nostri Ordinis Divos in *Martyr. Molani die 13. Jan.* referatur, omnique mendacij labere careat credatur: & propter miram hominis eruditionem: in eam sua aetate maximos adversus D. Hieron. congressus super doctrinam Origenis habuit, qui tamen neque à Hieronymo fuit rationibus superatus, nec in disputationibus confusus. Quare credendum est, illum in veritate examinanda, & latebrisque eruenda, fuisse diligentissimum.

Si ijs denique addamus auctoris gravitatem, Patriarcham inventes. Igitur virum sanctissimum, eruditionis incredibilis, gravitatis, & functione alijs non inferior librum hunc Carmelitarum institutionem ab ELIA continenter scripsit. Quibus adjiciam, hoc sermone primo Ecclesiae saeculo contigisse, cum ille circa annum Domini 400. floruisse tradatur, quo tempore recentior erat praeteritorum saeculorum memoria, maxime verò Apostolorum totiusque Evangelicae praedicationis.

Nec minoris est conjecturae, historiae veritatem fuisse adeptum, eum librum Hierosolymis conscripserit, ubi tunc erum Syriae monumenta certiora inveniri necesse erat, praecipue cum de rebus in illa provincia gestis agat. Quis ergo de hujus viri testimonio queat dubitare? ni forte aliquis dubitet, vel illum fuisse Carmelitam, vel librum hunc edidisse. Horum primum late in Tractatione, Hispano sermone, *de Ordinis antiquitate edita lib. 1. c. 11.* demonstravimus. Secundum verò ita certum est, ut de eo ambigi non possit. Id sentit

Ven-

Ven. Th. lib. cont. tit. 9. cap. dem W. num cap. 2. Plato leor. 22. res & g. circant. trum u. Fai. Aorur. morur. batus. Marg. ris, n. ser. rec. hujus. multa. moni. conit. erit. Q. Walden. Thom. apu. veld. tis. W. olt. a. q. nat. qu. alio. ge. tu. pr. bu. in. fr. V. d. re. G. Trithem. S. Elia. Propheta. Oed. Car. Quod tr. plici rati. non obsec. tur. A loco.

Waldens.  
Plato.  
Armachan.  
Morigia.  
Trithem.  
Greg. Val.

Ven. Tho. Waldensis, qui frequenter hunc Joan. lib. contra hereticos affect, præcipue de Sacram. tit. 9. cap. 89. Consentit Armachanus, apud eundem Waldensem, Morigia lib. 1. de origine Religionem Waldensem, de laudibus Carmelitarum cap. num cap. 30. Trithem. de laudibus Carmelitarum cap. 2. Plato de bono stat. Relig. lib. 2. cap. 22. Greg. de Valent. 22. disput. 10. 9. 4. puncto 1. pluresque juniores & gravissimi scriptores, & novissimè liber hic circumfertur in secunda Bibliotheca sanctorum Patrum tom. 9.

Item Franc.  
elici à S.  
Martini &  
Martini à  
Jesu Ma-  
ria Apolo-  
gia pro  
Joan. Hier-  
rehol.

Fuit autem liber hic Joann. Bibliotheca sanctorum Patrum appositus ex consensu gravissimorum Scholæ Parisiensis Theologorum, approbatus insuper à Genebrardo, Joanne Dradeo, Margarino de Lavigne, aliisque eruditissimis viris, ut constat ex 1. Tom. Bibliotheca, longumque esset recensere peritissimorum virorum scripta, qui hujus testimonio utuntur, licet incuria nostra per multa tempora lauerit. Hoc unum tantum viri testimonium plenissimum sufficiebat: sed, ut uberius constaret, eo non contentos, plura alia addere parcerit.

Waldens.  
fit, qui fuit  
hereticus  
sive ætatis  
aceremus  
expugnator.  
telli-  
monium  
cur alti-  
mandam  
plurimum?

Quare secundo loco accedat ex domesticis Thomæ Waldensis, cujus auctoritas, & doctrina apud Catholicos omnes laudatur, & ab hæreticis valde timetur. Hic scribens adversus suæ ætatis fidei oppugnatores, præcipue adversus Wicleph. de Sacramental. tit. 9. cap. 89. tacè ostendit, Carmelitas ab ELIA, & Elieo institutos, à quibus eorum monasticam professionem emanasse probat. Nec credendum est, Waldensem, qua vulgus solet, pietate id asseruisse. E si enim fas aliquando sit, pietati ex affectu ortæ locum indulgere, in re tamen gravissima, ubi fidei causa versatur, vera undique pietas ab eruditio quærit solet, præcipue adversus hæreticorum perfidiam, quibus mos est, veritates quacunque ex parte firmas inficiari. Quid facerent, si dubijs argumentis, aut simulata pietate veritas inveni euit? Quare hoc Waldensis testimonium firmum, & omni fide dignum videtur. Recolenda, quæ de tanto doctore dicta sunt libro 8. de conversione omnium Gentium sub initium.

Trithem.  
S. Elias  
Propheta  
Fundator  
Ord. Carm.

Et antequam ad alia testimonia progrediamur, juxta addere Trithemij Abbatis, qui in investiganda historia diligentissimè laboravit, laudissimum testimonium. Is enim agrè ferens, nostri Ordinis antiquitatem in tenebris jacere, opus integrum de laudibus Carmelitarum edendum curavit, perfectique, Ubi non minùs verè, quam laudè ostendit, ELIAM, & Eliseum nostræ Religionis dedisse primordia, seriemque Ordinis contexit ab ELIA usque ad annum Domini 1220. quo tempore Carmelita in Europam pervenerunt. Omnis alijs quæ sparsim toto illo libro tradit, aliqua ejus verba referam: ait enim Capite 2. ELIAS Propheta Domini eximius rellè, & catholicè Fundator Carmelitane Religionis dicitur, si ejus facta ex voluminibus Regum, absque invidiâ discussantur. Enim verò ipse montem Carmeli primus habitasse legitur, à quo Fratres Carmelita nominantur. Triplix autem ratione ostenditur, quod istius observantia princeps ELIAS habeatur, à loco videlicet, ab habitu, & conversatione. Cùm ergo nomen Ordinis à loco sumitur, meriti Carmelitarum princeps ELIAS memoratur: quia mons CARMELUS, cujus ille habitator extitit, huic Ordini vocabulum dedit. Non loquor vana sed testimoniis Scripturarum comprobata profero, eum ELIAM Prophetam eundem locum longe ante Christum Nativitatem habitasse dico, qui frater eius Carmelitus Religionis sua nomen dedit & exordium (& infra ait.)

Consentit ergo nomen loci, ut ELIAS sit fundator Thom. à Jesu Oper. Tom. 1.

dinis Carmelitici. Unde non sunt vituperandi Fratres hujus sacratæ Religionis, quod ELIAM & filios Prophetarum sui Ordinis Fundatores, & Principes asserant.

Quantum verò ad rationem habitus pertinet, in ELLAM Ordo Carmelitarum pulchra transfiguratione consentit. Legimus, ipsum amictum fuisse pallio, quo tangente Jordanis obstupuit, & se pedibus transeuntis calcabilem dedit. Sic Eliseus, sic filij Prophetarum imitatores ELIÆ facti sunt, qui non solum ei loco, sed & habitu similes permanserunt. Quod si nobis de colore putas inferre calumniam, quamquam sit vile argumentum, quod de invisis coloribus disputat, ad veterum historiarum te vocamus, quibus in primitiva Ecclesia Fratres Carmelita, instar ELIÆ, virgularis pallii leguntur fuisse induci. Et paucis interjectis ait:

Ratione autem conversationis, ELIAS fundator Ordinis Carmelitarum existit, qui eos in monte Carmeli sanctis moribus præcessit. Quid fecit Elias, quod Fratres Carmelita pro posse non imitentur? Incoluit ille eremum, vasta solitudinis dilexit, soli DEO & sibi vacavit. At Fratres Carmelita ab exordio sua institutionis vitam solitariam in monte Carmelo duxerunt, soli DEO vacare per contemplationis secretum eligentes, donec tandem novissimis penè temporibus Saraceni persecutione de eremo expulsi, jubente Sede Apostolica, in urbibus sunt locati. Unde & antiquitus Eremita montu Carmeli vocabantur. Hæc Trithemius. Quibus quamvis hic author nullam historiam referat, formè reputans, veritatis sibi notissimè confirmanda opus non esse nos tamen operæ pretium duximus, Scriptores aliquos producere, ut plenè ad veritatis notitiam satisficiamus. Præsertim tamen ejusdem Trithemij verba cap. 3. prædicti libri præmittam: ubi de Ordine Carmelitarum loquens addidit sequentia:

Hinc de monachorum institutione dicit Hieronymus. Noster princeps ELIAS est, dux noster ELISEUS, & filij Prophetarum, qui in agris & solitudine habitantes habitacula sibi constabant juxta fluentia Jordanis. Erant isti viri multarum virtutum, charitate maximi, devotione, & integritate summi, qui in contemplatione super se mundum cum voluptatibus suis contempserunt: de quibus veraciter dicit Apostolus: Circueunt in melotis & in pellibus capris egentes, angustia, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus, in spelancis, & in cavernis terræ, qui per fidem regnavicunt, operari sunt justitiam, adepti sunt remissiones. Isti sunt viri fortes, atque prudentes, qui monastica conversationis fundamenta jecerunt, qui, post ELIAM, montem Carmeli inhabitantes, se habitu & conversatione DEO dignos exhibuerunt. Ab his Ordo Carmelitarum initium sumpsit, & vocabulum. Isti enim Ordinis Carmelitici conversationem legis tempore servaverunt, à quibus nostri Carmelita sub gratia, & nomen acceperunt, & Ordinem. Nihil in his omnibus nisi tempus discrepat. Meriti unus Ordo Carmelitarum, & Eremitarum sub lege, & gratia dicitur, qui unus DEI fide & cultu conjungitur. Neque autem ceteris Ordibus titulus Elianus convenit, quibus est conversatio vita congruat: tamen nomen loci non concordat. Antiquissimus ergo omnium Ordinum in Ecclesia DEI Carmeliticus est, à quo ceteri Ordines principium, & formam suam institutionis acceperunt. Hæc omnia Trithemius.

Post quem externi alij non desuere Scriptores, qui Carmelitane Religionis ab ELIA ortum, progressumque integris voluminibus ediderunt. Præcipue Carolus Ferdinandus Benedictinæ familiæ monachus, cujus meminit Cassianus in Catalogo de gloria mundi parte 4. consideratione 70. & novissimè Arnoldus de Wion in in libro de ligno vite par-

Ab habitu

A conversa-  
tione.

Conversa-  
tio hæc  
exemplar  
conversa-  
tionis  
Carmeli-  
tarum

Trithem.

Ad Paulin  
de institut.  
Monachor.

Observa  
eximiam  
virtutem  
& perfe-  
ctionem  
suecfloro-  
rum Eliæ.  
Ad Hebr.  
II, cap.

Ordo Car-  
melit sub  
lege &  
gratia  
unus &  
idem.

Quis om-  
nium an-  
tiquissi-  
mus sit Or-  
do, & à  
quo ceteri  
formam  
suarum in-  
stitutionis ha-  
buerint?

Carol. Fer-  
Cassianus  
de gloria  
mundi, de  
Wion.

Paul. Mo-  
rgia.

te 2. His etiam temporibus Paulus Morigia Ordinis Jesuitarum, diversorum monachorum, O. di-  
numque originis diligens indagator libro 1. capite  
30. per totum de institutione, & origine Carmelitarum differens, pluribus innixus autoritatibus  
ELIAM habuisse authorem ostendit. Hujus  
Scriptoris testimonium sufficeret stabilien-  
de veritati à nobis intentæ, eò quod serid, & totus huic  
incumbens rei, Religionum initia, tempora, au-  
thoresque diligenter inquirat. Quare jure de illo  
præsumendum est, rem attentius præ alijs perspex-  
isse, diligentiusque indagasse.

Hactenus non uno, aut altero mendicato verbo, aut authorum suffragio, sed in egris Scripto-  
rum operibus, tam familiaribus, & domesticis,  
quàm externis veritatem propositam confirmavi-  
mus. Jam verò breviora, eùs non minùs digna  
testimonia afferemus.

Primum testimonium petendum erit ab au-  
thoritate summorum Pontificum, qui hanc veri-  
tatem luce clatius expresserunt. In primis SIX-  
TUS IV. in Bulla, quæ incipit, *Dum attentè medi-  
tatione pensamus*: Dat. Romæ, anno. 1477. sic ait;  
*Ordinem ipsum, ac illius personas sub Sedis Apostolicæ,  
& Ecclesiæ Romanæ protectione immediatè existentes,  
& inter ceteros Regularium Ordinum professores in  
firmamento Catholice Fidei militantes, tanquam re-  
ligionis speculum, & exemplar specialis charitatis vul-  
gentes, sanctorumque Prophetarum ELIÆ, & Elisei,  
& aliorum patrum, qui montem sanctum Carmeli  
juxta ELIÆ fontem habitaverunt, successionem hære-  
ditariam tenentes fructus quoque, &c.* Hactenus Six-  
tus IV. Per eundem repetunt JOANNES XII. JULIUS III. PIUS V. GREGORIUS XIII. SIX-  
TUS Quintus, Pontifices maximi, qui in Bullis  
Ordini concessis eodem serè verborum tenore  
utuntur, Imò & novissimè Sanctissimus noster  
CLEMENS VIII. in Bulla, qua novæ discalcea-  
torum reformationis constitutiones confirmavit,  
successionem hanc hereditariam ab Elia Pro-  
pheta nos habere declaravit: ut videre est in initio  
nostrarum Constitutionum. Multo clatius idem  
Clemens VIII. hoc expressit in litteris an. 1640. ad  
Regem Persarum datis, commendans illi Carmeli-  
tas discalc. his verbis: *Habuerunt olim hujus Reli-  
gionis professores, sicut à Romanis Pontificibus præde-  
cessoribus nostris memoria proditum est, sui instituti  
Auctores, sanctos Prophetas ELIAM & ELISEUM,  
omnibus nationibus & Gentibus notos, &c.* Et quam-  
vis id non ignorem, prædictorum Pontificum testi-  
monia non esse fide divinà credendà, cum hoc  
tanquam de fide non decernant: intra limites verò  
humani testimonij, quod majus, aut firmius pro-  
ferri potuit, testimonio tot summorum Pontifi-  
cum, quorum eruditio, doctrina, & rara sancti-  
tas, etiam seclusa, Pontificali dignitate, quemlibet  
etiam protervum ad fidem compellerent.

Ceterum, quo magis moveor in hac re, ut il-  
lam majori fide, quàm humana, dignam credam  
illud potissimum est Apostolicæ Sedis decretum,  
cum Cardinalium consilio à SIXTO V. editum,  
in quo cautum est, ut Carmelitarum Religio  
ELIAM, & ELISEUM suæ institutionis Patronos  
coleret, & in eorum memoriam dies festos  
officijs proprijs celebraret. Ubi inter alia, quæ in  
ELIÆ officio & festivitate à Summo Pontifice  
approbato dicuntur, illud est, quod in Hymno  
ELIÆ decantatur;

SIXTUS V.

*Hic sacri est ductor, columen,  
decusque  
Ordinis nostri, superisque  
gratus, &c.*

Fit etiam de ELIA in toto Ordine (nisi festum  
duplex occurrat) quotidie Commemoratio,  
quod soli Patrono, ac Ordinis auctori concedi-  
tur & debetur. De ipso præterea Missæ sacrificium,  
Patrobo tantùm convenienter celebratur. Hoc testi-  
monium magni roboris est: neque enim alio  
graviori innixa fundamento Hispania nostra pro-  
bat, Apostolum JACOBUM nostrum calcasse so-  
lum, tantoque Patrono læta gloriatur. Nullo in-  
quam alio solidiori fundamento, quàm Romanos  
Pontifices specialiori officio natam hujus magni  
Apostoli per universam Hispaniam celebrari de-  
crevisse, in quo mentio fit ejus adventus in has  
partes, & sub Patroni titulo recitatur.

Accedit etiam, Romanam Ecclesiam errare  
non posse in rebus fidei, & morum, neque in alijs  
his affinis, & propinquis, maxime in his, quæ  
universæ Ecclesiæ proponuntur. Quare in Reli-  
gionum approbatione, sanctorumque inter Divos  
adnumeratione errare nequit, ut certa & firma  
Theologorum tenet sententia. Ex quo nobis licet  
conjectare, serè pari firmitate, & certitudine gau-  
dere Pontificis decretum, proponens Religioni  
cultum alicujus viri sancti, Patroni nomine: præ-  
cipue si id faciat, ut credamus, eum verum Patrono  
esse, authoremve illius Ordinis. Nam licet  
tale decretum videatur Religioni speciali fuisse  
propositum: tamen, cum Religio illa sit approba-  
ta, & toti Ecclesiæ, ut via ad perfectionem propo-  
sita; ex consequenti videtur, decretum illud Eccle-  
siam universam concernere. Quibus insuper ad-  
do, Authorem Religionis, hunc, illumve sanctum  
ab Ecclesia propositi, vere nihil aliud esse, quàm  
ejus vitam, moresque veluti exemplar imitandum  
profitentibus illum Ordinem exhiberi. Quæ omnia  
ad mores pertinere, nemo est, qui non videat.  
Quare, cum Apostolica Sedes ELIAM Theby-  
tem authorem Carmelitarum seridè declaraverit,  
officioque Patroni proprio eundem quotannis  
celebrari sanxerit, reliquum est, temeritatis crimi-  
ne non esse liberum, qui contrarium sentire præ-  
sumperit.

Quid obstat, quominus illud superioribus ad-  
jungamus testimonium, (quod etsi pari certitu-  
dine non gaudeat, quia illam, quæ ab Apostolica  
Sede dimanavit, nulla humana adæquare potest  
certitudo; infra illam tamen magni est ponderis)  
d. sum prum ex Martyrol. doctissimi Molani,  
quod ut ipse fateatur, ex varijs alijs Ecclesiarum  
Martyrol. conficit. In hoc ergo 17. die Jun. Rap-  
tum ELIÆ referens sic ait: 15. Kal. Jul. in Arabiâ  
raptus B. Elia Ordini Carmelitarum Patriarcha: qui  
tantam gratiam invenit coram Domino, ut verbis  
clauderet, & aperires calum. Hactenus Molan. Quæ  
verba haud dubiè, cum in Martyrol. res incertæ,  
aut dubiæ tradi non consueverint, fidem assen-  
sumque certum circa propositam veritatem non  
parum augent.

Præterea quis non plurimi æstimer, piè veneretur,  
suscipiatque antiquissimam, nunquamque ob-  
litteratam traditionem, quæ non solum in Ordine  
nostro, verum apud multos alios invaluit,  
Eliam Carmelitis authorem esse? cum in Missæ  
sacrificio, in divino officio, in omnibus denique  
precaionibus nostris hujus rei veritas commemo-  
retur,

Summor.  
Pontifi-  
cum testi-  
monia.

SIXTUS IV.  
Joan. XXII  
Pius V.  
Greg. XIII.  
Clem. VIII.

Confes-  
sionem, nol-  
Thom.  
Waldensis  
13m. de  
Abram. Titul  
14. cap. 11.  
& seq.

Greg. XI.

Celebre  
universi-  
tatis Can-  
tabrigien-  
sij testi-  
monium,  
hoc de-  
cretum  
integre  
refert: nol-  
Thom.  
Aquinas  
S. Joseph  
Part. 2.  
de Pac  
ar chatu  
Eliz.

Waldens  
Marian.

Josephus  
Antico.

Gemini  
testim-  
nium  
tiquissim-  
um.

rerur, ac repetatur. Nec solum Christianis, Religioſive traditio hac nota eſt. Nam Saracenis ipſis Syriam incolentibus (quod majus eſt) olim fuit etiam comperta: præcipue vero inter Sultanos obſervata. Cum enim hi terra ſancta potirentur, ſtudioſiſ quàm de barbara gente credi poſſit, Carmeli montis incolæ valde ſibi gratos, benignitate beneficiſque proſequebantur; & (quod ſilentio prætereſſores admitabantur, colebant, & venerabantur. Quod que dictum incredibilem apparet, ſuis elemoſynis copioſam illam familiam alebant. Plures id referunt authores, maxime vetè D. Anon. in hiſt. 3. p. c. 20. cap. 5. Guillel. Tyri Episcopos in continuatione belli ſacri, lib. 5. cap. 3. Chron. mundi in 6. ætate ſul. 207. Polydor. Virgil. de inventoriis rerum lib. 7. cap. 3. Sabellicus l. 5. Euseb. 9. Naucier. Tom. 2. generatione 41. Pontacus Burdegal. lib. 2. Chron. circa annum 1180. Supplementum Chronicar. in principio lib. 13. ac noviffimè Gaiſbay Tom. 12. cap. 28. ac denique Caſſaneus in Catalogo gloriæ mundi, 4. par. conſideratione 60.

Equum eſt præterea, in hujus rei confirmationem (ut nullam argumenſorum genus prætermittamus) ad revelationes divinas de re propoſita factas accedere. Et in primis præteram illuſtrationem, & revelationem S. Petro Thomæ exhibitam. Is enim dum virginem noſtra Religionis Patronam pro illius conſervatione precaretur, tale virginis accepti reſponſum: *Conſide fili, uſque in finem mundi Religio Carmelitarum perſuabit: nam ELIAS illius inſtitutor Eſto meo apparenti in tranſfiguratione pro eadem cauſa poſtulavit, & impetravit.* Hujus revelationis teſtes ſunt noſtri Ordinis ſcriptores, monumentaque omnia, & ultra ipſos eam referant Philippus Maerius, & Joannes Faventinus in vita S. Petri Thomæ.

Accedat aliud alterius claſſis teſtimonium, à Cantabrigienſi Academia, in Anglia olim celeberrima, Domini 1374. decreta, ac ita favorem Ordinis prolata ſententia. Cum enim tempore Gregorij XI. Ordinis adverſarij ejus. Antiquitati detràherent, ſit deſerentque, nos veros ELIÆ ſucceſſores appellari, viſis, ac examinatis noſtris, adverſariorumque rationibus Academia univerſa decrevit, Carmelitas non ſolum ELIÆ, & Eliſei imitatores, ſed potiùs veros, ac legitimos ſucceſſores fore appellandos. Et quævis Academia decretum Greg. XI. confirmaverit, impoſſimus tamen hæreticas Wicleph adverſariorum fictionem denuo exciſit, & contra Carmelitarum Ordinem, ejulque antiquitatem invehi cepit. Coniſta hunc ejus verba referens ſunt exiſt noſter Waldenſis in lib. de Sacram. tit. 9. cap. 89. probans noſtri Ordinis antiquitatem, hæreticamque ſucceſſionem. Cujus opera poſtea fuerunt approbata à Martino V. qui ex decreto Cardinalium in Bulla, quæ incipit, *Placuit nobis*, illa confirmavit.

Quod ſi his adeo quis difficilem in origine Ordinis ita antiqua agnoſcenda ſe præbeat, de qua teſtimonia extant tam præclara: plura alia, licet non fortiora, egregia tamen addam. In primis Joſephus Antiochenus hujus rei præcipue teſtimonium, qui in ſpeculo perfectæ militiæ primitivæ Eccleſiæ cap. 12. & 72. ſic ait: *Perſectorum militum Chriſti coadiutores ſurrexerunt ſireuſiſſimi, viri ſolitarij, contemplationis deſiti ſanctorum Propheciarum ELIÆ, & ELIſEI imitatores, qui de monte Carmelo deſcendentes per Galileam, Samariam, & Paſtinaam, ſiſtem Chriſti conſtantiffimè ſperſerunt. Quique in virginis MARIE honor em, in Carmeli montis deſervio ſabricantes oratorum, Salvatorum matris ſpecialiffimè ſervie-*

*Ihm. à Jeſu Oper. Tom. I*

runt. Hæc Joſephus. Cujus memine è in hoc propoſito Alceſius Vadius in *Commentarij Mantuan. l. 1. Parthenices ſol. 88. & Pined. 3. Monar. Etel li. 2. c. 23. paragr. 4.* Paleonidorus *lib. 1. cap. 6* Cui aſtipulatur *Chronica antiquiffima Romana*, quæ ſere eadem verba Joſephi repetens ſic ait: *Atem pore ELIÆ & ELIſEI prophetarum, religioſi de numero eorum, qui morabantur in monte Carmelo juxta civitatem Domina noſtra Nazaret, ſecretius ſolebant habitare uſque ad tempora Salvatoris, qui tandem, prædicantibus Apoſtoliſ, in ſide confirmati, in uno latere ipſius montis primo Eccleſiam in honorem virg. Maria conſtruxerunt. Hactenus prædicta Chion.*

Quæ duo teſtimonia de Carmelitis aperte loquuntur, eam ipſi fuerint (ut ſupra diximus) qui B. MARIE oratorium illud extruxerunt. Nec longe diſtat ab his Sigib. Gemblacenſis in *chron. Hiſp.* (quem referit Paleonidor, ut ſup.) dicens: *Cum Carmelita in S. penitentiæ perſeveraſſent à tempore ſanctorum ELIÆ, & ELIſEI prophetarum, tandem Chriſtum prædicantem audiverunt. Qui Religioſi ſidem Catholicam conſientes, in Chriſto baptizati ſunt. Deinde perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, habentes gratiam ad omnem pl. b. m. veritatem Evangelicæ nuntij fideles, & Religionis Chriſtianiæ legitimi conſeſſores legitime eff. ſi ſunt.* Præterea id nobis clariffimè ſcriptum reliquit Ewald. Cathol. qui in ſæculo temporum in deſcriptione an. 1294. ſic ait: *Nobiliffima civitas Aconis à Saracenis deſtruita, ac denum deſerta MARIE in Carmelo monaſterium ad quaſuor milliaria civitati vicinæ ab eis igne crematur, ſtratibus in eo degenitibus perſectorum gladijs trucidato. Et tunc (proh dolor) Ordo Carmelitarum mellifluam locum ex toto perdidit: quo ab Elia, & Eliſei prophetarum tempore duobus millibus, ducentis & viginti uno anno perſiſterant. Idem an. 4300. à creatione mundi, ante Chriſti ortum an. 923. ſic ait: *Eliæ Propheeta auriga Iſraël, & origo Religionis Carmelitana Eliſeo vivente rapitur. Item c. ca. an. Dom. 450. ita loquutus eſt: Eliſei Propheeta Carmelitana Religionis primi, poſt ELIAM patris & Patroni, Sigiberto Gemblacenſe teſte, oſſa transferuntur de Samaria in Paſtinaam. His tribus locis clariffimè vit hic noſtri Ordinis ELIAM inſtitutorem ac Patronum conſtitetur.**

Accedat prædictis Richardus Armachanus Archiepiſcopus Hibernus, qui in quodam ſermone habito in feſto conceptionis B. M. Avinionæ coram conclavi Cardinalium, cujus initium eſt, *Ave MARIA* (præmiſſiſ alij) ſic inquit: *Quoniam (ut dicunt ſide digna hiſtoria) à tempore ELIÆ, & Eliſei Propheetarum; qui ſæpius morabatur in Carmelo juxta civitatem Domina noſtra Nazaret ad tria milliaria, ſecretius ſolebant homines inhabitare devoti uſque ad tempora Salvatoris. Et tunc Eremitæ (ſcil. Carmelita) prædicantibus Apoſtoliſ, in ſide ſolidati, in latere uno montis ipſius primo eccleſiam conſtruxerunt in honorem B. M. virg. in illo loco, in quo didicerant ipſam cum alijs ſodalibus in vita ſua ſæpius moram traxiſſe. Et ob hoc nimirum inter alios Religioſos Domina noſtra ſunt adſcripti, ut vocarentur fratres B. MARIE de monte Carmelo, &c.*

Hoc teſtimonium iſdem verbis referet Magiſter Borvio Anglicus, & Carmelita, Paleonidorus cap. 1 lib. Waldenſis de Sacram. tit. 9. cap. 89. & Navar. de hova Canonico cap. 21. n. 27. illud vetò in hoc Armachani teſtimonio notatione dignum eſt: illum non ex ſuo matre, aut ex apocryphiſ, minutque veris hiſtoricis, ſed ex ſide dignis id deſumpſiſſe. Chictovæus Theologus inſignis, in ſermone habito in comitijs Provincialibus Carmelitarum, qui habetur inter conciones Sanctorum ab ipſo

*M m 3* editat,

Anonim.  
Guillel.  
Chronica  
mundi  
Polydor.  
Sabellicus  
Naucler.  
Pontacus.  
Supple.  
mentum  
chronica.  
rum.  
Gaiſbay.  
Caſſaneus.  
Deipara  
appellat S.  
Eliam Or.  
din. Carm.  
me lit. in.  
ſtituto.  
rem, &  
promittit  
ejus dura.  
tionem  
uſque ad  
finem  
mundi.  
Maerius.  
Faventin.

Greg. XI.  
Celebre  
univerſi.  
tatis Can.  
tabrigien.  
ſis teſti.  
monium,  
hoc de.  
cretum  
integre  
reſert noſ.  
Thom.  
Aquinas.  
S. Joſeph.  
Part. 2. ſe.  
2. de Pat.  
re archa.  
Eliæ.

Waldenſ.  
Martin. V.

Joſephus  
Antioch.  
Geminum  
teſtimo.  
nium an.  
tiquiſſi.  
mum.

Aſcenſus  
Vadius.  
Pineda  
Chronica  
Romana.

Sigib. erius  
Paleonid.

Ewald. na.

Armacha.

Borvio.  
Paleonid.  
Waldenſ.  
Navarr.  
Chictovæus



Carmeli  
Ordinis  
origo ob  
tria ceteris  
pizcel-  
lit.

editas, patto post initium ira ait: *Animadvertere non est indignum, Carmelitani Ordinis exordium ob tria precipue excellentiam quandam habere. Primum, quia ante institutionem praecognitum est divino nutu, & revelatum. Memoria enim proditum est (ut scholastica refert historia,) ELIAM Thebitem de tribu Aaron progenitum, primum Religionis huius fuisse auctorem. (Et infra) At hi, qui primam Carmelitano Ordini praestiterunt originem, ut ELIAS, & ELISEUS, ex Iudeis nati sunt. Qui verò ceteris Religionibus jecerunt fundamenta, ex gentibus progeniti sunt. Constat itaque antiquiorem Carmelitanae Religionis, quam aliorum Ordinum, esse originem, & ratione exordij ceteris praestare.*

Phil. Ab-  
bas.  
Palaenod.

Philippus Hieropolitanus Abbas apud Palaenodocum lib. 2. cap. 1. de antiquit. Ordinis nostri his verbis meminit: *O Carmelitarum Religio, quam magna facta est in domo domini? Nunquid olim à modico fonte Eliae Dei Propheta principium habuisti? Et ecce nunc in magnum fluvium crevisisti Tu olim plantata in Eremito, nunc facta es civitas plena populo. Tu fundatorem habes adhuc in Paradiso viventem, & gloriosam Virginem MARIAM Reginarum caeli, Dominam mundi, in Patronam singularem. Sicut enim de te olim processerunt Patriarcha, & Propheta; sic nunc de te procedunt sacerdotes, & Levites, Doctores, & Evangelista. Qui Patres Patroni omnium Religiosorum facti sunt: Haec ille.*

Denique longum esset, adicere plura alia, quae in hujus veritatis confirmationem Scriptores multi tradidit. Tantum adjiciam duo validissima testimonia, aeternum Guilelmi Eysengeneij, qui contra Centuriatores scribens in sua Ecclesiastica historia, centenario 1. distinet. in tit. de Religionibus, & monasticæ vitæ cultoribus, specialem articulum sub hac verborum serie ponit: *De monachis Carmelitæ tempore Prophetarum: & ibi inter alia sic ait: Eliae propheta primus Carmelita, & infra. En baretica ELIAE posteritatem dicit Monachos Carmelitas. Item dicitur: Sanctus Eliseus Carmelita, Princepsque Eliadum, id est, Carmelitarum. Et postquæ aliqua attulit testimonia, ut probet, Ordinem Carmelitarum tempore Prophetarum floruisse, infert contra Centuriatores: En quam antiquus sit ordo Beatae virginis.*

Guilelm.  
Eysengeneij.

Genebrar.

Alterum vero testimonium est Genebrardi, nostri temporis diligentissimi historiographi, qui, ut doceat Carmelitas ab ELIA propheta initium sumpsisse, rejicit Polydori sententiam, qui Aymerici tempore censet, Ordinem hunc incepisse. Verba Genebrardi referam: *Ordo Carmelitarum (qui tunc variegata chlamyde induebatur) initium habuit in deserto Syriae Aymerici Antiocheni Antistitis opera (ut refert Polydorus Virgilius lib. 7. de inventoriis verum c. 3.) Sed eorum origo altius repesenda est: nempe à propheta ELIA, & Eliseo, qui Carmelum montem terra sancta primi consecrarunt, & discipulos ibi reliquerunt, quos scriptura filios prophetarum appellat. In Europam eum postea adduxit Albertus Patriarcha Hierosolym. Primi sunt mendicantium. Praedicta Genebrard. Cujus viri quanta sit in conscribendis historiis autoritas apud omnes (praecipue viros doctos) ita notum est, ut ejus testimonio secuti possimus hic stare.*

Quod si duorum hominum testimonium verum, & recipiendum est, quantum magis quod per tot testes, ac tam illustres confirmatur? tot summorum Pontificum decretis fulcitur? tot saeculis roboratur? ac non solum in Ecclesia, verum apud Barbaras nationes traditione receptum ac comprobatum est? Nempe id falsum, aut fictum existimet quis, quod tot viris dignissimis, verustioribus, ac recentioribus probatum? Num ignarus, aut suspectus testis sanctissimus ille (quem sic appellat Trithem.) Joan. Patriarcha Hierosolym, qui opere integro nobis astipulatur? Num Thomas Wal-

denfis acerrimus haereticorum malleus, levis, aut frivola traderet? Num tot Ordinis pii, gravissimi, que viri in scribendis his, si vera non essent, tot voluminibus defatigarentur? Foris tot Pontifices errarent? aut in suis decretis decipi potuerunt? Num revelationibus veris rot retro saeculis in Ordine receptis fides adhibenda non est? Oblatrent Ordinis nostri veteres, novique adversarii, quantum libuerit: aperta sunt enim, & luce clariora, quae diximus, nisi ipsi ita caecutiant, ut aperta luce solem non videant.

Ceterum ut res hæc omni ex parte absoluta maneat, rationibus perficienda erit. Prima, nam (ut refert Hieronymus in Epistola ad Paulinum scripta) habet unum quodque propositum, sive institutum principes suos. Idque sanctus Doctor variis confirmat exemplis. Hic tantum nobis sufficiat, nosse, quæquamque religiose vitæ instrata ab aliquo primo fonte dimanasse: nullamque esse Religionem, quæ aliquem sui Patriarcham, institutoremve non cognoscat. Sic Basilios, Benedictinos, Franciscanos, Carthusienses, per singulaque, si dicatur, à Fundatore aliquo Patronove emanare competum est. Quem ergo Patronum agnoscunt Carmelitæ, aut quem institutorem unquam, nisi ELIAM sunt venerati? Quis unquam Historiographus vero, probabiliter fundamentonix alium nobis Authorem potuit adinvenire? Legat, revolvatque quis Authorem historias, & verè comperiet, apud illos nullum alium determinatum posse Authorem reperiri, si excludatur ELIAS.

Nam qui ab Alberto Patriarcha Ordinem cepisse asserunt, ipsimet fatentur, Albertum tantum Ordinem jam prope labentem sua Regula exisse. Qui verò ab Aymerico Ordinis primordia computant, ipsi etiam libere concedunt, Aymericum tempore Alexandri III. Carmelitas per Carmeli factus dispersos in unum congregasse, ad commodioremque vivendi formam redegit. Qui verò à Joan. Hierosol. circa annum Domini 400. Regulam nos accepisse docent, ipsi quoque admittunt, Joan. Hierosolym. antequam regulam Carmelitæ traderet, eorum conversationem, institutumque fuisse amplexatum.

Alij tandem, qui nostra initia ad Apostolorum tempora referunt, nullum certe Authorem designant, neque explicant, quando, & quomodo id contigerit. Quare confusè nimis loquari, rem, & operam perdunt. Et veluti Nili ignotum caput, sic nostri fontis initia hic, a quo illic quaerunt. Quæ omnia, si in unum junganur, inevitabile conficiunt testimonium, ELIAM nostrum extitisse Authorem.

Ultimò, si memoria reperamus, quæ in initio hujus primæ partis diximus, constabit, ELIAM aliquis institui Religiosi in Evangelica lege adhuc florentis fundamenta jecisse. Quæ autem nunc extat, vel præteritis temporibus floruit Religio, quæ ELIA patrono gaudeat, aut gloriatur, & tantum sibi usurpet honorem, nullam certè, præter nostram, nec præteritis, nec præteritis saeculis invenies. Cujus institutio monasticæ vitæ, exemplarique illi, quod ELIAS in monte Carmeli plantavit, similior reperitur, quam Carmelitarum? præcipue dum majores nostri Carmeli fontem, speculaculæque habitatum? Testis est Joan. Patriarcha Hierosolym. & Trithemius superius adducti, qui late in suis libris demonstrant, Carmelitas in omnibus veros fuisse ELIAE imitatores. Ni forte aliquis dicat, post Eliam Prophetam, filiosque prophetarum, in Carmeli monte aliquando veros ELIAE successores defuisse.

Sed certè id nemo verè poterit affirmare, cum

ex nulla historia, nullisve conjecturis certis colligi possit, hanc Eliæ familiam aliquo tempore usque ad annum Millestimum ducentiesimum, in quo Carmelita in Europam adventarunt, illius montis habitationem dereliquisse. Præcipue vero id constabit, si quis perlegerit ea, quæ nos in libro de Ordinis antiquitate de hac re tradidimus. Si Elias ergo Author Religiosæ vitæ agnoscat, eamque in Carmelo sitam reliquit, & nunquam abolitam fatentur Authores, quos Eliæ dicemus successores, præter eos, qui in Europâ venerunt, à mellituo illo expulsi monte, qui modò Carmelitæ nuncupantur.

Regula, divinæque institutiones à Carmelitis tempore ELIÆ, & Prophetarum usque ad tempora Joan. 44. patriarchæ servata.

§. 2.

Beatus Cyrillus montis Carmeli quondam Prior, vitæ doctrina, & sanctitate præclarus, in lib. de peculiaribus gestis Carmelitarum, & in Epistola ad Abbatem Joachim agens de Regulis, quibus Carmelitarum Ordo olim DEO famulabatur, sic ait: Sacra hujus Religionis professores institutionem suam in divina scriptura tanquam in aëneo Paradiso speculabantur: ubi & sanctorum acta Religionis virtus exemplaria ab eis imitanda intuebantur, à Prophetis commendata, & multis sacrorum voluminum testimoniis approbata. Ex quibus dicti professores diversos profundi sapientie tractatus deducebant, quibus tanquam copiosis dapibus reficiebantur.

Hadenus Cyril. Cui sententiæ aperte favet Trithemius in lib. de laudibus Carmelitarum cap. 4. dum ait: Sancti enim fratres, qui in monte Carmelo juxta fontem Eliæ ante Christi nativitatem habitabant, Regulam conscripserunt habuisse non leguntur, sed ipsi norma, & regula sibi fuerunt, qui exemplo ELIÆ concorditer vivebant. Ex quibus Patribus colligitur, scripturam sacram monachis illis fuisse vivendi normam, & ultra ipsam, ELIÆ exemplum, ejusque successorum pro Regula fuisse veneratos.

Hoc verò plenius, latiusque profequitur Joan. Patriarch. Hierosolym. Episcopus lib. de institutione monachorum cap. 16. Idem (inquit) Elias (ut suo exemplo animos omnium prædictorum monachorum ejus discipulorum provocaret ad suæ Religionis exercitium) studij, secundum formam per DEUM sibi traditam, pollece eorum eis frugalitate paupertatis, uti abstinentiæ, parsimonia, domare concupiscentiæ carnis, nitere candore Castitatis, abnegare libertatem voluntatis, vitare tumultum plebis, & ardere fervore charitatis. Et quia in ejus imitatione decevit DEUS consistere hujus Religionis propheticam perfectionem, propterea Elias ipse magna prophetiæ disciplinæ, & monasticæ vitæ exemplaria (scilicet gesta sua, & merita) demonstravit cordibus professorum hujus Religionis, per quæ ipsi ornarent penetrantia mentis: ut ad rationem ejus, sæculo, ac terrenis omnibus ex totis præcordijs renuntiantes, & carnales concupiscentias per continentiam, & abstinentiam crucifigentes, voluntatemque propriam abnegantes, & eam superiori humiliter committentes, à conspectu etiam hominum absconsi, prophetalem vitam eremiticam (quam Elias ipse vixerat in solitudine), & maxime in monte Carmeli) monachi prædicti in eodem monte Carmeli, & in alijs Eremitis, ac locis ad hunc finem continuarent, quatenus, eam accolentes, libertus etiam mentes suas cum DEO per amorem perfectè unirent.

Et infra: Quidquid igitur est perfectionis in

hac Religione, ab hoc propheta DEI ELIÆ ex-  
placiter emanavit. Hæc & alia ibi, & alibi Joan Hierosol. docens, qua ratione Elias se præberet ex-  
emplū, ac vivā filijs prophetarū, alijs; successoribus vivendi regulā. Idem author c. 21. sigillatim refert alia Eremiticæ vitæ instituta, & observantias, quas majores nostri colebant: ubi præcipue tractat de oratorio, ubi certis horis, ad peragendam divina officia, conveniebant; & de cellis, in quibus soli, & separati habitabant; & de silentio, quod miro cultu assidue proferebantur. Ac denique in eodem cap. concludit his verbis: Omnes quippe hujus Religionis veri sectatores, tam in monte Carmeli, quam alibi habitantes, profitentur, se humiliter sequi illam sanctam vitam, & propheticam justitiam, vitæ monasticæ, quam propheta DEI ELIAS servavit, & instituit, ac quam esse sequendam, ipse secundum formam à DEO sibi traditam verbo pariter & exemplo discipulis suis tradidit; & in Eremito montis Carmeli residendo docuit maxime, ac demonstravit. Et hæc de Regula tempore ELIÆ, & ELISEI prophetarum servata. Restat nunc, ut de modo vivendi ab Eliæ discipulis servato dicamus. Reliquit igitur Elias in monastica professione multos post se successores, quorum alij in monte Carmelo, in Galgala, & Bethel, alij in Hiericho, & alij terræ sanctæ locis habitabant, ut latè idem Joan. Hierosol. cap. 23. & 24. docet. De his igitur Eliæ, & Elisei successoribus videamus, quibus institutionibus ad perfectionem vitæ monasticæ fategerunt.

Mihi id compertum videtur, ELIÆ, & Elisei discipulos non una, eademque Regula vixisse. Nam filij Prophetarum (de quibus B. Hieronym. ad Paulinum, & ad Rusticum, l. 1. de offic. c. 9. & Joan. Patriarcha ferè per totum librum meminere) illam Regulam, quam idem Joan. Hierosol. tradidit, observarunt. Permaneruntque hi Prophetarum filij utque ad Apostolorum tempora, ut ex Eusebio Cæsariens. lib. 2. Ecclesiast. hist. aperte probatur: Is enim ita prædicto loco scribit: Apud Antiochiam floridissima congregatur Ecclesia, in qua etiam fuerunt Prophetici Ordinis viri quàm plurimi: & infra: Quæ tempestate Agabus unus ex his, qui aderant, Prophetis. Alij verò ELIÆ successores (nempe Esseni, qui in desertis Hiericho morabantur) supra Eliæ institutiones alias supererogaverunt, fortè ab Eliseo propheta eorum magistro, & Authore acceptas. Quamvis non dubitem, Essenorum genus etiam filiorum prophetarum nomine olim contineri, licet specialiter Esseni appellarentur, quia in perfectione monasticæ vitæ potissimum ab ELISEO propheta sunt instituti.

Pro quo recolenda existimavi, tum Essenorum genus, & originem, tum cultum, & Religionem, Essenorum familiam, si Plinio lib. 5. naturalis hist. cap. 17. & Solino cap. 36. credendum est, planè compertum erit, esse antiquissimam. Id enim Plinius præfato loco de Essenis tractans scriptum reliquit. Ita (ait) per sæculorum millia (incredibile dictu) gens aeterna est, in qua nemo nascitur &c. Solinus quoque fidelis Plinij imitator ferè eisdem verbis Essenorum antiquitatem commendans dicit: Itaque per immensum spatium sæculorum (incredibile dictu) aeterna gens est, cessantibus puerperis. Hæc Solinus. Et licet doctissimus Baronius 1. Tom. annal. ann. Christi 64. cap. 6. 7. & 8. Plin. & Solin. dicentibus, Essenorum sectam per multa sæculorum millia existisse, non credendum existimet, ea ratione ductus, quia qui res Judaicas sunt profecti, tam antiquæ originem Essenis non tribuunt; quare ipse, vel post Christum, vel paulò antea tempore Herodis ma-

B. Hieron. Isidorus. Joannes. Eusebius.

Plinius. Solinus.

de Essenorum origine, genere & Religione.

Mirandum quod de ipsis refertur.

levia, aut  
travissim.  
ur, rot vo.  
ifices et.  
pore Num  
n Ordine  
ent Ordi  
annum fl  
qua disti  
olem non  
Solata ma  
nam (ut  
um scrip  
sive in fi  
tor varij  
s sufficiat  
uta ab alle  
e esse Re  
e, in hinc  
Benedicti  
ogulique  
ore ema  
onum ag  
torem un  
s unquam  
ndamento  
invenit  
lorias, &  
delectu  
UR ELIAS  
nem cen  
tantum  
la ecclesi  
dia com  
mericum  
r Carmeli  
commo  
Qui verò  
400. Re  
ne admit  
lam Car  
inlitu  
olorum  
m desig  
modo id  
rem, &  
caput, si  
r. Quæ  
le confi  
Authore.  
nitio hu  
AM ali  
ge adduc  
em nate  
Religio,  
& can  
præter  
culis in  
templa  
planta  
m præ  
m, spe  
riarcha  
ti, qui  
in om  
re all  
ne pro  
veros  
e, cum  
ec

ORDINIS CARMELITARUM  
Spiri.  
II  
IIII

joris viros hos claruisse existimat: nulla enim (ut ipse ait) antiquior apud Josephum de eis habetur memoria: tamen in hoc illustriss. Baronius fortè deceptus est. Nam apud Josephum eadem ferè verba, quæ apud Plin. & Solin. potuli facillè invenire. Is enim lib. 18. antiq. judaicarum cap. 2. de sectis Judæorum agens sic inquit: *Judæi patria sapientia studiosi, jam inde à multo retro sæculis in tres sectas erant divisi, Essenorum, Saducæorum, &c. Idemque author lib. 13. cap. 9. docet, tempore Jonathæ Pontificis, & Antiochi Regis has etiam sectas floruisse. Quod censet Genebrardus lib. 2. ann. mundi. 3944. Hoc est. 143. ante Christi adventum. Imò neque ibi apud Josephum eorum initia expressè recensentur: sed potius in confuso adnotatur, multis retrò sæculis inceperunt. Quæ verba temporata longissima denotant. Quare id certum videtur, eos à sanctissimis prophetis ELIA, & ELISEO originem ducere. Idque in primis probò ex Genebrardo viro gravissimo lib. 1. Chronologia anno mundi 3272. Eliseus (ait) confluxit cellas prophetis in Hierichontis solitudine. Manavit institutum, & loci Religio ad posterum, fuitque desertum hoc usque ad Engaddi ab Essenis habitatum, hominibus continentia incredibilis. Eodemque loco habitasse Essenos, (nempe in desertis Hiericho.) Plin. & Solinus ut supra senserunt. Et quavis Genebrard. expressè non affirmet, Essenos ab Eliseo propheta immediatè in monastica disciplina fuisse institutos, clarè tamen docet, ab ipso, sive à prophetica sua familia ortos fuisse. Idque colligitur apertè ex Nicephor. lib. 2. Eccl. hist. c. 15. qui de Essenis narrans, eos (ait) vitam propheticam flagrantem, atque ferventem sibi meditari, atque amulari. Quæ est igitur hæc prophetica vita, nisi ea, quam Elias, & Eliseus, filijque prophetarum coluere? In hujus verò rei confirmationem argumentò utar in hac materia validissimo. Nam Essenos, de quibus Philo, & Josephus, (ut infra dicemus) plura admiratione digna scripserunt, fuerunt à divo Marco in Ægypto legibus, & institutionibus Evangelicis imbuti, alijsque canonibus, & observantijs monasticis instructi: ut post Nicephor. & Euseb. lib. 2. cap. 15. & 16. & Hiero. de Scripturis Ecclesiasticis. in Marcum, communis tenet Catholicorum sententia. Qui etiam censent, ab his Marci discipulis Christianorum monachorum postea in Ægypto, & Palestina agmina descendisse, ut cum Nicephor. cap. 15. (et expressius cap. 16. illis verbis: *Cum ad hodiernum usque diem non apud alios, quàm apud nostros homines Regulæ tales, vivendi que mores conservari, compertum sit.* lib. 8. cap. 39. propè finem, Equidem ab illis Ægyptijs tantopere hoc vivendi genus invaluisse conjicio: quæ ferè verba habentur apud Sozomen. lib. 1. cap. 11.) & Euseb. ut supra cap. 15. & 16. eruditè Castian. lib. 2. cap. 5. demonstravit, dicens: *Nam cum in primordio fidei paucissimi quidem, sed probatissimi monachorum nomine censerentur, qui à beata memoria Evangelista Marco normam suscipere vivendi &c. & infra: Ea igitur tempestate, cum Ecclesia illius primitiva perfectio penes successores suos adhuc recenti memoria inviolata duraret, &c. Quibus, & alijs ex hoc c. & c. 4. præcedenti manifestè ostendit, disciplinam à B. Marco primis illis Evang. monachis traditam usque ad sua tempora perdurasse, Idque & fortè expressius, in præfatione ad Castorem ptopè finem indicavit dicens: *Secundum eam, quam vidimus, monasteriorum Regulam per Ægyptum, & Palestinam antiquitus fundatorum, vel adjicim, vel recidam. Nequaquam enim credat, rationabilis quidquam, vel perfectius in Occiduis Galliarum partibus reperiri potuisse, quàm illa sunt instituta, quibus ab exordio prædicationis***

*Apostolica, à sanctis, ac spiritualibus patribus fundata monasteria ad nos usque perdurant.* Hæc etiam Castian. Placet igitur Castiano, Euseb. Nicephor. & alijs, Ægypti monachos in professione Essenis, hoc est, discipulis B. Marci successisse.

Potro argumentum (ut ad propositum redemus) hac ratione formare licebit. Idem Castian. lib. 1. de institutis renuntiantium ferè per totum Monachos Ægypti, & Palestinæ ab Elia, & Eliseo, filijsque prophetarum originem ducere, lætè docet, ac repetit: cui subscribant Niceph. lib. 2. cap. 39. & Sozomen. lib. 1. cap. 11. & Hiero. ad Rusticum & Paulinum, Si ergo Ægyptij Alceæ, sive monachi ab Elia, & Eliseo ortum habuerunt, & hi præterea ab Essenis disciplinam suscipere vivendi, eorumque successores exiturum, necessariò fatendum erit, Essenos etiam ab Elia, & Eliseo, sive filijs prophetarum eorum successoribus promanasse. Quod præterea demonstrat nominis etymologia. Nam licet demus, Essenos à vita sanctitate esse dictos (quod voluit Chryso. hom. 44. in act. Apost.) idque Philo in lib. *cujus titulus est, quid liber sit probus, apertè significat, tamen, si nominis etymologia attentè consideretur, Essenos, sive Elleos (ut alij volunt) ab Eliseo potius dictos, quàm si Ellicos, veteris apparet. Quæ denominatio placuit etiam patri Henricques nostri temporis auctoritati gravi, & docto in 2. Tomo, l. 12. c. 5. in glos. in lit. B.*

His visis, oportet, ut de Essenorum institutione, & Regula dicamus: brevier tamen id prius præmittentes, Essenos tam Alexandria, quàm Palestinæ inhabitantes (utrobique enim horum secta florebat) Christiani, & Apostolorum prædicatione ad fidem fuisse convertos. Quod eruditè ut solet, docet Baronius, ut supra: colligiturque apertè ex Euseb. Niceph. Sozomen. & Castian. relatis, qui uno ore fatentur, Essenos primos fuisse in Ecclesia vitam monasticæ cultores, ab eisque ad posteros Ægypti, & Palestinæ monachos institutum, Religionemque manasse. De Essenorum igitur Regulis, & vitæ sanctitate plura scripserit Josephus, ut supra, Philo Judæus natione Alexand. in lib. *de vita contemplativa*, sive de supplicibus in scripto, à quo postea ea, quæ de Essenis tradidit, acceperunt Euseb. Sozomenus, Nicephorus, & alij. Brevier tamen ex his legibus, atque sanctionibus, quibus Essenii insigniores pietatis cultores, imò & Christiani monachi seipfos addixerant, aliqua appingamus. Et omiffis illis, quibus imbuti erant, opinionibus, dogmatibusque Catholicis de DEO, & de immortalitate animæ, solùm statua circa mores referam.

1. In primis omne juramentum, quasi perjurium esse vitandum: quia quicquid vir perfectus dixerit, jururandi vim habere debeat, & quod is veluti mendacij reus condemnatur, cui sine testè DEO non creditur.
2. Summam post DELIM exhibendam esse legislatori Moyfi reverentiam, quem si quis blasphemaverit, morte morietur.
3. Præcipuum studium divinis litteris, ac veterum Patrum scriptis adhibendum, indeque petenda, quæ animorum curæ expendant.
4. Communis sodalij præfecto ita parendum esse, ut nihil sine ejus præcepto fieri liceat.
5. Continentem, ac castibem vitam ducere, & ab omni prorsus conjugio per omnem vitam abstinere.
6. Omnes facultates communes esse, unumque omnium patrimonium, quod per communes procuratores dispensetur (Ecce. 4. 5. & 6. præcepto tria religiosorum vota adumbrata.)
7. Nihil

Josephus.

Genebrard.

Ab Elia & Eliseo originem ducunt.

Nicephor.

Nicephor. Euseb. Hieron.

Sozomen. Castianus.

Chryso. Philo. Euseb. de vit. contempl.

De eccles. regula & institutis.

Euseb. de vit. contempl. Sozomen. Castianus. Nicephorus. Philo.

D. Cyril.

D. Cyril. de Joan. Hierosol. sanctum.

7. Nihil inter se aut mercari, aut vendere, sed cunctis esse liberum accipere, à quibus liberit quod opus sit.

8. Albis vestibus utendum, & amictum, & calceos non mutandos, nisi omnino aut consicis prioribus, aut longi temporis usu consumptis.

Similis lex habetur in Deuteronomio cap. 23.

9. Tantam etiam in naturalibus purgamentis habendam esse munditiæ curam, ut unusquisque sibi quotidie in secretissimis locis foveam dolabella effodiat, in qua ventrem exoneret, demissa primùm circumquaque veste, contegendi corporis gratia, ac deinde terra, quam effoderat, in locum suum reducat, ne scilicet divinæ lucis splendori fiat injuria.

10. Ante solis ortum publicis laudibus Authorem natorum luminis celebrandum, postea verò ad suas cuique artes, ac studia accedendum.

11. Hora quinta diei in commune cœnaculum, factis vestibus, hoc est, lineis velaminibus indutis, coëndum; ibique ex eodem pane, & pulmento, in silentio residentibus vescendum: nec aliquid gustare cuiquam fas sit, nisi publica oratio prandiam præveniat, & sequatur, quæ DEUM datorem victus & ante & post ebum collaudet.

12. Post prandium, depolius factis indumentis, ad sua cuique opera usque ad vesperam recedendum.

13. Ad eorum Religionem nuper venientes, non statim in consortium assumendo: sed candida veste, & perizomate indutos & dolabella incinctos, à curationibus suis explorandos per tres integros annos, donec probatæ virtutis experimenta dederint. Hactenus de Essenis.

Trithem.

Tempore verò Ecclesiæ primivæ, Carmelicutores, alijque ELLÆ successores Evangelicam Regulam studiosissimè observarunt, ut Trithemius cap. 4. de laudibus Carmelitarum scribit his verbis: Deinde post passionem Domini, multiplicata per Judæam fidem Christianam, hi, qui in monte Carmeli vitam imitatione Eliæ ducunt eremiticam, secundum Evangelium Christi vivere cœperunt, sicut in actibus Apostolorum scriptum est. Erant unanimiter in oratione perseverantes, & erat illis cor unum, & anima una: nec quisque inter eos aliquid habebat proprium, sed erant eis omnia communia. Hac est vita Apostolica, quam fratres Carmelita in primitiva Ecclesia studiosissimè observabant, Regulam super his Evangelicam in cordibus suis habentes conscripserunt. Successu verò temporis cum homines paulatim inasperens ab Apostolica via recedere, & proprium sibi quisque possidere, timentes zelosi montis Carmeli habitatores, ne & ipsorum sancta conversatio per successum temporis deficeret, de remedio in posterum cœperunt cogitare. Sistentes, Ordinem suum deinceps non satutum existere, nisi per Regulam confirmaretur. Hæc Trithemius. Quæ verò fuerit hæc Regula, quam post tempora primitivæ Ecclesiæ Carmelitæ suscepit, sequenti capite declarabimus.

CAPVT II.

De Regula, sub qua Carmelitæ vixerunt ab anno Incarnationis 400. usque ad annum 1205.

D. Cyrillus

DIUS Cyrillus supra laudatus montis Carmeli Eremita in libr. de peculiaribus gestis Carmelitarum, & in Epist. ad Abbatem Joachim, quæ hodie habetur in speculo Ordinis lib. 8. à cap. 1. ita scripsit: Fuit autem tempore Arcadij & Honorij Imperatorum quidam dictorum Religiosorum pater mitæ virtutis, & perfectionis, Joannes nomine, qui ceteros cōsortes suos ejusdem montis monachos

D. Cyrilli de Joan. Hierosol. sanctimo.

exemplo suo, & magisterio sollicitè inducebat ad perfectionem acquirendam, secundum prophetica disciplinam vitæ monasticæ per ELIAM prophetam instituta. Quam disciplinam Joannes eis exponēbat ex diversis litteris, tam veteris, quam novæ legis, & ex nonnullis tractatibus editis à prædecessoribus suis: qui tandem propter ejus sanctitatem in Pontificem Hierosolymitanæ Ecclesiæ sublimatus Apostolo Jacobo in Episcopatu ejusdem Ecclesiæ quadragesimus quartus successit. Hunc Joannem charissimus ejus discipulus, Caprasius nomine, ejusdem montis, & Religionis monachus suppliciter flagitavit, ut quæ de institutione hujus Religionis, & primis ejus fundatoribus, & de perfectione ad exemplum eorum acquirenda frequenter disserterat, dignaretur sibi, & suis consortibus breviter reddere in unum volumē, in quo omnia per Ordinem intuerentur, ne oporteret eos librorum numerositatem evolvere. Joannes ergo cernens, quòd propter occupationem suscepti officij non posset ulterius jugem in monte Carmeli residentiam trahere, quòd Caprasius ab eo flagitaverat, opere complevit. Scripsit enim eloquio, & litteris Græcis in quodam libro primariam nostræ Religionis institutionem, & Fundatorum ejus dignitatem, atque præcorum professorum gesta sancta, & gloriosas virtutes, exteriorēque habitus ornatum.

Propterea prædictus Joannes brevi & lucido eloquio ordinariè descripsit successores dictorum patrum in illo libro, ut tanquam in nitido speculo institutionem suam intuentes, eam observare propensius cœperentur: & sanctam vitam, ac virtuosos mores dictorum patrum ex totis præcordijs imitarentur. Quem librum ipse Joan. sodalibus suis Religiosis Eremitis montis Carmeli legendum, & observandum tradidit tempore Honorij Imperatoris, anno Domini 412. Et ex tunc professores nostræ Religionis sategerunt ad perfectionem, & finem vitæ solitarie tendere secundum formam institutionis prophetæ ELLÆ per dictum Joannem in præfato libro descriptæ. Hactenus Cyrillus. De hac regula Joannis meminit Trithemius in lib. quem edidit de laudibus Carmelitarum cap. 2. dicens: Sanctissimus ille Patriarcha Hierosolymitanus Joannes, quid aliud in suo libro de principio & profectu hujus Ordinis exprimit, nisi quòd Elias fundator ejus fuit.

nisa & Regula ab eo Carmelit. Ordini tradita testimonium

Trithem.

Estque præterea hæc Joannis institutio à Margatino de Lavigne eruditissimo viro, Tom. 9. Bibliothecæ sanctorum Patrum inserta. Fuit vero Bibliotheca hæc approbata à facultate Theologica Parisiensi, potissimùm à Genebrardo, Joanne Drædo, ac Francisco Faverdento: & in ordine perpetua constantique traditione receptum est, olim majores nostros sub hac Regula Joannis ad Religiosæ vitæ perfectionem properasse. Nam præter D. Cyrilli testimonium superius adductum (quod in hac parte magni ponderis, & authoritatis censendum est, cum sanctissimus hic vir ferè attigerit tempora, quibus hæc Joannis institutio in Ordine vigebar, ut infra dicam) meminit etiam prædictæ Joannis Regulæ lucidissimum Ecclesiæ lumen nostr. Thom. Waldensis de Sacramentalibus tit. 9. cap. 89. his verbis: Ordo Carmelitarum à Joan. Patriarcha Hierosolymitano prius Carmelita Regulam vivendi Græce conscripserat, quam pleniori post, sub Alberto isidem Patriarcha, forma dignam inscripsit. Hic Joannes tempore Arcadij, & Honorij Imperatorum ad Caprasium monachum montis Carmeli, de peculiaribus gestis Carmelitarum, quod hactenus translatum in Latinum habetur, volumē descripsit.

Margat. Genebrard. Jo. Dræd. Faverden. Est hic Joan. Hierosol. liber Bibliothecæ PP. multo auctiori & accuratiori in editione facta ab Univers. Colonien. Theologis an. 1618. Tomo 4. qui continet scriptores 4. lxxviii. ad. est. ab an. Chr. 300. usque ad 400. insertus.

bus sancta... tibus Cas... cephor, &... ne Essena... am redem... m Castan... per eorum... lia, & Eli... cere, hie... ph. lib. 1... ro, ad Ru... Alceæ, sive... nerant, &... cepere vi... necessitas... Eliseo, sine... is proma... omnis ery... rita sancti... om. 44. in... li nomis... enor, sive... hieo, qua... inario pla... dris au ho... of, in lib. B... instratio... en id p... quam Pa... horum lo... ra dicatio... dicitur lo... que appet... in. relatis... iuste in E... que ad po... osum insti... orum igi... ere Jole... exand. in... clicibus in... ra ducere... phorus, &... anctioni... tores, imò... t, aliqua... uti etiam... de DEO, ... tua circa... per jarum... as dixerit... id is velut... iste DEO... dam esse... quis blas... s, ac ve... eque pe... arendam... cere, &... tam ab... unum... munes... præcep... Nihil

IOHANNES... Spiritus... II

Waldens.

fit. Ita Waldensis, qui prae ea adducit in confirmationem suae sententiae Armachani Hiberniae Archiepiscopi testimonium, qui de Carmelitis scribens sic ait: Qui in super (nempe Carmelitarum) in principio nascens Ecclesia, in partibus illis predicando Evangelium, sollicitè laboravit: & consequenti tempore à Joanne Hierosolymitarum Patriarcha Regulam vivendi communiter susceperunt. Habetur insuper praefata Regula in speculo Ordinis: ibique olim scholijs à Philippo Riboti per decem libros multos ante annos fuit exornata.

Mil. Rib.

Morigia. Plato. Car Tap. Gregor. de Valentia. Ioan. Burli. Emanuel. Rodrig. Ioan. Hier.

Nec defunt inter jmioresextorque auctores, qui hujus Regulæ recitantur. Nam Paulus Morigia lib. 1. de origine Religionum cap. 30. Hieronym. Plato, de bono status Religios. lib. 2. cap. 22. Carol. Tapia. in authent. Ingressi, verbo, monasteria, cap. 17. Greg. de Valen. 2. 2. diffu. 9. q. 4. puncto 1. Joannes Burlet doctor Parisiensis in sermone Conceptionis B. Virginis, & F. Emanuel Rodriguez 1. Tom. Quasi. Regal. q. 1. de origine Religio num, Regulam hanc Joanni Patriarchae adscribit: eamque Carmelitis dedisse referunt. Quod expressè ex ipso lib. constat. Imò Joannis in introitu ed potissimum tendit, ut probet monachos Carmelitas ab ELIA, & Eliseo, & alijs filijs Prophetarum originem, vitaeque institutionem hausisse: ut patet ferè ex toto libro, praecipue cap. 11. 16. 17. & 21. ubi sic ait: Quia ergo dicti Monachi ad exemplum Eliae coluerunt jugiter in Carmelo justitiam vitam monasticam: propterea appellati sunt Eremitae Carmeli. Et infra: Sed & caeteri hujus Religionis monachi habitantes alibi cupiunt idcirco Carmelita appellari, quia eorum Religio, & sancta conversatio est ab illis derivata, qui praedicto modo sa- tegeant in monte Carmeli continuè religiosam vitam Prophetæ Eliae ( & usque nunc sas agunt) humiliter imitari. Omnes quippe hujus Religionis veri sectatores, tam in monte Carmeli, quam alibi habitantes, profitentur, se humiliter sequi illam sanctam vitam, & propheti- cam justitiam vitam monasticam, quam Prophetæ DEI ELIAS servavit, & instituit. Nec est cur in hoc diutius immoremur, cum inter alia, quæ Caprasius à Joanne sciscitatus fuit, hoc unum sit: quare monachi Eliae successores dicerentur Carmelitas, cum ELIAS conversationem hanc non in Carmelo, sed in Carith inchoaverit: ut videre licet in cap. 17. hujus Regulæ. Constare igitur ex dictis, hanc Regulam fuisse à Joanne Carmelitis traditam.

Hieron. Lipoman.

Martyrol. Molani.

Hier. Fla. Paul. Morigia.

Quis verò sit hic Joannes, & quo tempore Regulam hanc tradiderit, restat ut aperiamus. Hic vir Monasticæ fuit cultor professionis, ut constat ex D. Hieronym. in Epistol. ad Theophilum Episcopum Alexandrinum. Et quamvis Lipomanus in vita S. Epiphanijs assereret, Joannem simul cum Epiphanio in monasterio Hilarionis in Palestina vitam monasticam fuisse amplexatum; id tamen certius apparet, virum hunc Carmelum montem cum reliquis ibi eremitis habitasse. Quod imprimis constat ex testimonijs B. Cyrilli, & Waldensis nuper relatis, & ex Martyrologio Molani, ubi 12. die Januarij scriptum habetur: Item S. Joannis Episcopi Hierosolymitanæ ecclesiae, Ordinis Carmeli professoris. Quibus subscribit Hieronym. Plato, Paulus Morigia, & alij relati. Constatque id apertissimè ex suo libro, in quo saepe se hujus montis professorem fatetur, praecipue in primo Cap. dum Carmelitis scribens ait: Sicut hac omnia antiqui hujus nostrae conversationis sectatores ante nos intellexerunt. Et infra: Quanta sanctorum praecipuorum autoritate hac nostra vita Religio confirmetur, & cum quanta mentis securitate formam hujus conversationis sequentes, viam, & corda nostra

Domino dirigimus. Ex quibus patet, se inter Carmelitas, quibus hanc institutionem scripsit, connumerare, tanquam ejusdem vitae assecclam, & cultorem.

Postea vero ob ejus merita, probatosque mores, ad dignitatem Patriarchæ Hierosolymitanæ Ecclesiae fuit assumptus: successitque Cyrillo, ut testatur Nicephorus lib. 12. Eccles. hist. cap. 24. Theodoretus lib. 5. historia Ecclesiastica cap. 35. Rufinus lib. 2. Ecclesiast. hist. cap. 21. & Genebrardus in chronologia lib. 3. anno Domini 403. Fuit in Ordine 44. ut aperte faretur Nicephorus in sua Chronologia, his verbis: Joanne 44. sedit annis 16. Fuit praeterea Joannes hic sanctitate praeclarus. Quare eum Tithemius (ut supra) sanctissimum appellat, Molanus verò inter divos, quos in suo Martyrologio refert, adscribit, S. Cyrillus eum à vitae sanctitate commendat. Er, ut ad superiora conscendam, Nicephorus lib. 14. cap. 30. ita de Joanne nostro scriptum reliquit: Deinde Hierosolymia Cyrillo divinus Joannes successerat. Et infra in eodem cap. illum D. Joannem appellat, dum ait: fuit condiscipulus D. Joannis & c. S. Theodoretus lib. 5. ut sup. cap. 25. 37. sic ait: Hierosolymorum Ecclesiae praesidebat Joannes vir mirabilis, successor Cyrilli. Quæ à nobis rejecta sunt, ut virum hunc contra D. Hieronymum acriter ipsum impugnantem, defendamus. D. enim Hieronymus, imò & S. Epiphanius Joannem Patriarcham, ut Origenistam frequenter graviterque accusant: ut conspiciere quis poterit in Epistolis ab Hieronymo tam ad eundem Joannem, quam ad Theophilum Alexandrinum missis. Tamen quæ ibi S. Hieron. nimio zelo, & ardore scripti, postea, veritate cognita, retractavit: & quem antea ut Origenistam abjecerat, postea ut veræ, & Orthodoxæ fidei cultorem (teste Baronio Tom. 5. circa annum 399.) amplecti non dubitavit.

Nec solus B. Hieronymus Joannis sanctitatem agnovit: sed & D. Augustinus (eodem teste Baronio) Joannis mores sanctitatemque suo tempore fuit veneratus. Pato Hieronymum ab incepta contra Joannem quaestione ideo destitisse, quia is videns, se Origenistarum labe notari, librum scripsit, in quo se non Origenis doctrinam, sed ingenium potius fuisse sequutum, ostendit: ut sequentibus verbis Gennadius in Catalogo illustrium virorum adnotavit. Joannes Hierosolymorum Episcopus scripsit in obretractores studij sui librum, in quo ostendit, se Origenis ingenium, non fidem sequutum: ut notavit etiam Tithemius de scriptoribus Ecclesiasticis, & Honorius Augustodunensis cap. 30. de lumin. Eccles.

Id verò, quod in hac re Joannem nostrum ab omni suspitione liberat, testimonium est Anastasij Papæ, qui Joanni rescribens de Rufino sententiam, eum ut Origenistam damnat, Joannem verò ut sanctissimum his verbis commendat: Ut amoti tuo gratias ago, ita splendorem tuæ sanctitatis, & eas, quas in Domino habes virtutes, subinde quodammodo parvitas nostræ favorabilis sermo prosequitur. Tam eminenter, vir omnium praestantissime, laudum tuarum fulges nitore conspicuus, ut par esse meritis sermo non possit. Porro autem tanto iustulorum tuorum rapior incremento, ut etiam quod impetrare nequeo, audere non desinam. Jam hoc de laudibus est tuis, quod me tantum de celestis animi istius serenitate laudasti. Tui enim Episcopatus Ordo perspicuus per univsum orbem velut radians etiam ad nos splendoris sui detulit claritatem, &c. Hæc sunt Anastasij. Cum igitur hujus Pontificis tempore orta fue-

Nicephor. Theodor. Rufinus. Genebrard. Nicephor.

Legend. Joan. Lips. de Lezana in Apparatu ad Tom. 1. Origen. lib. 1. Carm. 2. Tom. 2. 83 & P. D. Denzelis. de Carmeli num. 178. & 179. Qui complures tum exteros, tum domesticos adducunt Auctores, item Petri Walteij lib. 1. & 3. vindictarum. Baroni.

Gennad.

Tithem. Honorius August.

Anast. 22.

Notanda hujus pontificis de Origenis Sanctimonis verbi.



rit contra Rufinum in Oriente contentio, quod Origenem de Græco in Romanam linguam derivaverit, videreturque se nimium Origenis doctrinam dedisse, perlataque esset ad Anasl. Pontificem: ipse Rufinum ut minus Orthodoxum notavit. Joannes verò non solum ad Anastasij aures ut Origenista non pevererat, verum ejus sanctitas, probataque virtus sese usque ad Romam diffoederat. Nec eum Anastasius Populifex ita seridè laudaret, si aliqua Origenis labe inderetur. Et hæc de Joannis H. cosolym. Episcopi sanctitate dicta sufficiunt. Floruit hic vir (ut sentunt Theodol. lib. 5. Eccles. 35. Nicephorus libro 12. hystor. Eccles. cap. 24. & Trithemius ut supra) tempore Arcadij, & Honorij, circa annum Domini 400. vel secundum computationem Baronij Tomo 4. circa annum 386. ætate & tempore Theodolij hoc eodem anno 386. Plura alia ad hujus præclarissimi viri vite sanctitatem, ac tempus, quo Regulam tradidit Carmelitis spectantia, DEO dante in lucem dabimus in Apologia speciali, in qua Joannem à multis injurijs à Cardinal. Baronio immeritò illatis, constatissimè vindicabim.

Restat, ut de tempore, quo regulam hanc Eremitis Carmeli tradiderit, dicamus. De quo certam temporum rationem apud auctores invenire non potui. Illud tamen ex B. Cyrillo, & Waldensij, aliisque junioribus colligitur, Joannem assumptum jam in Patriarcham hanc regulam confiatribus suis scripsisse. Quod credo verissimum, quamvis determinatè quo auctore id præstiterit, non appareat. Solum id pro comperto habetur, citè ante annum 400. contigisse.

De Regula verò id ultimo hujus præfationuculæ loco notare par erit, Joannem in hac sua institutione quasi mixtam Regulam ex historia veterum Patrum à tempore ELIÆ in Carmelo commemorantium, & ex admonitionibus proprio Marte ab scriptura sacra concessisse. Eam ob causam (ut ipse 1. cap. asserit) de Fundatore supremo hujus Religionis, & primaria ejus institutione edidit. Deinde referet aliqua exempla, gloriosas virtutes, & exteriorem habitum Eliæ, ejusque successorum, ut per hæc Carmelitas discerent, formam horum Patrum conversationis sequentes, corda Domino DEO dirigere.

Tradidit hanc Regulam Idiome Græco conscriptam, sub cujus directione Carmelitas usque ad Aymerici Patriarchæ Antiocheni tempora permanserunt. Qui anno 1141. Hanc Joannis institutionem in Latinum sermonem fecit transferri, quousque Albericus Patriarcha Hierosolymitanus circa annum 1205. seu ut alij volunt 1209. no-

vam Regulam, seu potius hanc Joannis planiori, breviorique forma digestam eis observandam imposuit. De quo nos latè libro 1. de Ordinis antiquitate scripsimus, & infra quoque 2. p. dicemus. Nunc verò tantum D. Cyrilli testimonium adjiciam: qui loco superius adducto referens persecutiones, quas post Regulam à Joanne Patriarcha susceptam, à Cosdroa Persarum Rege, & Humar Arabia Principe, Christiani & omnes monachi Palæstini passi sunt usque ad annum Domini 1099. in quo terra sancta in ditionem Principum Fidelium redacta est, his verbis res in Ordine gestas prosequitur: IN CARMELO monte, & in quibusdam alijs Eremitis terra sancte permanserunt sub disciplina vite Eremitice per ELIAM prophetam instituta, & in prædicto libro Joannis descripta. Et infra subiungit: Propter quod cepit cum cultus Religionis in monte Carmeli ampliari. Quæ plures enim devoti peregrini, qui ab Occidente supervenerant, odore hujus sancti loci tracti, & devotione Religiosorum Eremitarum montem hunc inhabitantem permoti, mundo renuntiabant, & pro contemplatione celestium se eorum contubernio jungebant. Erat autem in diebus illis Patriarcha Antiochenus, & in terra sancta Apostolica sedis legatus, vir quidam amabilis DEO, & hominibus, nomine Aymericus Malafayda, natione Lemovicensis, de villa appellata Salamiacum, qui prædictorum antecessorum nostrorum Eremitarum Fratrum, B. MARIE de monte Carmeli laudabilem conversationem attendens, eos multùm specialiter suo tempore in Domino enutrivit. Intelligens autem quosdam eorum, qui ex Occidente supervenerant, spreto seniorum monitis, non rectè ambulare ad veritatem Religiosa vite Eremitice in prædicto Joannis libro descripta, & perpendens, hoc ideo maxime contingere, quia Græcis literis ignorantibus nesciebant codicem illum legere, sicut librum illum de Græco in Latinum transferri. Et ob hanc causam prædictus Aymericus nocti Ordinis reformator censetur à Polydoro, de inventoribus rerum, libro 7. cap. 3. Sabellico, libro 5. anade 9. Onophrio Panvino in Chronico Ecclesiastico circa annum 1141, sub Anacleto secundo, Genebrato libro 4. sua Chronologia, anno 1180. Guillelmo Tyri Episcopo, in Continuatione belli sacri, libro 5. cap. 3. & ab alijs à nobis relatis libro 1. Antiquitatis nostri Ord. cap. 9. Joannis igitur Regula in Ordine ab anno 400. usque ad 1205. in quo Albertus aliam tradidit, perseveravit. Sed de hoc plenius libro 1. de Ordinis antiquitate scripsimus. Nunc ad Regulam ipsam Joannis revertamur.

Cyrrill.

Polydorus. Sabellicus Onof. Panb. Genebrar. Guillelmus Tyri.

Theodor. Nicephorus. Trithem.

Confutenda nos. Martini à Jesu Maria Apologia pro Joanne nostri Sanctitate, in qua varia & edificata ad illam adlectuendam, producit argumenta, & quam plurimos tum antiquos tum recentiores Auctores illam defendentes. Quo anno hæc Joanne Regula tradita sit?

Primum Græco Idiome conscripta.

IOHANNES

Spiri. II



D. JOANNIS  
XLIV. HIERSOLYMORUM  
EPISCOPI,

SS. Augustini, Hieronymi, & Chrysostomi coætanei,

LIBER DE  
INSTITUTIONE

PRIMORVM MONACHORVM

In Lege veteri exortorum, & in nova  
perseverantium.

AD CAPRASIVM MONACHVM.

Interprete AYMERICO Patriarchâ Antiocheno.

ARGUMENTUM REGULÆ,  
SIVE INSTITVTIONVM IOANNIS.

**I**n hoc libro dum principium, & originem Ordinis Carmelitarum Joannes perscrutatur, ab ELIA primo hujus Religionis Authore sumit initium, docens, quo tempore magnus hic propheta floruit, à quo genitus, unde ortus, & quibus in locis in primordiis suæ vitæ fuerit conversatus. Deinde, quam institutionem observaverit, observandamque successoribus reliquerit, ostendit. Præterea de locis, quæ primitus hujus Religionis Professores incoluerunt, qualiterque in eis, secundum institutionem ab ELIA traditam, vixerunt: nec non etiam de ascensu ELIÆ in Paradisum, & de successore ejus in monastica professione Eliseo. Subinde verò descendens ad tempora primitivæ Ecclesiæ, tractat de tempore, in quo primum hujus vitæ professores baptizati sunt, ad cognitionemque Evangelicæ veritatis pervenerunt. Denique causam reddit, cur Carmelitarum Ordo B. MARIE Virginis titulo insigniatur, & pallio albo, baculo, zona, & scapulari ornatur. Plenus est liber hic monasticis rudimentis, aliisque sublimioribus institutionibus, tum ex Scriptura, tum ab ELIÆ vita, & exemplo collectis. In quo Author allegoricis sensibus, mysticisque interpretationibus mirè abundat, ita, ut rectè de illo Gennadius scripserit, Originis ingenium, non doctrinam fuisse sequutum.

CA.

CAPVT I.

De Parentibus, ortu & patria magni ELIÆ Prophetæ Domini.

Principium Religionis hujus, & quemadmodum, ac unde ipsa primò processit, rectè petis, dilectè Caprasi, ante alia perferendum. Quamvis namque conversationis hujus ratio in sola experientia consistat, ut nequaquam possit hæc ratio plene verborum doctrina, nisi ab experto tradi, nec etiam à te totaliter percipi, nisi eam pari studio ac sudore per experientiam apprehendere laboraveris; multò tamen efficacius poteris susceptæ hujus professionis assequi disciplinam, & ad exercendam eam ardentius incitari, cum Auctorum, atque Fundatorum ejus agnovisses dignitatem, & primariam ipsius Religionis scientiæ institutionem.

Propter quod, ut Ordine debito procedamus, de supremo hujus Religionis Fundatore, & primaria ejus institutione eloqui paulisper inchoabimus; deinde aliqua sancta gesta & gloriosas virtutes, & exteriorum habitus ornam. De isto Fundatore & primis ejus discipulis, cæterisque hujus Religionis præfatis professoribus, sic eundem edisseremus, & sicut hæc omnia antiqui hujus nostræ conversationis sectatores ante nos intellexerunt; & nobis tam in verè, quàm in nova Lege, doctrinis & exemplis philosophati sunt: ut per hæc dicas, quanta Sanctorum præcipuorum auctoritate hæc nostræ vitæ Religio confirmetur; & cum quanta mentis securitate formam hujus conversationis sequentes, non per novitates præsumptas, neque per inanes fabulas, sed per approbata totius vitæ monasticæ primaria exemplaria viam ad corda nostra Domino dirigimus, & semitas veniendi ad nos DEO nostro rectas facimus: ut cum venerit & pulsaverit, confestim ei aperiamus, qui ait: Ecce sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit januam, introibo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum.

Scito ergo & animadvertite, ab initio regni Achab regis Israël usque ad Christi adventum in carnem, decades annorum circiter nonaginta quatuor floruisse, per quas, ut Chronographi tradunt, cæpit Achab regnare ante incarnationem Domini JESU. In diebus verò hujus Achab regis Israël, & in regno ejus: fuit quidam Prophetæ magnus de tribu Aarion, cui nomen erat ELIAS, ex parte vocato Sabacha, ortus in civitate Theba, quæ est in regione Galaad: ex qua Thesba ELIAS est Thesbites dictus. Qui ELIAS postmodum fuit habitator civitatis Galaad, quæ condita in monte Galaad ab illo monte nomen accepit: sicuti & regio monti illi circumvicina trans Jordanem sita in forte dimidiatè tribus Manasse.

CAPVT II.

De recessu ELIÆ in eremum, & de duplici fine vitæ Eremiticæ.

ELIAS primus princeps Monachorum, princeps primus exiit, à quo sancta primævaque eorum institutio exordium sumpsit. Ipse enim ob: entu contemplationis divinæ, & desiderio sublimioris profectus, longè ab urbibus recedens, & seipsum cunctis terrenis ac mundanis exuens, religiosam & prophetalem vitam eremiticam à Jesu Oper. Tom. I.

cam primus hominum à proposito ducere cepit, quam sancto dictante & mandante Spiritu inchoavit & instituit. Quippe DEUS ei apparens mandavit, ut communem hominum habitationem fugeret, & se à turbis in deserto absconderet, atque deinceps in eremo monasticè secundum formam ei indicatam viveret. Quod evidenti sacræ scripturæ testimonio comprobatur. Legimus enim ita de hoc scriptum in libro Regnorum: Factum est verbum Domini ad ELIAM dicens: Recede hinc, & vade contra Orientem, & abscondere in torrente Carub, qui est contra Jordanem, & ibi de torrente bibes, corvæque præcepti, ut pascant te ibi. Hæc autem præmissa salubria mandata, ad quæ implenda Spiritus sanctus ELIAM instigavit, & desiderabilia promissa ad quæ adipiscenda eum erexit, tantò debent majori intentione non solum historicè, sed potius mysticè à nobis Monachus eremiticus per singula verba pensari, quantum in eis plenior comprehendi ut institutio, id est, forma ad perfectionem propheticam, & finem religiosæ vitæ eremiticæ perveniendi.

Cujus vitæ duplex dignoscitur esse finis: unus duplex quidem, quem per laborem nostrum, & virtutum exercitium, divinâ adjuvante gratiâ, acquirimus. Hic autem est offerre DEO cor sanctum, & purum ab omni actuali fonte peccatorum: quem finem attingimus cum sumus perfecti; & in Carmeli, huius est, in charitate illa absconditi, de qua Scriptura ait: Univerfa delicta operit charitas. ad quem Dei ad finem volens DEUS ELIAM pervenire, ei dixit: Abscondere in torrente Carub. Alius autem hujus vitæ finis est ex mere DEI dono nobis collatus; videlicet non solum post mortem, sed etiam in hac mortali vita aliquantè gustare in corde, & experiri in mente, virtutem divinæ præsentis, & dulcedinem supernæ gloriæ. Hoc autem est de torrente merum voluptatis DEI bibere. Quem finem promisit DEUS DEUS ELIÆ dicens: Et ibi de torrente bibes. Proprietatem utrumque finem horum duorum est prophetialis vita eremitica à Monacho assumenda, testante Prophetâ: In terra, inquit, deserta, in via, & iniqua, si in sancto apparui tibi, O Deus, ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam. Per hoc enim quod in terra deserta, in via, & iniqua, manere elegit, ut sic in sancto, id est, cor de puro à peccato, appareat DEO, monstrat primum electæ per eum vitæ cordis sollicitudinem: qui est offerre DEO cor sanctum; primus id est, ab omni actuali peccato purum. Per hoc autem quod addit: Ut virtutem tuam viderem & gloriam tuam, monstrat manifestè secundum dictæ vitæ finem, qui est, iam in hac vita aliquantè experiri, seu mysticè videre, in corde virtutem divinæ præsentis, & gustare dulcedinem supernæ gloriæ. contem-

\* Ad primum autem horum, scilicet puritatem cordis, pervenitur per laborem & exercitium virtutum, divinâ gratiâ adjuvante. Et per puritatem cetam cordis, & per perfectionem dilectionis, devenitur ad secundum; scilicet ad experimentalem notificationem divinæ virtutis & gloriæ celestis; dicente Domino: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego discam, & ego discam, & ego discam, & ego discam. Idecirco EXPERIENS DEUS per ea, quæ in superioribus omnibus præmissis verbis sancto ELIÆ prophætæ proposuit, Dei nomine primo & præcipuo Monachorum principis, & secundum nobis eum imitantibus suadere maxime voluit, ut secundus finis perfecti, sicut & pater noster celestis perfectus est, & super omnia charitatem habentes, quod est virtutum perfectio. Quapropter ut ad perfectionis finem, & visionis gloriæ promissæ valeamus donari, pertingere; formam ad hæc perveniendi per DEUM in dictis verbis beato ELIÆ propositam.

Na cure.

Diviso, & utilitas hujus libri.

Authentia Majorum.

2. Petri I.

Joan. I.

Luc. I 2.

Apo. 3.

Ortus sancti ELIÆ. Vide Dorotheum in Synopsi, & Epiphanium de vitis prophetarum.

nis Car. no. hujus tempore de ortu, converte, oblecta tercia ores inonem ab de de suc tempore fessores Denique iatur, & cis rudi- ELIÆ ne inter- Drigenis

CA.



CAPVT IV.

De abnegatione propriae voluntatis.

**N**unc attende secundum. Sequitur enim in exhortatione mea: *Et vade contra Orientem*, scilicet contra originalem tuam carnis cupidinem. Scire namque debes, quod in die ortus tui non est peccato praeclusus umbilicus tuus: quoniam in peccato nasus est totus. Quemadmodum in persona cuiuslibet hominis geniti a viro & femina, ait Propheta: *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccato conceptus mater mea.* Ab hoc autem originali peccato, in quo concipitur homo, illud provenit, quod caro hominis *adversus spiritum concupiscit.* Video, inquit Apostolus, *aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis.* Haec lex peccati, est illa *lata porta*, per quam quis intrat cum ei consentit, & *spatiose via*, per quam homo ambulat, dum secundum eam vivit, *quae ducit ad perditionem*: & multi sunt, qui intrant per eam. *Accedens vero ad servitutum DEI, oportet abstinere a carnalibus desideriis, quae militans adversus animam, & stare in iustitia, & in timore DEI, & preparare animam suam, non ad requiem, neque ad delicias, sed ad tentationem & angustias*: quoniam oportet per multas tribulationes introire in regnum DEI. *Angusta namque est porta, & ardua via quae ducit ad vitam, & paucissimi inveniunt eam.* Quoniam pauci sunt electi, & pusillus est grex, cui complacuit patri dare regnum.

Tu ergo fili mi, si vis perfectus esse, & usque ad finem monasticae vitae eremiticae pervenire, ibique de torrente bibere, *Vade contra Orientem*, hoc est, contra originalem tuam carnis cupidinem: & non regnes peccatum in tuo mortali corpore, ut obediens concupiscentiae ejus. Ego enim novi iniquos in diem iudicij reservare cruciandos, magis autem eos, qui post carnem in concupiscentiis immunditiae ambulant, dominationemque contemnant. Post concupiscentiam ergo tuam non eas, & a voluntate tua avertere: eam procul relinquens, & recto superioris arbitrio usque ad mortem propter me humiliter submitteas. Non est enim discipulus super magistrum: *perfectus autem omnium erit, si sit sicut magister ejus.* Ego vero, dominus prophetarum & magister, *descendi de caelo, non ut facerem voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me patris, factus ei obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Quam obrem si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidianis, & sequatur me. *Qui enim non bajulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.*

Si ergo vis contra Orientem, id est, contra originalem tuam carnis cupidinem post me venire, attende qualiter oportet te crucem bajulare. Sicut namque crucifixus quis, jam non pro sui animi voluntate membra sua quoquam movendi, vel convertendi habet potestatem, sed illic tantum haerent immobiliter, ubi crucifixus ea fixerit: ita oportet te cruci sic affixum esse, & te semetipsum abnegare, ut non ad id quod tibi placet, teque delectat ad praesens, tuam voluntatem converterias, sed quod te voluntas mea constituit tuam universalem voluntatem applicare debes: ut jam non hominum desideris, sed voluntati DEI, quod reliquum est in carne vivas temporis. Et quamadmodum ille, qui crucis patibulo est affixus, praesentia non contempletur, praeteritorum obliviscitur, de crastino non sollicitatur, nullam carnali concupiscentiam permo-

Carnis desideria contemda. 1. Patrie. Ex S. Basilio in psalmm 118.

curemus aure intenda distinet per Ordinem percipere, & opere adimplere. Loquens enim Dominus sancto ELIAE, ait tam in veteri, quam in nova Lege cuilibet Monacho eremita: *Recede hinc, scilicet a rebus caducis mundi & transitorijs: & vade contra Orientem*: id est, contra originalem tuam carnis cupidinem: & *abscondere in torrente Carith*, ne in urbibus moteris simul cum turbis: *Qui est contra Jordanem*: ut scilicet per charitatem sis divisus a delictis. His namque quatuor gradibus ad culmen propheticae perfectionis conscendens ibi de torrente biberis. Sed ut in hoc queas perseverare, corvum praecipis ut pascat te ibi. Haec autem omnia intelliges melius, si per singula discurrendo, ea distinet per ordinem exponamus.

CAPVT III.

De contemptu rerum terrenarum.

1. Gradus perfectionis monasticae.

**E**A quae tibi suadeo, sigillatim intellige per ordinem & discretè. Nam primò dixi tibi in mea jussione: *Recede hinc, scilicet de terra & de cognitione tua, & de domo patris tui*, non solum animo, ut terrenis possessionibus tui genetis & caducis mundi divitiis cor tuum non apponas, sed etiam opere, ut ipsas non possideas. *Nisi enim quis renuncierit omnibus quae possidet, non potest esse meus discipulus.* Quoniam licet possessa divitiarum non claudant diviti introitum caelestis regni, si cor suum ad eas non apponat, Sapienter dicens: *Beatus dives qui inventus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec speravit in thesauro pecuniae.* attamen per hoc quod Sapienter proximus subdit, dicens: *Quis est hic, & laudabimus eum?* innuit manifestè difficultatem repertiendi talem virum, qui divitias possidens ad eas cor non apponat: cor enim humanum facile haeret his, quae frequentat. Propterea dum possidentur divitiae, nata sunt majorem flammam accendere in corde, & vehementiorem cupidinem gignere: quemadmodum Sapienter ait: *Saturitas divitiarum non sinit eum dormire.* Occupatus quippe in supervacuuo possessarum divitiarum amore, cum habeat ipse rebus domesticis intendere, affligitur assidue ab arumna continuarum curarum, quae non sinit ad ipsum ingredi desiderium adimplendi verbum, quod audivit divinarum praecceptorum. *Arumna enim facit & deceptio divitiarum, & circa reliqua concupiscentiae introeuntes suffocant verbum, & sine fructu efficiuntur.* Propter quod dives difficile intrabit in regnum caelorum.

Eccl. 5.

Matr. 4.

Matr. 19.

ibidem.

Tu ergo fili mi, si vis perfectus esse, & ad finem monasticae vitae eremiticae pervenire, ibique de torrente bibere, *Recede hinc*, scilicet a rebus mundi caducis, relinquendo corde & opere omnes possessiones terrenas & facultates propter me quoniam facilior & tutior via ad perfectionem prophetica tendendi, & tandem ad regnum caelorum perveniendi est ista. *Omnium enim qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet jam in hac vita, praegustans meae suavitatis dulcedinem cum & terrenis centupliciter prevalentem, & tandem vitam aeternam possidebit.* Ecce breviter audisti primum gradum, quo conscendere possis ad propheticae perfectionis summum.

Suavitas divinarum dulcedinis, etiam in hac vita centupliciter praevalet omnibus terrenis.

vetur, nullâ superbiâ, nullâ contentione, nullâ u-  
litione, nullâ emulatione succenditur, sed cum ad-  
hoc (inspiret in corpore, se mundo credit de-  
fundum, illoc tantum præmittitur sui cordis intui-  
tum, quo se non dubitat illico transitorum; ita  
quoque te timore \* DEO confixum, oportet his  
præmissis omnibus esse defunctum, illic tantum  
oculos animæ tuæ habendo defixos, quò te spera-  
re debes singulis momentis migraturum.

\* Al. Do-  
mini.

Hoc ergo modo vade contra Orientem, id est,  
contra originalem tuæ carnis cupidinem. Sic enim  
qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitis  
& concupiscentiis: semper mortificationem Christi in  
carne sua circumferentes: ut & vita Christi in corpori-  
bus eorum manifestetur. In quam cum fuerint trans-  
formati, peruenient per illam ad supernam glo-  
riam: quemadmodum eis Apostolus ait: Mortui  
estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in DEO:  
etiam autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos  
apparere cum ipso in gloria. Ecce ostendi succin-  
dè secundum gradum, quo peruenire queas ad pro-  
pheticalis perfectionis statum.

Galat. 5.  
2. Cor. 4.

Coloss. 3.

CAPVT V.

De solitudine & castitate.

3. Gra-  
dus per-  
fectionis  
monasti-  
ce.

Modò amplectere tertium. Sequitur in per-  
fectione mea: Et abscondere in torrente Carith.  
Nolo enim te ulterius morari inter urbas in urbe:  
Quoniam vidi iniquitatem & contradi-  
ctionem in civitate: die ac nocte circumdat eam super muros ejus in-  
iquitas, & labor in medio ejus & injustitia: & non desit  
de platea ejus usura & datus: propter quæ omnia  
vitanda, ipse Propheeta in exemplum tibi datus,  
maluit in solitudine habitare quam in urbe. Ecce,  
inquit, elongavi fugiens, & mansi in solitudine. Ait  
nimirum Sapiens: Non pecces in multitudinem civi-  
tatis, nec te immittas in populum, nec alliges duplicia

Ibidem.

Ecc. 7.

\* Græcè, peccata: nec enim eris in uno immunis. Sed quia, ut ait  
Sapiens, \* in mono (id est in uno, seu in singulari)  
degens, non eris à peccato immunis, propterea debes  
solitarius pavere & flere, id est, officium Monachi  
exercere († Mō, enim Græcè, dicitur Latine  
unus, siue singularis, aut solus; A, autem Græ-  
cè, dicitur Latine tristis. Inde dictus est Monachus:  
quasi singularis & tristis) \* tua scilicet & alterius  
peccata solitarius lugens. Et hoc est tibi eligibilis,  
quam inter urbas conversari in urbe. Si enim, teste  
Sapiente, in uno, id est, in monade, seu singularita-  
te, aut solitudine degens, non eris à peccato ulque-  
que immunis: quam ò magis, ipso restante, si te  
immittas in populum, duplicia tibi peccata alligabunt. Ac  
per hoc pavere amplius, & flere te oportebit.

\* Al. sua.

Ecc. 7.

Declina ergo frequentias turbarum, ne in civitate  
positus facere compellaris, quæ te non tam natu-  
ra cogit facere quam voluntas: videlicet ne alte-  
rius furore movearis, ne aliena bella patiaris, ne te  
capiat oculus meretricis, ne forma pulcherrima  
ad illicitos ducat amplexus, ne avaritiæ catero-  
rum que vitiorum alligeris vinculis, quæ omnia vi-  
tantur in solitudine. Quisquam dimisit onagram libe-  
rum, & vincula ejus quis solvit, nisi qui ei dedit in soli-  
tudine domum, & tabernacula ejus in terra saluginis?  
Idcirco contemnit multitudinem civitatis, clamorem  
exactorum non audit. Onager quidem animal solitu-  
dinem diligens, illum significat qui remotus à tur-  
bis popularibus solitarius conversatur: Cujus pec-  
catorum vincula Deus solvit, & liberum à peccati  
servitute eum dimittit: dum sibi domum in solitu-  
dine constituit, & tabernacula ejus in terra saluginis,  
Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

Job. 39.

Allego-  
ria Ona-  
gri.

Monach-  
us compa-  
ratus onagro.

Hoc me-  
tas le-

quæ sitim accendit, ut justitiam celestis patriæ li-  
tiat, quæ tandem sinit. † Beati enim qui esuriant &  
sint justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Tu ergo  
fili mi, si vis perfectus esse, & ad finem monasticæ  
vitæ eremiticæ pervenire, ibique de torrente libere  
abscondere in torrente Carith. colens scilicet in abs-  
consa solitudine silentium.

Quippe sciens imbecillitatem tuam, & vas fra-  
gile quod portas, timere debes in urbe offendere,  
ne inter turbas impingas, & cortuas atque franga-  
tis. Sedabis ergo \* solitarius & tacebis: quia bonum est  
homini præstolari cum silentio salutare DEI. Quamobrem  
abscondere in torrente Carith, qui divisio inter-  
pretatur: quia expediat tui propheticam perfe-  
ctionem, ut ita absconsus ab humano & divisus sis  
confortio, quòd etiam mulieri non jungaris con-  
jugio. Bonum enim est homini mulierem non tangere.  
Porò hoc ad utilitatem tuam dico, & ad id quòd ho-  
nestum est, & quòd facultatem prabeat sine impedi-  
mento Domino obsequendi. Oportet enim te \* dividi  
ab his quæ te impediunt, ne perfectè tendas in  
DEUM. † sollicitudo verò sæculi istius, & fallacia di-  
vitiarum suffocant DEI verbum, ac per hoc impedit  
animum ne perfectè diligat DEUM. Telle enim  
Sapiente, \* qui diligunt eum conservabunt verbum il-  
lius: qui verò cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mun-  
di, & propterea retrahitur ne perfectè inhaereat di-  
lectioni DEI: cogitat enim quomodo placeat uxori:  
qui autem sine uxore est, sollicitus est quæ sunt Domini,  
& cogitat quomodo placeat Domino. Quamobrem  
si non es alligatus uxori, noli querere uxorem. Beatior  
enim eris si sic secundum meum consilium permanseris:  
ut sis ex illis eunuchis, qui seipfos castraverunt pro-  
pter regnum celorum. Quoniam dabo eis in domo mea  
locum & nomen melius à filiis & filiabus, & nomen  
sempiternum dabo eis quòd non peribit. Ecce expressi  
tibi tertium gradum, quo peruenire valeas ad pro-  
pheticalis perfectionis altum.

CAPVT VI.

De perfecta Charitate, & fuga  
vitiatorum.

Modò percipe quartum. Sequitur enim in  
admonitione mea: Qui, scilicet Carith, est con-  
tra Jordanem. Certè Jordanis, de descensio eorum, inter-  
pretatur: per quam hoc in loco non absurdè pec-  
catum significatur. Quid enim facit tam descen-  
dere homines à dignitate imaginis & similitudinis  
DEI in miseriam & turpitudinem, quàm peccato-  
rum? quòd est transgressio divinatorum præcepto-  
rum? Teste enim Sapiente, Miseros facit homines  
peccatum. Hinc Moyses populo præcepta DEI  
transgressuro dixit: Descendes, & eris inferior. Omnis  
enim natura, licet in suo genere sit munda, supe-  
riori tamen comparata redditur turpis & immun-  
da & à sua dignitate cadit: atque fordescit res no-  
bilis, cum inferiori naturæ miscetur: licet in suo  
genere natura inferior non sordidetur. Nam &  
aurum cum argento sordidatur, si ei miscetur.  
Ego autem (ait divinum Responsum, restant e facta  
scripturâ) feci tam excellentis naturæ hominem,  
quòd eum constitui unive:rsæ naturæ præsidem.  
Quamobrem licet creaturæ sint munde in suo  
genere, humana tamen corda cadunt in sua digni-  
tate, & fordescunt in creaturarum fruitione. Hinc  
de his, qui corda in rebus creatis figunt, per Pro-  
pheta dicitur: facti sunt abominabiles sicut ea, quæ  
dixerunt. Hinc rursum per Prophetam alibi scri-  
bitur, Vastata est superbia Jordanis, id est, peccati,  
Nn 2

quirit ex  
70. ubi  
abest vo-  
cabulum  
terra.  
† Matt. 5.  
\* Græcè  
nata jub-  
vac, sin-  
gulariter.  
Thren. 3.  
Verten-  
dum fue-  
rat se-  
cundum  
70. Susti-  
nere &  
silere in  
salutare  
Dei: ut-  
ge enim  
perfe-  
ctam ten-  
denriam  
in Deum,  
excipite  
illius  
Scriptu-  
re.  
1. Cor. 7.  
\* Allusio  
ad illud  
S. Pauli 1.  
Cor. 7.  
Et divisus  
est.  
† Mat. 13.  
\* Eccl. 2.  
1. Cor. 7.  
Math. 19  
Ipsa 56.  
Prophetic  
id est, mo-  
nasticæ  
perfe-  
ctionis.  
4. Grâ-  
dus mo-  
nasticæ  
perfe-  
ctionis.  
Fuga re-  
rum  
munda-  
narum.  
Prov. 14.  
Deus. 28.  
Oz. 9.  
Zach. 11.  
\* Melius  
Quia ad men-

rem as-  
torem,  
miserabilis  
facta est.  
\* Melius  
in misere-  
riam.  
Psal. 52.  
\* Carith.  
id est, di-  
vilio.

1. Cor. 13.  
  
1. Joan. 3  
Charitas  
animæ  
vita.  
Ibid.

Proverb.  
10.

Matth.  
22.

Id est, de  
peccato  
in pecca-  
tum tuas  
Amor  
Dei super  
omnia.  
Matth. 10  
10. cap.  
Quid sit  
diligere  
Deum ex  
toto  
corde?

Luce 14.

Joan. 14.  
Marc 12.  
Deum, 6.

2. Joan. 4.

Amor  
ordina-  
tus.

Quia videlicet unde peccatorum contempnendo  
DEI præceptum in peccato contra DEUM super-  
biunt, inde in vultu aem \* corruptionis & abomi-  
nationis descendunt, dicente Propheta, Corrupti  
sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus. \* Car-  
rius verò divisio interpretatur, per quam charitas  
merito intelligitur, quia ipsa sola hominem dividit  
à Jordane, id est, à peccatorum descensione. Hæc  
namque Carith, scilicet caritas, pehibetur esse  
contra Jordanem, id est, contra peccatorum des-  
censionem: quia, sicut ait Apost. Quantumlibet ho-  
mo cæteris omnibus bonis polleat, etiamsi loqua-  
tur omnibus linguis, & habeat omnem prophetiam, &  
omnem fidem, & omnem scientiam, & distribuat om-  
nem substantiam suam in cibos pauperum, & tradat  
corpus suum ut ea ut ardeat, caritatem autem non ha-  
beat, nihil ei prodest: nec transfertur à morte peccati in  
vitam. Qui enim non diligit, manet in morte. Ab hac  
tamen morte dividitur homo per charitatem, &  
ad vitam, dicitur Joanne Apostolo, transfertur:  
Nos, inquit, scimus quoniam translati sumus à morte  
ad vitam, quoniam diligimus fratres. Bene ergo Car-  
ith, id est, charitas est contra Jordanem, scilicet  
contra peccatorum descensionem: quoniam, sicut  
ait Sapiens, Universa delicta operit Charitas.

Tu ergo, fili mi, si vis perfectus esse, & ad finem  
monastica vite eremiticæ pervenire, & contra  
Jordanem, id est, peccatorum descensionem, abs-  
condi debes in Carith, id est, in charitate, ibique de-  
tente bibere, diliges Dominum DEUM tuum ex  
toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente  
tua. Nam cum hoc adimpleveris, tunc perfectus  
eris, & contra Jordanem in Carith, id est, in charita-  
te abiconderis. Si autem hoc adimplere tenueris,  
miser & reprobus efficieris, & non in Carith, sed in  
Jordanem, id est, in peccatorum descensione eris. Si  
enim quidquam aliud amas plusquam me, jam  
non me diligis ex toto corde tuo, nec es in Carith,  
id est, in charitate: quare non es dignus videre me.  
Qui enim amat patrem, aut matrem plusquam me,  
non est me dignus: aut qui amat filium, aut fratrem  
super me, non est me dignus. Sed & si quidquam aliud tan-  
tum amas quam me, nondum me diligis ex toto  
tuo corde, nec es in Carith, id est, in charitate. Si  
enim ex toto tuo corde diligeres, quantumcunque  
anima tua & cætera omnia essent tibi cara, eis om-  
nibus dilectionem meam præfereres, & cuncta,  
quæ cor tuum ab ea averterent proinus respueres,  
& odio haberes: Si quis enim venit ad me, & non  
odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & fratres,  
& sororem, adhuc autem & animam suam, non potest  
esse meus discipulus. Si verò cor tuum mihi tanto  
amore offeras, & teipsum mihi tantâ dilectione  
committas, ut quod nolo, & tibi prohibeo, quam-  
libet sit difficile caveri, totum tamen amore mei  
vites & odias; quod autem volo, & tibi præcipio,  
quantumcunque sit durum fieri, nihilominus to-  
rum amore mei servas & adimpleas, tunc incipis  
me utcumque diligere ex toto tuo corde, & ex to-  
ta anima, & ex tota mente, & in Carith, scilicet in  
charitate esse. Qui enim habet mandata mea & ser-  
vat ea, ille est qui diligit me. Primum autem omnium

est mandatum, Audi Israel: Dominus DEUS tuus  
DEUS unus est: & diliges Dominum DEUM tuum  
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota  
mente tua. Hoc est primum & maximum mandatum.  
Quod quia non potest servari sine dilectione  
proximi, eò quod qui non diligit fratrem suum, quem  
videt, non potest DEUM diligere quem non videt; id eò  
secundum mandatum simile huic est; Diliges proximi-  
um tuum sicut teipsum: scilicet in quo, & propter  
quod, debes diligere teipsum: In bono verò, &

non in malo debes te diligere, si enim in malo te  
diligeres, jam non teipsum amares, sed odio habe-  
res: Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam.  
Ideoque proximum debes diligere sicut teipsum,  
in bono & non in malo: ut omnia quacunque tu ut  
faciant tibi homines, fratres & tu illis: & quod ab alio  
oderis tibi fieri, id nè tu aliquando alteri facias. Dilectio  
enim proximi malum non operatur. Quapropter  
hoc in proximo amare, & operari debes, per quod  
justus fiat, si malus est; aut per quod justus perma-  
neat, si bonus est.

Rufus te debes diligere, non propter teipsum,  
sed propter DEUM. Quod enim propter te dili-  
gitur, in eo finis lætitiæ, & vita beata constituitur,  
cujus adipiscendæ etiam spes jam hoc tempore  
consolatur. In te verò, vel in alio homine, non de-  
bes spem beatæ vite ponere. Maledictus enim ha-  
mo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium  
suum, & a Domino recedit cor ejus. Debes ergo in  
Domino finem tue lætitiæ & vitam beatam con-  
stituere, Apostolo dicente: Nunc autem liberati à  
peccato, servi autem facti DEO, habetis fructum ves-  
trum in sanctificationem, finem verò vitam æternam  
in Christo JESU Domino nostro. Ergo si liquide ad-  
vertas, DEUM debes diligere propter teipsum, te  
verò non propter teipsum, sed propter DEUM.  
Cumque debeas diligere proximum tuum sicut  
teipsum, debes utique eum diligere non propter se,  
nec propter te, sed propter DEUM. Hoc autem  
quid aliud est, quam in proximo diligere DEUM?  
In hoc, inquit Joannes Apostolus, cognovimus quo-  
niam diligimus nos DEUM, cum DEUM diligimus, &  
mandata ejus facimus. Quæ omnia utique in præ-  
paratione animi facis, si DEUM diligas propter  
teipsum, & si propter DEUM diligas proximum  
sicut teipsum. In his quippe duobus mandatis univer-  
sa lex pendet & propheta. Plenitudo enim legis est dile-  
ctio. Propter quod ad eam præcipiè habendam  
hortatur Petrus Apostolus dicens: Ante omnia ma-  
tuam in vobis in vestris caritatem continentem habentes,  
quia charitas operit multitudinem peccatorum.

Sed tanto minus Carith, id est, caritas tua ope-  
rit peccata, & est contra Jordanem, id est, contra  
peccatorum descensionem, quanto minus  
DEUM & proximum diligis. Minor quippe dile-  
ctio minorem me: ut peccatorum dimissionem,  
sicut scriptum est: Cui minus dimittitur, minus dili-  
git: tanto verò magis Carith, id est, caritas tua  
operit peccata, & est contra Jordanem, id est, con-  
tra peccatorum descensionem, quanto magis  
DEUM & proximum diligis: quoniam major dile-  
ctio majorem meretur remissionem peccato-  
rum, quemadmodum scriptum est: Remittuntur ei  
peccata multa, quoniam dilexit multum. Ecce expolui  
tibi quartum gradum, quo attingete queas ad  
prophetialis perfectionis bonum.

CAPVT VII.

Ad perfectionem charitatis Monachis  
maximè conducere paupertatem, casti-  
tatem, obedientiam, & cremi  
solitudinem.

R Estat nunc attendas qualiter ad culmen per-  
fectionis prophetica, & finem monastica vite  
eremitica per hos præmissos quatuor gradus  
per venias. Sequitur enim in propositione mea: Et  
ibi de torrente bibet. Nempe expedit tibi Sipientis  
exemplo abstrahere à vino carnem tuam, ut anima tua

tuam fr-  
Lustro  
Quam  
quod u  
vino in  
ac tota  
reore r  
Re  
rim t  
in tot  
presto  
myrica  
noct-  
tis  
Hiero  
17.  
Rom. 4.  
Ratio  
dilectio  
nis  
proximi  
1. Joan. 4.  
Matth. 22  
Rom. 13.  
1. Petri 4  
Luce 11.  
2. Tim.  
Charit  
tem ac  
cenda  
ardua

Proverb. 20.

tuam transferas ad sapientiam, devotesque stultitiam. Luxuriosa enim res est vinum, & tumultuosa ebrietas. Quicumque his delectatur non erit sapiens: Propter quod ut facilius ad veram pervenias sapientiam, a vino in Carith abstinence, & in remedium tuæ stultitiae, ac tutamentum vitæ tui corporis, bibes ibi de torrente materiali, scilicet de aqua torrentis.

Interpretatio mystica torrentis.

prov. 10. 12.

Reminiscere tamen qualiter antequam dixerim tibi: Es ibi de torrente bibes, præmissi: Abscondere in torrente Carith. Quod ideo prædixi, quia ad hoc ut de torrente spiritualiter bibas, oportet te prius in Carith, scilicet in charitate abscondi: in qua non illico absconderis cum in ea esse incipis; quoniam sicut dictum est, non quantumlibet charitas, sed sola perfecta operit universa delicta. Licet ergo mox ut me incipis ex toto corde diligere, sis verè in Carith, id est, in charitate; non tamen es protinus absconditus in Carith, id est, in charitate: quia non confestim es totaliter divisus ab actuali cupiditate peccati. Non enim mox quiescunt, immo insurgunt in te carnales concupiscentiæ, & cogitationes immundæ conantes cor tuum in verita trahere, & à dilectione mea totaliter evellere: propter quod nondum potes perfectè diligere me ex toto tuo corde.

Nam etsi cor tuum retineat tunc assidue dilectionem meam habitualiter in se; adhuc tamen non potest tranquillè per actualem amorem perfectè ferri in me. Quoniam, nè totaliter decidat à mea dilectione, oportet te tunc intendere ad expugnandum insurgentes cogitationes immundas, & carnales concupiscentiæ, contrarias dilectioni meæ. Quas cum velut illicitas edomaveris, non tamen continuò in Carith, id est, in charitate absconditus eris: quia nondum me ex toto corde tuo perfectè amabis. Adhuc enim restabunt multa tibi licita, quæ per me nec præcepta sunt tibi, nec veritate nuptiæ, divitiæ, negotia secularia, & similia, quæ supra memoravi. Quibus cum te implicas, etsi cor tuum non divellant totaliter à mea dilectione, tamen non faciliè sinunt te de me cogitare, sed frequenter te impediunt à mei consideratione, & cor tuum subducunt à meæ dilectionis fervore. Quo quanto minus inflammaris, tanto minus ex toto corde tuo me diligis; quando autem me minus diligis, tanto minus in Carith, id est, in charitate absconderis: & quanto minus in charitate absconderis, tanto minus ad perfectionem propheticam, & ad finem monasticæ vitæ eremiticæ tendis.

Tu ergo fili mi, ut promptus queas abscondi in Carith, id est, in charitate, & ad finem destinatum pertingere, ibique de torrente bibere, evita non solum ea per me tibi prohibita, quæ te totaliter à mea dilectione separant, ut sunt carnales concupiscentiæ ei contrariæ, & cogitationes immundæ; sed etiam diffuse ea, quæ te ab ardore dilectionis meæ retardant, ut sunt ea, quæ tibi propterea lupèrius dissuasi, scilicet divitiæ & nuptiæ, ac cætera, quæ in se negotia secularia implicanti: Nemo enim militans DEO implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit. Illa verò summo studio exquire, quæ te ad meæ dilectionis ardorem vocant: ut sunt præcepta Legis meæ, & ea quæ propterea tibi supra persuasi, scilicet paupertas & carnis concupiscentiæ crucifixio, obedientia, & voluntatis propriæ abrenunciatio, continentia & eremi solitudo.

Nam si in mandatis & consilijs meis taliter exercitatus fueris, ut non solum cogitationes immundas, & carnales concupiscentiæ dilectioni meæ contrariæ, sed etiam cætera fervorem dile-

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

ctionis meæ impediencia & retardantia à te fugaveris; & si ea, quæ amori meo opitulantur ita elegeris, ut inde tam ferventi amore me totaliter diligas, tamque vehementi dilectione mihi tranquillè adhaereas, quod nullum desiderium contrarium dilectioni meæ, vel ejus impeditivum in mente tua sentias, tunc incipis me diligere perfectè ex toto tuo corde, & in Carith, id est, in charitate absconditus esse, adque finem destinatum pertingere. Finis enim præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fides non ficta. Quicquid enim tibi in lege mea præceptum, aut consulo, sive de miticæ, fugandis à te cogitationibus immandis, & carnis ac mundi concupiscentijs, ut cor tuum ab his purum teneas; sive de exhibendis proximo officijs, & vitandis ejus offensis, ut sine reprehensione conscientiam bonam ad eum habeas: sive de impendendis cultui meo obsequijs, ut ex fide non ficta sed verà, mihi deservias; totum hoc ad hunc finem tibi suadeo, ut de corde tuo puro, & conscientia bona, & fide non ficta, prodeat liberè charitas tam fervens & vehemens, tamque pacificè cor tuum totaliter sine renulo conjungens, ut nihil penitus contrarium dilectioni meæ, vel ejus retardativum cor tuum in te sentiat, sed tranquillum in amore meo totaliter conquiescat: Quod nihil aliud est, quam habere cor purum ab omni peccati actualis sordide, & esse absconditum in Carith, id est, in illa charitate, de qua Sapiens ait: Universa delicta operit charitas. Cum ergo ad finem hunc prophetialis, ac monasticæ vitæ eremiticæ perveneris, & ita in Carith, id est, in charitate absconditus fueris, tunc ibi de torrente bibes: quia in hac tam perfectà tui conjunctione ad me, porabo amicitiam, & te, & tuos sodales, illo torrente, de quo Propheta scriptum est enim: Si reversus fueris ad omnipotentem, edificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo; dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos, eritque omnipotens contra hostes tuos, & cervabitur tibi argentum. Tunc super omnipotentem delictijs afflues, & elevabis ad DEUM faciem tuam. Ubi vide, si ad DEUM ex toto corde tuo, sicut præmittitur, revertaris, qualiter in bonum gradatum edificaberis.

Primò quidem longè facies iniquitatem à tabernaculo, id est à corde tuo: quia antequam cum omnipotente conjungi non posses, sicut scriptum est: Si dixerimus quoniam societatem habemus cum DEO, & in tenebris ambulamus, mentimur. Quoniam iniquitates nostræ dividerunt inter nos & DEUM nostrum, & peccata nostra absconderunt faciem ejus à nobis. Secundo, pro terra, id est, terrenis affectionibus & divitijs à te dimissis, dabit tibi DEUS silicem, id est, fortem & ardentem charitatem. Est enim silix lapis durus & fociatus, à quo salit ignis, & significat illam perfectam charitatem, de qua Sapiens ait: Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus amulatio: lampades ejus lampades ignis, atque flamma dum erat rum. Hanc dat DEUS, sicut ait Apostolus: Charitas DEI diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Tertio pro silice, id est, forti & perfectà charitate servata à te, dabit tibi DEUS torrentes aureos; id est, videlicet, ineffabiles & suaves delicias spirituales, de quibus scriptura est: Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit DEUS his, qui diligunt eum. Hæ quidem deliciae dicuntur torrentes, quia instat torrentis cum impetu, & magna voluptatis abundantia, ad mentem prophætæ confluvit: sicut scriptum est: Torrentes redundant fons sapientia. Sed sicut torrentis ortu solis quod

Finis vi-puro, & conscientia bona, & fides non ficta. Quicquid enim tibi in lege mea præceptum, aut consulo, sive de miticæ, fugandis à te cogitationibus immandis, & carnis ac mundi concupiscentijs, ut cor tuum ab his purum teneas; sive de exhibendis proximo officijs, & vitandis ejus offensis, ut sine reprehensione conscientiam bonam ad eum habeas: sive de impendendis cultui meo obsequijs, ut ex fide non ficta sed verà, mihi deservias; totum hoc ad hunc finem tibi suadeo, ut de corde tuo puro, & conscientia bona, & fide non ficta, prodeat liberè charitas tam fervens & vehemens, tamque pacificè cor tuum totaliter sine renulo conjungens, ut nihil penitus contrarium dilectioni meæ, vel ejus retardativum cor tuum in te sentiat, sed tranquillum in amore meo totaliter conquiescat: Quod nihil aliud est, quam habere cor purum ab omni peccati actualis sordide, & esse absconditum in Carith, id est, in illa charitate, de qua Sapiens ait: Universa delicta operit charitas. Cum ergo ad finem hunc prophetialis, ac monasticæ vitæ eremiticæ perveneris, & ita in Carith, id est, in charitate absconditus fueris, tunc ibi de torrente bibes: quia in hac tam perfectà tui conjunctione ad me, porabo amicitiam, & te, & tuos sodales, illo torrente, de quo Propheta scriptum est enim: Si reversus fueris ad omnipotentem, edificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo; dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos, eritque omnipotens contra hostes tuos, & cervabitur tibi argentum. Tunc super omnipotentem delictijs afflues, & elevabis ad DEUM faciem tuam. Ubi vide, si ad DEUM ex toto corde tuo, sicut præmittitur, revertaris, qualiter in bonum gradatum edificaberis.

Primò quidem longè facies iniquitatem à tabernaculo, id est à corde tuo: quia antequam cum omnipotente conjungi non posses, sicut scriptum est: Si dixerimus quoniam societatem habemus cum DEO, & in tenebris ambulamus, mentimur. Quoniam iniquitates nostræ dividerunt inter nos & DEUM nostrum, & peccata nostra absconderunt faciem ejus à nobis. Secundo, pro terra, id est, terrenis affectionibus & divitijs à te dimissis, dabit tibi DEUS silicem, id est, fortem & ardentem charitatem. Est enim silix lapis durus & fociatus, à quo salit ignis, & significat illam perfectam charitatem, de qua Sapiens ait: Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus amulatio: lampades ejus lampades ignis, atque flamma dum erat rum. Hanc dat DEUS, sicut ait Apostolus: Charitas DEI diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Tertio pro silice, id est, forti & perfectà charitate servata à te, dabit tibi DEUS torrentes aureos; id est, videlicet, ineffabiles & suaves delicias spirituales, de quibus scriptura est: Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit DEUS his, qui diligunt eum. Hæ quidem deliciae dicuntur torrentes, quia instat torrentis cum impetu, & magna voluptatis abundantia, ad mentem prophætæ confluvit: sicut scriptum est: Torrentes redundant fons sapientia. Sed sicut torrentis ortu solis quod

ardore paulò

LESU  
Spiri.  
II  
VIII  
28

in malo  
odio habet  
imam suam  
cuti septum  
quæque rati  
quod ab alio  
tuo. Dilatam  
Quapropter  
es, per quod  
ita pema-  
ret septum,  
opiet le dis-  
continuum,  
ac tempore  
ne, non de-  
tu enim be-  
um brachium  
ebes ergo in  
nam con-  
liberati  
fructum re-  
am astram  
liquis ad-  
seipsum, te  
ter DEUM.  
tuum sic  
propter se,  
Hoc autem  
re DEUM  
vorum qua-  
al-gimas, &  
que in pra-  
ngas propter  
proximum  
lati unum  
legi est ad-  
habendum  
omnia mo-  
niam habent  
ram,  
tas tua opo-  
est, contra  
id minus  
quippe dile-  
millionem,  
minus dili-  
charitas tua  
id est, con-  
id magis  
major di-  
peccati  
struunt ti  
ce expoli  
queas ad

onachis  
n, casti-  
emi

2. Tim. 2.

Charita-  
tem ac-  
cendunt  
ardua.

men per-  
astica vi-  
t gradus  
mea: Et  
Sapientia  
animam  
18 cm

ardore citò arefcit; ita dapes illæ spirituales orã carnis cupiditate, mox à mente prophete difcedunt & torrefcunt. Sunt ve-ò hi torrentes auris, id est, fulgentes tam ex ardore dilectionis DEI, ex qua ad mentem prophete profuunt; \* quàm ex manifesta notitia DEI, ad quam hominem propheticum secte è perducunt, sicut Dominus ait: *Qui diligit me diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.*

Quartò, eùm ad talem DEI notitiam perveneris, erit omnipotens contra hostes tuos visibiles & invisibiles, protegens te ab eis, sicut ipse ait: *Protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.* Quin-ò, accer- vabitur inde tibi argentum, de quo Propheta ait:

*Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne, id est, charitate examinatum. Quia enim, propter charitatem DEI, mundum & consortia hominum relinques, ut puro corde DEO inharcas; \* mereberis divino abundè perfrui colloquio, ita ut occulta etiam futura interdum revelentur tibi à DEO.*

Tunc ergo super omnipotentem delictis inastimabilibus afflues. & elevabu ad DEUM liberè contem- plandum faciem mentis tuam. Ecce docui qualiter ad perfectionem propheticam pervenias, & finem Monasticæ vitæ eremiticæ attingas.

\* Per amicitiam sc.

C A P V T V I I I.

De remedijs ad perseverandum in perfectione vitæ Monasticæ, live Eremiticæ.

D Einceps oportet ultimò videat, quomodò in perfectione propheticæ vitæ eremiticæ perseverare debeas. Sequitur enim in promissione mea, *Corvusque præcepti, ut pascant te ibi.* Quod utique ad tui consolationem necessarium judicavi. Nempe licet inenarrabilibus afflues delicijs, quàm diu bibes de torrente meæ voluptatis; duplici tamen ratione tuum gaudium nondum erit plenum.

Primò quidem, quoniam vehementissimè ex toris tuis præcordijs desiderabis tunc faciem meam clarè conspiciere, quam tamen non poteris

*Exod. 33.* perspicuè videre: *non enim videbit me homo & vivet, quia ego lucem inhabito inaccessibilem, quam nullus homo in hac vita videt, sed nec videre potest.*

*1. Tim. 6.* Secundo, quoniam dum in illis ineffabilibus delicijs, quas bibes de torrente meæ voluptatis, requiescere diutius conaberis, repentiè jam propter fragilitatem tui corporis ab eis motus ad te ipsum reverteris. Corpus enim, quod corrumpitur ag- gravat animam, & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem.

Hæc itaque duplici ratione, quia sanctam faciem meam non poteris clarè cernere, & quia oppressus corruptibili corpore non valebis diutius degustare, nec permanere in illa gloriosa dulcedinis contemplatione, orabis tunc, si vis in perfectione perseverare, & dices incipiens gemere,

*Psal. 62.* DEUS DEUS meus ad te de luce vigilo, sicut anima mea ad te, quam multipliciter tibi caro mea in terra deserta, in via & in aquosa sic in sancto apparui, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. Verùm, ne tunc irremediabilibus gemitibus, & cordis molestitudine inconsolabiliter dissolvaris, & desiderio videndi me, & fame gustandi suavitatem dulcedinis gloriæ meæ, ad consolationem tui, *Corvus præcepti ut pascant te ibi.*

Quippe corvorum nomine cum ratione intelliguntur sancti Prophetæ, tibi in exemplum dati à me: quia nequaquam de justitia siæ luce super-

biunt, sed per humilitatis gloriam & infirmitatis propriæ notitiam, peccatorum in se nigredinem confitentes, ajunt: *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non peccati est.* Proinde de eorum quolibet scriptum est: *Qui præparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad DEUM vagantes, eo quod non habeant cibum?* Corvus ejus est naturæ, quod pullorum suorum in ortu candidorum ora hiantia, huc, illucque in nido vana ingantia, & cibos expetentia respicit, quibus cibum paucè prius non ministrat, donec per pennarum nigredinem proprii coloris similitudinem in eis recog- noscat: postquam ve-ò nigrescere eos conspicit, totis suis viribus eos deinceps pascit.

Sic interdum Prophetæ sancti à me missi nascuntur pulli, scilicet, discipuli, ad tantam tandem gratiam pervenientes ELI. Exemplo, ut bibant de torrente voluptatis meæ, quemadmodum & Propheta ille. Sed eùm ex infirmitate propriæ naturæ nondum fuerunt ad gustandum illam suavitatem perduci, huc, illucque vagantes desiderio ad me clamandi, eò quod, desideratos cibos illius internè dulcedinis nequeant adhuc fumere: e- iano juxta id, quod scriptum est, *nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in Regnum calorum,* debet se tunc per humilitatem adhuc reputare pullos (id est, parvulos in bono) & formidare, ne augmentum ostendant ex malo: scriptum est *1. Pet. 2.* *In multo offendimus omnes.*

Ei tamen ipsi plerumque à peccatis suis memoriam avertunt, & considerare propriam infirmitatem nesciunt, ac per hoc nigredinem, quam assumi oportet, contra mundi nitorem non ostendant. Tandem autem minus spiritalem illam reflectionem internè fumere possunt, quando exterius per cultum vitæ præsentis quasi magis nitescunt.

Corvus igitur in pullis ora hiantia respicit, sed antequam cibum ministrat, corpus induit pennarum nigredine in eis quærit. Quia missus à me propheta priusquam ad absconitam escam voluptatis meæ discipulos perducatur, admonet eos, & expectat, ut (exemplo sui) à nitore vitæ præsentis per humilis lamenta penitentia nigrescant, & peccatorum propriorum nigredinem in se recognoscant. Qui si in confessione vitæ præterita lamenta sui gemitus (velut nigrescentes plumas) ex interioribus proferant, illico Propheta hiantibus in ore præparatam à me escam ministrat: quia ad gustandam dulcedinem de torrente voluptatis meæ emanantem eos inviatur. Quos tantò ardentiùs de torrente reficit, quando verius à mundi nitore eos nigrescere, per humilis lamenta penitentia, cognoscit. Sed ut cognoscant discipuli se escam, ad *1. Pet. 39.* quam Propheta, eos vocat, à merecipere, cum ratione proponitur sub petitione: *Qui præparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad DEUM vagantes, eò quod non habeant cibum? subaudi nullo præparat mihi DEUS, qui sicut scriptum est, dat escam pullis corvorum invocantibus eum.*

Tu ergo fili mi, eùm ad perfectionem Propheticam, & finem monasticæ vitæ eremiticæ perveneris, & de torrente meæ voluptatis biberis, ne inde de tanta suavitatem gustata extollaris, repentiè ab ea ad tempus removeberis propter fragilitatem, & corruptionem tuæ carnis. Cave ergo tunc, ne de perfectionis recto descendens tolle aliquod ex his, quæ renuntians abdicasti. Nemo enim mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Quamobrem, qua retrò sunt obviscens, ad ea, quæ sunt priora, extendens te ipsum, persequere, donec pervenias ad destinatum bravium superne vocationis. Non enim qui hæc præcepta incepit, sed qui

**Pulli** qui in eis perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Et propterea vagans, instat pullorum corvi, debet ad me incessanter clamando dicere: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te DEUS.* Nam si ad illam dulcedinis mez pręgustatam suavitatem non confestim reducaris, hoc ideo fiet, primò, ut scias, te non ex tuis meritis, sed ex mea gratia ad illam suavitatem prius pervenisse: secundò, ut ardentius eam desideres, & multiplicis desiderando, capaciore redaris ad eam adipiscendam.

Ne autem interim à perfectione penitus corruas, *Corvis pręcipi, ut pascant te ibi:* quia prædecessoribus tuis Prophetis mandavi, ut te doctrina exemplorum humilis penitentię pascant, qua peccatorum in te nigredinem humiliter recognoscebant, & nitorem vitę carnalis vitabant. Quapropter, ut interim saturatus esse queas, eorum doctrina avidè pascaris, sicut scriptum est: *Sapientiam Antiquorum omnium exquire sapiens, & in Prophetis vacabis.* Quoniam si eorum exemplo, à nitore vitę præsentis, per proprię fragilitatis notitiam, & vetę humilitatis modestiam, instat pullorum corvi totus nigrescas, per devotam orationem, ac debitam peccatorum confessionem copiosos lamenti gemitus, (velut nigrescentes plumas) ad DEUM proferas: tunc redacet te DEUS iterum ad gustandam gratię dulcedinem effluentem de torrente voluptatis suę. Hinc enim scriptum est,

**Matth. 6.** Considerate corvos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & DEUS pascit illos. Ecce docuit te, quomodo debeas humiliter perseverare in perfectione vitę eremiticę.

CAPVT IX.

ELIAM Prophetam per abrenuntiationem divitiarum, castitatis puritatem, & voluntatis proprię negationem, ad perfectionem vitę eremiticę pervenisse.

ELIAS itaque, audita à DEO præfata lege perveniendi ad propheticam perfectionem, & monasticę vitę eremiticę finem, & perseverandi in eadem, consideravit, *Quod non auditores, sed factores legis justificabuntur:* propter quod ex totis suis præcordiis studuit ad dictam perfectionem propheticam, & finem monasticę vitę eremiticę pervenire, & legem ad eam perveniendi, quam à DEO audierat, opere adimplere, sicut de eo ita legitur scriptum in superiori lectione libri Regnorum: *Abijt ergo ELIAS, & fecit juxta verbum Domini: cumque abijisset, sedit in torrente Carith, qui est contra Jordanem: corvi quoque deserebant ei panem, & carnes manes, similiter panem, & carnes vespere, & bibebat de torrente.* Hęc autem verba præmissa exponemus, tam historicè, quam mysticè: quia utroque modo de ELIA verificata suere.

**Quid sit** Abijt ergo ELIAS, quò abijt? contra Orientem, hoc est, contra originale suę carnis cupidinem. Quia enim in carne ejus non inhabitabat bonum, arbitratus est, se esse debitorem non carni, ut secundam carnem viveret, quia sicut inquit Apostolus, *Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Ideo ELIAS (ut in spiritu perfecte à DEO viveret) crucifixit carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis, mortificans membra peccati, quę sunt super terram, fornicationem, libidinem, immunditiam, & concupiscentiam ma-

**Rom. 8.** *Si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Ideo ELIAS (ut in spiritu perfecte à DEO viveret) crucifixit carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis, mortificans membra peccati, quę sunt super terram, fornicationem, libidinem, immunditiam, & concupiscentiam ma-

**Coloss. 3.** *Fornicationem, libidinem, immunditiam, & concupiscentiam ma-*

lam, à forti quodammodo antecessoribus suis: quoniam ut per puritatem castitatis, & incorruptionem suę carnis æquaretur Angelis ad conversationis imitationem, seipsum (propter DEUM) virginitate perpetua primus hominum sponte decoravit. Qui seipsum proflus abnegans, & voluntati proprię abrenuntians, semper superioris (id est DEI) voluntatem proflus sequutus fuit, quemadmodum de eo scriptum est: *Abijt quocumque eum ferebat voluntas, scilicet DEI.* Sequitur, & *fecit juxta verbum Domini, quia scilicet, de terra, & de cognatione sua, & de domo patris sui* in solitudinem recessit, DEO pro ipso aliquid melius tunc providente, ut scilicet à morte eriperetur, & ad perfectionem vitę monasticę traheretur. Quippe populus Israël per Achab Regem recentè seductus adorabat tunc Baal, tanquam Deum largiorem pluviarum, & fertilitatum, ceterorumque temporalium bonorum. Non advertebat autem populus ille, omnia hæc provenire à vero DEO Israël, & non à Baal, sicut Dominus conqueritur per prophetam, dicens: *Et hæc nefecit, quia ego dedi ei frumentum, vinum, & oleum, & argentum multiplicavi, & aurum, quę fecerunt Baal.* Ob hoc volens ELIAS tunc Regi Achab, & populo Israël ostendere, illam esse veram DEUM, quem ipse colebat, & Baal esse falsam Deam, quem Rex instigante regi nã noviter à populo adorandum introducebat, prædixit ei verbo Domini, quòd quantumlibet invocarent Baal, pluviam eis largiri non posset, nec annis illis ros, aut pluvia super terram descenderet donec pro hoc ipse ELIAS DEUM Israel peoraret. Et quia propter carentiam pluvię sequuta fuit tunc famēs vehemens in regno Samarię, idèd querebat eum rex interficere. Sed ELIAS priusquam à rege quæreretur, fecit juxta verbum Domini, Quoniam nè à rege inveniretur, recessit nã tu DEI de terra, & de cognatione sua, & de domo patris sui in solitudinem, relinquens de cetero mundanas divitias, non solum mente, sed etiam opere: ne per domesticam curam, aut per facultates, & terrenas possessiones, impediretur à consecutione perfectionis vitę monasticę, ad quam per DEUM tunc vocabatur ipse.

Sequitur, *Cum abijisset, sedit in torrente Carith, qui est contra Jordanem:* quia scilicet, squalorem eremi tunc ELIAS cum silentio æquantiter sustinens, monachalem vitam eremiticam primus hominum à proposito servare studuit, quam bene secundum etymologiam nominis in solitudine torrentis Carith inchoavit. Interpretatur enim Carith, divisio, ut etiam nomen loci, in quo sedit, indicaret eum esse divisum à consortio, & vita sæcularium hominum. Sedit itaque solitarius in torrente Carith, deducens quasi torrentem lachrymas per diem & per noctem; ut sic esset contra Jordanem, id est, contra peccatorum descensionem: Quatenus ex suę vitę conversatione innotesceret, quàm rectè à proposito primus hominum officium monachi ipse tunc inchoaret. Monachus enim dicitur ipse sicut, quia singularis, sive solus, & in illis sedit, peccataque sua, & aliorum solitarius uberrimè luxi. Mysticè autem, *Cumque abijisset ELIAS contra orientem,* id est, contra originale suę carnis cupidinem, *sedit in torrente Carith, qui est contra Jordanem:* quia in Carith, id est, in DEI charitate eum dividente à Jordane, Elias, id est, à peccatorum descensione, ex tunc semper existit, sicut ipse ait: *Vivis Dominus exercituum ante cuius vultum sto.* Jure autem merebatur ipse ante celsitudinem divinę Majestatis stare, quia in iano culmine perfectionis gressum animi fixerat,

ELIAS primus omnium perpetuam virginitatem servavit. Vita monasticę perfectionis. Off. 2. Spirit. II VIII 26

ut nullus ex mulierum natis fuerit unquam ex potior in plenitudine perfectionis. Licet namque *Matth. 11* Saluator dixerit, *Inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista: ELIAM* tamen Joanni esse æqualem, Angelis Gabriel evidenter testabatur, dum Zachariam affans, Joannem *in spiritu & virtute ELIÆ* præire Christum asseruit. Cujus *ELLÆ* cor, dum in deserto ex ferventi charitate intra se concalet, † & in meditatione sua ignis divini amoris exardesceret, gustabat frequenter ineffabilem DEI gloriam, & *sedebat*, id est, quiescebat, in torrente voluptatis divinae, quo DEUS potat diligentes se: dicente Propheta, *Torrente voluptatis tua potabis eos*. Sed quamvis satageret tunc ELIAS in contemplatione tam ineffabilium deliciarum assidue requiescere; \* oppressus tamen corruptibili corpore, nequibat in eis diutissime permanere. *Contra apathia.* Qui ad semetipsum reversus, modò lætatur in corde tacidè ex recordatione suavitatis gustatæ; modò verò gemit validè ex desiderio & fame gustandi suavitatem dulcedinis tam jucundæ.

*3. Reg. 17* Sequitur: *Corvi quoque describant ei \* panem & carnis mane similiter panem & carnes vesperti. Quibus cibis ELIAS exinanitum corpus in deserto reficiebat: tantum ne deficeret. Nec dubium quin DEUS panem & carnes illas ministraret per corvos ei deferenda. Sic enim antequam ad torrentem Carith iret, prædixit ei DEUS: Corvi præcipi, ut pasiant te ibi. Propter quod ELIAS dum in Carith existeret, confidens in Domino, escam suam in manu DEI committebat, cui cura erat de eo. Illa autem omnia ad hanc vitam necessaria adiecit ei DEUS, quia ipse primum querebat regnum DEI & iustitiam ejus.*

Mysticè verò, Prophetæ prædecessores sui, diæi corvitatione superiori, *describant ei panem* doloris & penitentiae, & *carnes* humilitatis veræ. *Elia.* *Mane*, id est, quando ipse ex recordatione suavitatis gustatæ lætatur: *similiter & vesperti*, dum scilicet absentia illius suavitatis gustatæ tristatur. \* Quippe ne de ineffabili jucunditate sibi *liberata* ipse ex tristitia dissolveretur, *Corvi describant ei panem*; de quo scriptum est, *Cibus nos pane lachrymarum*. Nam sicuti Prophetæ eorum exemplis sibi in divinis scripturis relictis, reducebant ei ad memoriam nigredinem suorum peccatorum; ex quorum consideratione satiatatur ipse lachrymarum dolore: propter quod humiliter reputabat se indignum bibere illam ineffabilem suavitatem, quam non ex suis meritis, sed ex Dei gratia considerabat se prius gustasse. Similiter ne in lætitia ex recordatione suavitatis gustatæ ipse per inanem gloriam extolleretur, corvi deferabant ei carnes: quia sancti Prophetæ eorum exemplis ad memoriam ei reducebant suæ carnis fragilitatem, & corruptiones, quæ auferabant ab eo illas delicias tam suaves. Cujus fragilitatis passus agnitione humilis manebat, in se cernens, quod *omnis caro farina, & omnis gloria ejus tanquam flos feni*. Tam igitur ex fragilis carnis consideratione, quam ex peccatorum suorum recordatione, fuerunt ei lachrymae suæ panes die ac nocte: dum corvi, id est, Prophetæ, dicebant ei quotidie, ubi est DEUS tuus? Hæc verò dicentibus Prophetis; recordatus scilicet, quod ex peccatorum nigredine, & ex propria carnis fragilitate movebatur ipse ab illa arcana DEI participatione *effundebat in se animam suam*: quia per devotam orationem, & humilem peccatorum confessionem, copiosos lamenti gemitus ad DEUM proferebat.

*Eccl. 2.* Sequitur: *Et bibeat de torrente*, id est, de aqua torrentis, *abstrahens à vino carnem suam: ut animum*

suum *transfretet ad illam salubrem sapientiam*, de qua scriptum est: *Torrentes redundant: fons \* sapientie*. get no. Sic rursus in spiritu raptus transibat ELIAS in *domum DEI: A Sapiens* cuius ubertate inebriabatur ipse, & torrente voluptatis ejus potabatur. Hoc itaque prædicto modo prophetalem vitam monasticam ducebat ELIAS in eremo.

CAPVT X.

ELIAM in torrente Carith cœpisse suos discipulos, nempe Filios Prophetarum ad vitam monasticam erudire, & quare appellati *sint prophetæ*

**D**enique ELIAS in monastica vita eremitica, *Elia* perquam primus hominum à proposito inchoatum averat, successores post se in perpetuum relinquere instituit disposuit. \* Qui ut Pater primus Monachorum successerit, in suos discipulos elegit quosdam viros, qui sibi in idcirco ad eum, in solitudine torrentis Carith in eandem tunc latentem, confugiebant; ne per regem Achab, & reginam Jezabel cogerentur, sicut & ceteri Monasterii populares, adorare Baal. Viri quippe isti timore Dei repleti, cernentes ELIAM ita verbo Domini tunc continere cælum, quod pluviam non dabat super terram, ad eum tanquam ad magnum veri DEI cultorem accedebant \* occuli in solitudine Carith, ut sub ejus doctrina in cultu veri DEI totum peristere possent, & idololatriam vitarent. Hos bus eritque Domini devotos viros ELIAS, secundum tantæ formam à DEO ei traditam, habuit suæ monasticæ vitæ primos discipulos, & imitatores veros. Quos etiam docuit *prophetare*, id est, ad laudem Dei psalmos & hymnos cum instrumentis musicis canere. Consideravit enim quod *bonum est confiteri Domino, & psallere nomini ejus altissimo, ad annunciandum manè misericordiam suam, & per noctem veritatem suam in decachordo psalterio cum cithara*. Sapiens igitur de his omnibus ELIAM commendans, sibi in laudem ejus ait: *Prophetas suos successores post se*. Hæc autem Sapiens verba quidam in cortice considerantes, ad hunc sensum interpretari conati sunt: ut quia *ELLÆ* prædixit DEUS, *Elisum unges prophetam pro te*; idè æstimaverunt Sapiens consequenter S. ELIÆ dixisse, *Prophetas suos successores post te*. Quasi ex hoc liceret suos successores facere *prophetas*, id est, futura prænuntiantes: quia DEUS ei dixit: *Elisum unges prophetam pro te*. Sed an hic sensus intentioni Sapiens conveniat, non satis patet. Ait enim Apostolus Petrus: *Non voluntate humana est aliquando allata prophetia: sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti DEI homines*. Quomodò ergo ELIAS faceret *prophetas*, id est, futura prædicatores; qui non à voluntate humana, sed à solo Spiritu sancto efficiuntur? Quemadmodum & Apostolus Paulus testatur, dicens: *Alij datur operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum*. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. Non est ergo putandum quod ELIAS prophetas tales fecerit, quos solus Spiritus sanctus constituit. Quapropter præmissum sensum ab intentione Sapiens devium relinquentes, ad mentem Sapiens enucleandam properamus.

Scimus quidem in divinis scripturis non solum istos appellari *prophetas*, qui futura prævident & *Propheta* prænuntiant; sed etiam illos, qui ad hoc officium *re* dupliciter instituti, ut cum instrumentis musicis devotè ceter ac Deum laudent, & ei psallant. Quid enim aliud est *capitur* in quod in libro Paralipomenon sic legitur? *Perrò Scriptura*

CANTORES SIS.

cantores filij Asaph stabant in ordine suo, juxta præceptum David, & Asaph, & Eman, & Idithum Prophetarum David. Hoc quippe in loco Asaph, Eman, & Idithum, id est dicitur sunt Prophetae David, quia per eum erant instituti cantores ad psallendum DEO cum instrumentis musicis. Quemadmodum alit in eodem libro sic scribitur: David & magistratus exercitus segregaverunt in ministros filios Asaph, & Eman, & Idithum, qui prophetarent cum citharis & psalterijs, & cymbalis, secundum numerum suum, dedicato sibi officio servientes. Et post pauca: Idithum in cithara prophetabat super omnes consistentes & Laudantes Dominum. Filij ergo Asaph, & Eman, & Idithum hoc in loco dicitur sunt prophetare, non id est, quia futura præviderent, vel prænunderent, sed quia DEUM laudabant, & cum instrumentis musicis ei psallebant: sicut paulò post ibidem scribitur: Universi sub manu Patris sui ad cantandum in templo DEO, distributi erant in cymbalis, & psalterijs, & citharis in ministeria domus DEI, juxta regem, Asaph videlicet, & Idithum, & Eman.

Quamobrem dum Sapiens sancto ELIÆ dixit: Prophetas facis successores post te, non id est hoc dixit, quòd ELIAS suis successoribus spiritum prævidendi, vel prænunderandi futura conferret; sed id est potius, quia ELIAS monachos successores post se instituit, non tantum ad vitam monasticam observandam secundum formam à DEO sibi traditam; sed etiam ad hoc officium, ut scilicet prophetarent, hoc est, ut in psalmis, & canticis, & hymnis devotè DEO psallerent: & ut DEUM non solum corde & ore, sed etiam cum instrumentis musicis laudarent. Et propter eam appellati sunt Prophetæ, id est, psallentes: & eorum vita dicta est prophetica, id est, ad psalmos cum instrumentis musicis DEO canendos dedicata. Et quia in psalmis taliter DEO canendis, & in observanda vita monastica secundum formam per DEUM traditam ELIÆ, obtemperaverunt ipsi prompto corde sancto illi Prophetae: meruerunt ob hoc benedicti à Sapiente dicente eorum Patri ELIÆ: Beati sunt, qui te audierunt, & in amicitia tua decorati sunt.

Hi quidem sunt illi Prophetae Domini, quorum liber Regnorum meminit centum fuisse per Abdiam à nece præservatos, & in speluncis absconditos: cum regina Jezabel ceteros eorum interficeret. Quos divina Scriptura illic appellat Prophetas Domini, non quia tunc futura præviderent, seu prænunderent; sed quia, ut prædiximus, cum instrumentis musicis psalmos, cantica, & hymnos DEO devotè psallebant. Quod et histibi perspicuum fiet: Legimus enim in libro Regnorum, quòd cum ELIÆ indicasset Abdias se in speluncis abscondisse & observasse centum in dictis Domini Prophetis; ELIAS mox in monte Carmeli populo Israëlítico dixit: Ego remansi Propheta Domini solus. Sed cum ELIAS tunc non ignoraret centum ex his Prophetis Domini per Abdiam fuisse à nece præservatos; quomòdò, salvà à mendacio conscientia, poterat vir DEI populo dicere, Ego remansi Propheta Domini solus? Absit autem, vel suspicari quòd mentiretur tantus Propheta, cujus verbum, teste Sapiente, ardebat quasi fascula; vel arbitrari quòd ignoraret tunc alios Prophetas Domini præter se vivere. Quomodo namque hos vivere ignoraret ELIAS; qui neque numerum Prophetarum Baal ignorabat, quos tunc revelabat, quadringentos quinquaginta, & prophetas lucorum quadringentos esse? Nonne etiam per Abdiam recte certificatus erat, quòd centum Prophetas Domini Abdias ipse in speluncis absconderat, & à morte præservarat? Cum ergo hos Prophetas

Domini vivete ELIAS non ignoraret; quomòdò verum loquebatur populo dicens: Ego remansi Propheta Domini solus? Nisi id est verum diceret, quia sciebat quòd nullus præter eum erat tunc in regno Israëlítico Propheta Domini talis, qui futura prænunderet per spiritum Domini, vel prænunderaret; quantumvis, eo sciente, essent tunc in Israël hi Propheta Domini, quos Abdias in speluncis abscondens à morte præservarat? Sed quia isti viri sunt in Scriptura divina Propheta appellati, eò quòd devotè cum instrumentis musicis DEO canebant, non autem eò quòd futura tunc præviderent, vel prænunderent, sicut solus ELIAS in regno Israël tunc per spiritum Domini futura prævidebat & prænunderabat; propterea ad hunc sensum verè, & à sua mente procul mendacio ELIAS dixit tunc populo: Ego remansi Propheta Domini solus. Nullus quippe præter eum Propheta, prænunderans per spiritum Domini futura, in regno Israël tunc remanserat: quoniam filij Israël eos omnes occiderant. Quemadmodum ELIAS, fugiens postmodum in speluncam montis Oreb propter metum Regine Jezabel, volentis etiam eum occidere, conquirens de nece dictorum Prophetarum, Domino dixit: Dereliquerunt pactum Domini filij Israël, altaria tua destruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio, & relictus sum ego solus.

## CAPVT XI.

Quo tempore ELIAS in monte CARMELO prima professionis monasticæ fundamenta jecerit; & quare ejus discipuli fuerint filij Prophetarum nuncupati?

Cum autem de spelunca montis Oreb, in qua aliquandiu mansit, fuisset ELIAS jussu DEI reversus in terram Israël, recollectis ipse in unum suis discipulis in monte CARMELO, pro inusitatum studuit, secundum formam à DEO sibi traditam, denuò inducere eos ad observandam vitam monasticam: quos etiam sollicitè docuit disciplinam propheticam, ordinans ut devotè in psalterio, & prophetici hars, & cymbalis jubilationis DEUM laudarent. Cui officio prius non potuerant perfectè intendere propter graves persecutiones, quas passi fuerant à rege Achab, & præcipuè à Jezabel uxore sua. Sedatis autem per DEUM persecutionibus illis, ex tunc quosdam horum monachorum excellentes viros, ceteris perfectius cum instrumentis musicis DEO in psalmis devotè jubilantes, constituit DEUS Prophetas: qui videlicet, sicut ELIAS ventura prophetarent.

Per hunc quippe psalmorum jubulum aperiebant ita devotè Domino penetralia mentium, ut frequenter in eorum corda immitteret DEUS Prophetae spiritum. Propter quod, dum de occultis certificati à Domino volebant, ad hunc psalmorum jubulum devotissimè recurrebant. Hinc in libro Regnorum legimus quòd ELISEUS in hac disciplina eruditus, dum per regem Josaphat esset quadam vice de futuris consultus, & deesset sibi tunc Prophetae spiritus; psaltem ad se adduci fecit, in cujus cantu eor devotè Domino aperiens, Prophetæ spiritum de quo æstus à DEO accepit. Divinà itaque disponente sapientia, ex tunc factum fuit quòd ELIAS multiplicatis istis monachis per eum institutis, quosdam ex eis excellentes Prophetas, qui futura prævidebant, assumpsit ad hoc

Effectus  
jubili  
Psalmorum.

4 Reg. 3.

ELIAS Mo-  
nacho-  
rum In-  
stitutior.

hoc



Discipli-  
na prophe-  
tica.

Ratio  
nova ap-  
pellationis  
Filiorum  
prophe-  
tarum.

hoc officium; ut scilicet cum eo, & post eum, dictos monachos sollicitè in vita monastica secundum formam à DEO sibi traditam erudirent, & in disciplina prophetica, id est, in psalmis in psalterio canendis, eos instruerent; & ita diligenter eorum curam gererent, ac si filij eorum essent: & propterea hi monachi, qui priùs, ut prædiximus vocabantur *Prophetae*, postmodum vocati sunt *Filij Prophetarum*: quia dictorum excellentium Prophetarum huius Religionis erant discipuli, & in prophetica ac monastica disciplina, sub regimine ipsorum, quasi Patrum suorum, constituti; & inde imitatores sanctorum morum, & virtutum illorum Prophetarum. Et sub hoc titulo, quo dicebantur *Filij Prophetarum*, fit sæpè in libro Regnorum, de his monachis mentio.

CAPVT XII.

De discipulis magni ELIAE, & primò de S. Iona Propheta.

IGitur cum eorum Religio esset jam tempore ELIAE tam multiplicata, quòd, tam in eremis, quam in civitatibus suburbij, erant plures eorum cunei; necesse fuit, ut præter ELIAM, quidam ex eis excellentes Prophetæ, discipuli ELIAE, cuneos eorum regerent & gubernarent. Quos Prophetas Monachi prædicti vocabant Patres suos, & ipsi dicebantur filij dictorum Prophetarum. Et inde inolevit quòd rectores huius Religionis semper appellati sunt à subditis *Patres*. Horum autem Prophetarum Elia discipulorum, non quidem omnium, sed paucorum, id est, quatuor ex præcipuis, decet hic aliqua succinctè memorari.

Præpositi  
Ordinis  
Carmeli-  
tarum Pa-  
tres ap-  
pellati.  
\* Consen-  
tit tradi-  
tioni E-  
piha-  
nius libro  
de vita &  
morte  
Proph.  
itemque  
Hierony.  
in Prolo-  
go Jonæ.  
† 3. Reg. 17.  
\* 3. Reg. 18.  
Discipuli  
na pro-  
phetica  
vite mo-  
nasticæ.  
3. Reg. 18.  
\* Veren-  
dum erat  
viri, juxta  
lxx.

Inter hos Prophetas ELIAE discipulos primus ordine temporis ad vitam Monasticam per ELIAM vocatus fuit sanctus *Jonas* de regione Gerh, quæ est in Ofsir, filius illius *† mulieris vidua*, cui ligna colligenti, in Sarepta Sidoniorum ELIAS obviavit, & in cuius domo latuit dum Rex Achab *per omnes gentes & regna* eam ad mortem perquiri fecit. Hunc *Jonam* puerum ELIAS tunc resuscitavit à mortuis, cum sustentaretur in domo ejus matris: quem ob hoc mater, ex devotione, tradidit ELIAE erudiendum in disciplina prophetica & monastica. Et factus ELIAE discipulus, ministrabat ei. Cum autem oraret DEUM ELIAS pro pluvia in monte CARMELI, misit semel hunc *Jonam* puerum, ut de monte prospiceret, si aliquid in mari appareret: *Qui cum contemplatus esset, ait: Non est quidquam.* Et rursus dixit ei ELIAS: *Revertere septem vicibus.* Et in septima vice vidit *Jonas nubeculam parvam quasi vestigium* \* *hominis ascendentem de mari.* Quod cum ELIAE renunciaasset, agnovit ELIAS pluviam grandem tunc descensuram super terram. Quam pluviam fore venturam *Jonas* per ELIAM missus regi Achab eam desideranti indicavit.

4. Reg. 9.  
\* Etiam  
Prophe-  
tæ de  
*Jonas*, ut  
Niniven per-  
gens prædicaret,  
eam intra  
3. Reg. 18  
† quadraginta  
dies subvertendam,  
vidit, sancto  
revelante Spiritu,  
Ninivitas per suam  
prædicationem  
convertendos ad  
pœnitentiam, &  
consecuturos  
DEI misericordiam.  
Ideò, ne falsa  
videretur  
nuntiatio, renebat  
illuc ire, donec  
in mare projectus,  
& à bellua marina  
devoratus, post  
triduum à pisce in  
terram evomitur.  
Qui, sancto  
revelante Spiritu,  
sciens conversionem  
Gentium fore  
ruinam Hebræorum,  
prædicans Ninivitis  
ideò de eorum

conversione dolebat; quia hæc occasione suum populum Israel ruinurum timebat. Sed Dominus ostendens ei tempus novissimæ ruinæ populi Israel nondum venisse, iussit eum ad terram Israel redire, & prophete *terminos Israel ab introitu Emath usque ad mare solitudinis restitutos* per Jeroboam regem Israel.

CAPVT XIII.

Vita S. Helisei, discipuli B. ELIAE.

ALius Propheta, & supremus ELIAE discipulus, fuit sanctus ELISEUS, ex patre vocato Saphar, de urbe Abelmela, sita in regione Zelmaani; & sicut in libro Regnorum legitur, dum de spelunca montis Oreb reverteret: ELIAS in terram Israel, inveniens hunc *Elisum* in agro aram: em, misit super eam pallium suum; & ita elegit eum in discipulum. Qui post impositionem pallij, par boum maçans convivium populo fecit: & inde, relicta patre & matre, ac terrenis omnibus, ELIAM sequens, & ei ministrans, eius monasticam & propheticam vitam imitatus est.

Hoc sancto ELISEO nascente, magnum contigit prodigium: una quippe imago ex vitulis aureis, quos filij Israel adorabant, in ortu *Elisi* acre mugivit. Quod cum faceret Dominus in Jerusalem audisse, divino nutu ait: *Propheta natus est in Israel, qui sculpit aedem destruet & fusilia.* Beatus quippe ELISEUS postquam discipulus ELIAE fuit factus, Spiritum Prophetiæ accepit, per quem spiritum indicabat regi Israel omnes infidias, quas contra eum Rex Syriæ parabat. Qui vice quadam exercitum regis Syriæ percussit cecitate, & adduxit ad regem Israel in civitatem Samariæ. Hanc quoque civitatem obsessam à rege Syriæ, & oppressam fame, relevavit Eliseus à fame & obsidione.

Denique per signa & prodigia, quæ incessanter operabatur, revocabat populum Israel ad verum DEI cultum, destruens miraculis, & prædicatione, cultum falsorum Deorum. Quod perspicue tunc monstravit, cum unum ex religiosis filij prophetarum, scilicet *Jonam*, in Ramoth Galaad militi, ut ungeret Jehu in regem Israel: qui mox ut fuit in regem unctus, iussit ELISEI omnes Prophetas Baal occidi fecit, & statuam de fano Baal profrens, combussit; & demum destruens, de Israel Baal delevit. Mortuos autem ELISEUS sepulchris suis juxta sepulchrum *Abdia* Prophetæ, in civitate Samariæ. In cuius sepulchro cum quidam posuissent cadaver unius hominis mortui, revixit homo ille, mox ut tetigit ossa ELISEI.

CAPVT XIV.

Res gestæ sancti Michæ, discipuli ELIAE.

MICHÆAS quoque Propheta, ex patre vocato Hyremla, fuit ELIAE discipulus. Sed ille non est ille Michæas Morastites, qui temporibus Joazan, Achaz, & Ezechia regum Juda prophetavit, & in duodecim Prophetarum numero includitur: Quoniam ille Michæas, ELIAE discipulus, longè ante prophetavit, scilicet in diebus Achab, Ochoziz & Joram regem Israel. Qui adhæsit ELIAE, cum ELIAS de spelunca montis Oreb fuisset iussu Dei reversus ad terram Israel: Et eruditus Michæas iste per ELIAM in disciplina prophetica vitæ monasticæ, cum esset ipse ex filijs prophetarum, tandem accepit à DEO spiritum prophetiæ. In quo spiritu prædixit regi Achab duplicem belli victoriam, quam Achab obtinuit de Benadad rege Syriæ.

Sed

CAPVT XVI.

ELIAS exemplar fuit perfectionis monasticæ suis discipulis. Carmelitæ successione ab eo tenent hæreditariam, alij habent imitationem.

Quoniam autem, qui alijs seipsum præbet exemplar vivendi monasticè, necesse habet ut vitam suam ita rectè intra se componat, ne cæteros per malum exemplum offendant dicente Domino: Va homini illi, per quem scandalum venit. Propterea vir DEI ELIAS sic vitam suam in se disposuit, quòd ab omni offendiculo eam tetit. Sed quia non sufficit magistro monasticæ vitæ propheticæ, ut studeat sine offendiculo conscientiam habere ad DEUM & ad homines, nisi suo exemplo ad bonum provocet confortes, dicente Apostolo: In omnibus tametsipsum præbe exemplum bonorum operum: idèd ELIAS, ut suo exemplo animos omnium prædictorum monachorum ejus discipulorum provocaret ad suæ Religionis exercitium, studuit secundum formam per DEUM sibi traditam, polleere coram eis singularitate paupertatis, uti abstinentia parcimonie, domare concupiscentias carnis, nitere candore castitatis, abnegare libertatem voluntatis, vitare tumultum plebis, & ardere fervore charitatis.

Et quia in ejus imitatione decrevit DEUS consistere hujus Religionis monasticam perfectionem; propterea ELIAS ipse magna propheticæ disciplinæ & monasticæ vitæ exemplaria, scilicet gesta sua & merita, demonstravit in cordibus professorum hujus Religionis, per quæ ipsi ornarent penetralia mentis: ut videlicet ad imitationem ejus sæculo ac terrenis omnibus, ex totis præcordijs renuntiantes, & carnales concupiscentias per continentiam & abstinentiam eradicantes, voluntatemque propriam abnegantes, & eam superiori humiliter submittentem, à conspectu etiam hominum absconsi, monachalem vitam eremiticam, quam ELIAS ipse in solitu dinibus, & maxime in monte Carmeli, duxit, monachi prædicti in eodem monte, & in alijs eremis ac locis, ad hunc finem continuarent: quatenus eam accoleat; libentius etiam mentes suas eum DEO per amorem perfecte unirent. Qui dum per legem disciplinæ propheticæ & vitæ monasticæ ab ELIA eis traditam pergunt, & ardenti amore dogmata ELIÆ tam aure cordis, quam executione operis audiunt; proculdubio de animarum suarum salute securi sunt. Quemadmodum testatur Sapiens sanctum ELIAM ita alloquens: Beati sunt qui te audierunt, & in amicitia tua decorati sunt.

Quidquid ergo virtutis & perfectionis est in hac nostra Religione eremitica, ab hoc Propheta DEI ELIA, tamquam à primordiali & principali monachorum autore, exemplariter emanavit.

Et primò quidem in præmemoratos viros filios prophetarum, ejus discipulos; deinde ab illis, in cæteros Religionis nostræ professores, eis tam in monastica eorum conversatione, quam in locorum habitatione succedentes; & demum ab his in reliquos alibi degenes. Sed & omnium monachorum conversatio perfecta ab ELIA, & à dictis ejus discipulis filijs prophetarum, est derivata. Quamvis enim in diversis mundi partibus post ELIAM surrexerint in lege nova diversi monachorum principes, secundum diversa instituta specialia chorum, suos discipulos in observantia vitæ monasticæ regulantes, ad nullum tamen alium finem, nec tati sunt.

Sed quia Achab in secunda victoria regem Syriæ Benadad morte dignum, quem ceperat, permisit abire illatum; idèd Michæas regi Achab in spiritu Domini dixit: Hæc dicit Dominus: quia dimisit virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima ejus. Quod ei evenit. Nam dum ascendisset Achab cum Josaphat rege Juda in Ramoth-Galaad, & præliaretur ibi contra Benadad regem Syriæ, unus de parte Benadad tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, casu percussit regem Achab inter pulmonem & stomachum: ex quo vulnere eadem die Achab vespere obiit, juxta verbum quod locutus ei fuerat Michæas, dicens: Audi sermonem Domini: Vidi Dominum super solium suum sedentem, & omnem exercitum caeli assistentem ei à dexteris & à sinistris; & ait Dominus: Quis decipiet Achab regem Israel, ut ascendat & cadat in Ramoth-Galaad? Et dixit unus à sinistris verba hujusmodi, & alius aliter. Egressus est autem spiritus, & stetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui locutus est Dominus, in quo? Et ille ait: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus. Et dixit Dominus: decipiet & prævalbit.

Postea autem cum regnaret Joram filius hujus Achab, redarguebat eum Michæas de cultura idololorum: quem rex Joram præcipio inter fecit. Et ita martyrio coronatus, sepultus est in Morasti solus, juxta sepulturam Senachum.

CAPVT XV.

Abdias Propheta, ac servus DEI, discipulus ELIÆ.

Alter verò Propheta discipulus ELIÆ fuit beatus ABDIAS, de terra Sichæ, ortus in agro Bethacaran, qui ut in libro Regnorum legitur, Timis ab infantia sua valde Dominum. Et prius quidem Abdias dispensator regis Achab existens, cum regina Jezabel interficeret prophetas Domini, iussit ipse, sicut prædiximus, centum ex illis prophetis ELIÆ discipulis: quos, durante illa persecutione, quinquagenos in speluncis abscondens, pane & aqua pavit. Deinde mortuo Achab rege, cum filius ejus Ochozias Rex duos principes quinquagenarios ad ELIAM misisset, qui orante ELIA fuerunt cum suis ab igne de caelo descendente combusti; rursus misit rex hunc Abdiam cum quinquaginta viris, qui in monte Carmeli coram ELIA genua flectens pro anima sua, & pro animabus suorum quinquaginta, ELIAM humiliter exoravit. Poterò ELIAS cerneus Abdiam humilitatem, & recolens quòd centum suis discipulis vitam restituerat; vicissitudinem ei repperdit: quoniam sibi, & suis quinquaginta vitam clementer servavit. Hanc ergo gratiam ab ELIA obtentam Abdias recognoscens, relicto obsequio regis Ochozias, factus fuit discipulus ELIÆ, dimissis proprijs filijs in domo cum sua uxore. Igitur quia centum prophetas ELIÆ discipulos paverat, accepit & ipse à DEO spiritum prophetiæ. In quo spiritu prædixit Idumæos adjuuros exercitum Assyriorum contra Hebræos: propter quod prophetavit dictos Idumæos tandem per exercitum Nabuchodonosor dissipandos.

3. Reg. 20

3. Reg. 22

Michæa martyr.

Idem innotat in homil. super Ps. 4.

Conferunt Joseph. lib. 9. An. 1. 2. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromat. Euseb. in Chron. Hieron. & Theodoretus in Commentario. Epiphanius lib. de vita & morte Prophetarum. Abdias Doctoreus in Synopsi. 3. Reg. 18. 14. Reg. 1.

Prophetia Abdias, quam & penè ad verbum repetijt S. Hieronimus. 49.

Matth. 18

Tit. 2.

Institutionem boni Carmelitæ.

Vita Eliæ ipsa est Regula vitæ monasticæ.

Eccli. 48.

Ratio succellæ bonis vitæ monasticæ à S. Eliæ.

Succellæ hereditaria Carmelitæ.

Eliæ patris Principum Monachorum.

Quamvis enim in diversis mundi partibus post ELIAM surrexerint in lege nova diversi monachorum principes, secundum diversa instituta specialia chorum, suos discipulos in observantia vitæ monasticæ regulantes, ad nullum tamen alium finem, nec tati sunt.

ne sciam... Dominus... opuli... am Israel... per Je. 49... ELIÆ... discipulus... vocato Sa... Zelmane... m de spe... in terram... nrem, mi... um in dis... par boum... de, elicit... LIAM se... m & pro... num con... vitatis a... dicitur ac... Je uslem... in Israel... aru quop... fuit fa... uem spiti... as, quia... ce quâdam... & ad... riaz. Hanc... & op... & obfidi... inceffanter... el ad veri... adica io... perficue... filijs pro... alad mi... nox ut fuit... Prophetas... Baal profe... Israel Baal... pultus fuit... ivitate Sa... posuissent... homo ille... discipuli... ntre reca... Sed ille... mporibus... a prophe... ero inelo... discipulus... Achab, & adhaerit... Oreb fa... e et videtur... propheti... s prophe... diphcem... Benadad... Sed

... IESU... Spiriti... VIII... 28

nec per alios gradus intenderunt suos discipulos principaliter perducere, quam ad hunc finem, & per hos gradus, per quos ELIAS ad finem, & perfectionem vite monasticæ, secundum formam per DEUM ei traditam, suos discipulos perduxit. Propter quod prædicti monachorum principes, in sana doctrina vite monasticæ, fuerunt velut quidam particulares rivuli ab ELIA, tamquam à primordiali & universali omnium rivulorum fonte, derivati.

CAPVT XVII.

Cur S. ELIÆ Spirituales posteri à Carmelo potius quam à Carith dicti sunt.

\*Interpres loquitur more recepto sui temporis: Carmelites, pro, à Carmelo. Diceret potius à Carith quam à Carmelo: Hoc enim agitur toto capite.

S. Elias Pater monachorum

Mysterium in torrente Carith.

3. Reg. 17.

Juxta Apostolum ad Hebr. 11.

Monasteria castella sunt ac munitio.

Interea sciscitaris, dilecte Caprasi, quâ ratione monachi in hac religiosa disciplina conversantes appellantur Carmelites. \*Cum namque ELIAS conversationem hanc non in Carmelo, sed in Carith, jussu divino inchoaverit, videtur nonnullis, ut asseris, quod deberent potius Carithæ appellari, quàm Carmelitæ. Verùm diligenter si advertas, perpenses voluisse DEUM quod Elias conversationem, quam ab eo acceperat observandam, idè in solitudine Carith inciperet, & ibi ad tempus à facie Regis Achab & reginæ Jezabel laereret, ut ad eum haberent facilem, licet occultum, accessum quidam viri timorati, quorum ipse in vita monastica Pater fieret. Tunc enim, ut jam prædiximus, viri quidam DEUM timeantes confugerunt illuc ad ELIAM, ne per Achab vel Jezabel compellerentur, sicut cæcæ populi es, adorare Baal.

Hi paucò tempore in Carith cum ELIA monasticè conversantes, didicerunt ab eo illius loci significationem mysticam, conversationi monachali necessariam: quam supra exposuimus. DEUS autem non jussit, quod ELIAS idè inchoaret hanc conversationem monasticam in Carith, ut illic eam plantaret; hoc est, ut diuturnam mansionem ipse & ejus discipuli in loco illo facerent, quoniam locus ille erat ineptus habitationi monasticæ, propter carentiam aquæ. Undè post dies aliquantos, quibus ELIAS in eo sedit, jussu divino ab eo discessit: quia torrentis siccatus fuit. In diebus autem illis ELIAS, propter regis Achab, & Reginæ Jezabel idolatriam, & alia eorum ac populi peccata, ita continebat virtute divina cælum, quod nec rorem, nec pluviam dabat super terram: led erat fames vehemens in Samaria. De qua fame indignata valde contra ELIAM Regina Jezabel, procuravit ut Rex Achab faceret ad mortem perquiri eum per omnes gentes & regna. Propter quod ELIAS in nulla eremo poterat tunc securè religiosam vitam monasticam assidue colere; sed vagus & profugus eam excolebat, modò in eremo torrentis Carith, modò in domo mulieris Sateptanz, modò autem in deserto Bersabeæ, modò verò in spelunca montis Oreb. Quem cum non reperirent, effudit Regina Jezabel ultionem famis in ejus discipulos, interficiens aliquantos quos apprehendit ex Prophetis Domini.

Quos & aliâ ratione usque ad mortem persequebatur: quia cum ipsa esset idololatra, moliebatur cultum Baal per totum regnum Israël extendere, & cultum veri DEI de Israël delere: ad quem jugiter restaurandum ELIAS noviter instituerat, ut dictum est, Religionem horum Prophetarum, DEO devotè præsentiam, Qui in eremis latitantes

in nulla solitudine regni Israel audebant tunc juvenes cultum moram trahere, propter metum Regis Achab, & prædictæ Jezabel uxoris suæ: Sed, sicut ait Nova Apostolus, Circueverunt in molibus, & in pelliculis castris, egentes, angustissimi, afflicti, quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & in cavernis terra. Quamobrem cum tunc in Carith, vel alibi jugiter non manserint, non poterunt à Carith dici Carithæ, neque ab alio loco potuerunt denominari congruè: quoniam propter persecutiones quas patiebantur, nullius loci fuerunt tunc incolæ, qui teste Apostolo compellebantur hinc, & inde, & vagari, ac fugere.

CAPVT XVIII.

Expositio Visionis S. ELIÆ in spelunca montis Oreb.

DEum comparans DEU tribulationi eorum, & finem debitum ei imponere volens, apparuit ELIÆ manenti in spelunca montis Oreb, & dixit ei: Quid hi agunt ELIA? Quasi tardavens ipsum, eò quod non manebat in regno Israël: ELIAS autem, de hoc se excusans, respondit Domino: Zelatus sum pro Domino Deo extrivium: quia dereliquerunt pactum tuum, filij Israël. Altaria tua destruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus: & quarunt animam meam, ut auferant eam. Sicut autem ait Sapiens, & audivit tunc ELIAS in Oreb, judicis defensionis: Quoniam DEUS ostendit tunc illi in visione mirabili judicium, quibus se, & suos cultores, defendere decrevera: de omnibus illis, qui de regno Israël cultum DEI veri abjecerant, & suos Prophetas occiderant, & ibi cultum Baal introduxerant, & observabant: Quorum quosdam per Azahalem, alios per Jehu, nonnullos verò per Eliseum occideret, & de regno Israel extirparet. Ad ELIÆ quoque consolationem revelavit tunc illi DEUS, adhuc in regno Israel plures ejus discipulos, & veri DEI cultores remansisse, qui pactum DEI non dereliquerant; quos secum ab inimicis eorum defendere, & deinceps cum eo in regno Israel, in tranquillitate pacis, servare: Undè dixit ei: Egrederere, & sta in monte coram Domino. Qui egressus stetit in ostio spelunce. Et ecce spiritus grandis & fortis, subvertens montes & conterens petras, transit ante Dominum. Non in spiritu Dominus, & post spiritum commotio: non in commotione Dominus, & post commotio: em ignis non in igne Dominus, & post ignem stilus aura tenuis. \*Ibi Dominus. Spiritus quippè grandis & fortis transiens, protendit Azahalem, quem DEUS, in prædicta visione, ostendit ELIÆ transivum per regnum Israel, subvertendo montes, id est, majores, & conterendo petras, id est, fortes populi Israel. Hinc Azahel interpretatur fortitudo Dei: quia per eum prævaluit DEUS subvertere majores, & conterere fortiores populi Israel, qui ab ejus cultu recesserant. Quemadmodum Eliseum Propheta Azaheli prædixit: Ostendit mihi Dominus te regem Syria fore, & scio quæ factururus sis filius Israël mala. Civitates eorum munis ad igne succendes, & juvenes eorum interficies gladio, & parvulos eorum elides, & pregnantas divides. Hæc autem omnia testatur liber Regnorum, manifestè per Azahalem postea in populo Israel completa fuisse.

Et quidem justè: Nam sequitur, non in spiritu Dominus. Meritò enim in Azahel populum conterente non erat Dominus, ad parcendum populo: quia

\* Alij de Greco remanent... Con... 70... que... in... Hbr. 11... &... 4. Reg. 9... D... m... ut... &... de... in... o... J... J... Interpretatio nominis Elisæ. \* Videtur alludere ad rō quæ... 70... pro... quod... habet Vulg. Interpretatio nominis Elisæ. \* Sic 70... Com... plur. ac Regia alijque Codices, &... 11. 3. Re...

\* Alij de Græco vertunt apud 70. Conensio, quod huic loco aptius conveniret. 4. Reg. 9.

quia DEUM per idololatriam à se abjecerat. \* Commotio verò transiens præmonstravit Jehu, quem Deus in prædicta visione ostendit ELIÆ, transitorium per regnum Israel, commovendo inde domum Achab. Hinc Jehu interpretatur commotio: quia per eum commovit Deus de regno Israel domum Achab, quæ cultum Baal in regno Israel introduxerat, & cultum veri DEI abjecerat, & DEI Prophetas occiderat: quemadmodum Jonas Propheta ipsi Jehu prædixit: *Hæc dicit Dominus DEUS Israel: Onxi te in Regem super populum Domini Israel: & percutes dyum Achab Domini tui, & ulciscar sanguinem servorum meorum Prophetarum, & sanguinem omnium servorum Domini, de manu Jezabel: perdamque domum Achab, & interficiam de domo Achab mungentem ad parietem, & clausum, & navissimum in Israel: Jezabel quoque comedens canes in agro Jezabel, necerit qui sepeliat eam.* Hæc autem omnia testatur libe. Regnotum perspicue, per Jehu in domo Achab postea completa fuisse.

Et quidem justè: Nam sequitur: *non in commotione Dominus: quia in domo illa per Jehu, ut præmittitur, commota, non erat Dominus, à quo per idololatriam totaliter recesserat.* Meritò enim in Jehu commovente domum Achab, non erat Dominus, ad indulgendum illi domui: quia à DEO per idololatriam totaliter recesserat. Ignis autem transiens, designavit ELISEUM, quem DEUS in prædicta visione ostendit ELIÆ transitorium per regnum Israel instat ignis, consumendo pueros idololatrarum. Hinc *Eliseus*, interpretatur, *Dei mei salus*: quia consumptis per eum filijs idololatrarum, quibus in nomine Domini maledixit, advenit *DEI salus* suis cultoribus.

Nec mirum si hoc pueris illis accidit: Nam sequitur: *non in igne Dominus.* Meritò enim in *Eliseo*, consumente instat ignis pueris, non erat Dominus ad propitiandum illis pueris: quoniam à parentibus nutriebantur ad cultum idolorum. Sibilus verò *aura tenuis* transiens, significat ELIAM, cui Dominus in prædicta visione ostendit, quod esset per regnum Israel transiurus instat *sibilis aura tenuis*: \* vocans scilicet suos discipulos, & cæteros DEI servos ad refrigerium pacis, persequutionibus eorum sedatis.

Hinc *Elia* interpretatur *Deus Dominus*: quia *Deus* decrevit pro eis ostensurum se *Dominum* inimicis eorum, quibus per eum, ut præmittitur, consumendis, hos in regno Israel pacificè servaret: eò, quod ibi, scilicet in his per quos transiit *sibilis aura tenuis*, erat *Dominus*, à cujus cultu per idololatriam, ipso teste, non recesserat: † *Dereliqui mibi*, inquit Dominus, in Israel septem millia virorum, quorum *genus non sunt incurvata ante Baal, & omne os quod non adoravit eum osculans manum.* His itaque omnibus ELIÆ in visione præostensis, exponens eam sibi DEUS dixit: *Vade, & revertere in viam tuam per desertum in Damascus: Cumque perveneris illuc, scilicet in persona non quidem tui, sed Elisei unges Azahel regem super Syriam, id est, ungendum seu promovendum à me prænunciabis in regem Syriæ; & Jehu unges, id est, prænunciabis ungendum, & promovendum à me in regem Israel: ELISEUM autem unges, id est, ungendum sive promovendum prænunciabis, prophetam pro te: ut scilicet post tui raprum, prophetet Azahel & Jehu, & prænunciet eis ipsos à me promovendos in reges. Hos quippe tres viros Azahel, Jehu, & Eliseum, ad prædictas dignitates promovit DEUS, ut exequerentur *judicia*, quæ in prædicta visione ostenderat ipse ELIÆ, Et propterea dixi, *DEUS**

*Ibom. à Jesu Oper. Tom. L*

rursum ELIÆ: *Et erit quicumque fugerit gladium Azahel, occidet eum Jehu: & quicumque fugerit gladium Jehu, interficiet eum Eliseus.* 3. Reg. 19.

CAPVT XIX.

Religionem eremiticam plantat magnus ELIAS in monte CARMELO, tanquam loco commodissimo ad ejus perpetuationem.

REvertus itaque iussu DEI ELIAS de spelunca montis Oreb in terram Israel, confestim instat *aura tenuis* sibilavit, id est, \* convocavit suos discipulos, & cæteros DEI servos, ad DEUM deinceps in regno Israel secum colendum; nuncios sicut à † DEO acceperat, quod eos in pace dimitteret Dominus, sedatis eorum persecutionibus. *Dereliqui mibi*, inquit Dominus, in Israel septem millia virorum, quorum *genus non sunt incurvata ante Baal, & omne os quod non adoravit eum osculans manum.* Quia ergo ex tunc, & non antea, fuit ELIÆ, & suis discipulis, liberum in regno Israel securè conversari, studuit ipse deinceps Religionem quam inchoaverat, in loco idoneo plantare. \* Anno quidem decimo regni Achab regis Israel, ad sui & suorum discipulorum jugem mansionem, elegit præ alijs eremis, CARMELI montem, tanquam commodiorem ad propheticam disciplinam, & vitam monasticam in eo meliùs edocendam, & exercendam.

† Mons quippe Carmeli præbet eremite homini ex sua solitudine silentium & quietem; ex suis antris, congruam mansionem; ex suo saltu, jucunditatem; ex suo eminenti situ, ædem salubrem; ex suis herbis & fructibus, pastum uberem; ex suo fonte aquæ vivæ, haurtum dulcem; propter quæ omnia ELIAS in monte isto nedam habitare elegit, verum etiam \* domum orationi consecratam, appellatam *Semnon*, in eo ædificavit. Quæ ideo *Semnon* dicta fuit, quoniam ELIAS, & ejus discipuli, de eorum tabernaculis, & speluncis egredientes, ad domum illam † *honestè* tribus vicibus quotidie conveniebant: non quidem ad refectionem corporalem, vel ad aliqua corporis ministeria peragenda; sed ad creatorem omnium likanjs & orationibus suppliciter placandam; & ut unusquisque eorum cum Propheta dicere: *Vesper, mane, & meridie, narrabo, & annuntiabo: & exaudiet vocem meam.*

Conveniebant namque ibi in unum ad psalmos, cantica, & hymnos, corde & ore, ac cum instrumentis musicis in laudem DEI canendos: ad volumina quoque legis & prophetarum à Patre eorum audienda pariterque legenda. In quorum disciplinis atque exercitijs instruiti, ad perfectam, beatamque vitam, studijs jugibus, in eremo Carmeli, coalescebant secundum formam vitæ monasticæ per DEUM creditam ELIÆ.

\* Ierom alludit ad 2o parv. † Alludit ad ibi Dominus. \* Tempus fundationis Ordinis Eremitarum montis Carmeli, exercendam. † Carmeli montis commoditates. \* Sacra ædícula in monte Carmelo erecta ab ipso Elia Virgini parituræ † Donus honestæ, sive religiose congregationis. Psal. 54. Alludit ad Philonis librum de vita contemplativa. \* Studium factæ Scripturæ.

Interpretatio nominis Elia. \* Videtur alludere ad 2o parv. Vox secundum 70. pro sibilus, quod habet Vulg. Interpretatio nominis Elia. † Dereliqui mibi: Conforter. Complur. Regis que ac Rom. II.

3. Reg. 19

CAPVT XX.

Quibus de causis ELIAS montem Carmeli præ alijs montibus elegerit.

Ratio à loco spiritalis.

AD continuam autem residentiam in Carmelo semper faciendam, ELIAS montem hunc devotorem suis discipulis reddidit, non solum exemplo sui, qui ex tunc quamdiu in hoc mundo mansit, scilicet per xv. annos, montem istum incoluit; sed quia præ cæteris eremis in quibus habitavit, montem hunc quibusdam magis miraculis specialiter insignivit, per quæ DEUM Israel esse verum DEUM manifestè idololatriæ monstravit. Cùm enim ante ELIÆ ortum fuisset de eo in Jerusalem patris suo dictum: *Puer hic iudicabit Israel in gladio & igne*; non est dubium, varicinium illud fuisse per ELIAM in monte Carmeli adimplerum. Testante namque sacri à libri Regnorum historiâ, dum populus Israel simul cum Achab rege eorum, fuisset per prophetas Baal seductus, & DEO vero derelicto, ad colendum Baal deditus; tunc ELIAS zelum DEI in præcordijs gerens, & de populi transgressione dolens, congregato universo populo cum rege, in hoc monte Carmeli, mirum iudicium eis proposuit: videlicet quòd Baal à populo Deus reputaretur, si suos prophetas ei in hoc monte sacrificaturos ita exaudiret, ut, ad votandum eorum sacrificium, de cælo ignem mitteret; alioquin quod Baal à populo prorsus respiceretur, & DEUS Israel verus DEUS à populo firmè credere, si Baal non valente per ignem suos prophetas exaudire, DEUS Israel ignem de cælo mitteret ad vorandum sacrificium, quod ELIAS in hoc monte sibi offerret. Cùmque proposito ELIÆ populo placuisse; sed Baal super sacrificio, per suos prophetas sibi oblato, ignem de cælo mittere non posset; tunc ELIAS in hoc monte Carmeli altare DEO edificavit: ubi sacrificium offerens, cunctis videntibus, ignem de cælo descendentem, ad vorandum suum holocaustum, à DEO Israel impetravit: sicque populum Israel, per prophetas, Baal, prius in errore detentum, ad unius veri DEI cultum in monte Carmeli ELIAS tunc reduxit: prophetas verò Baal, qui populum seduxerant, ne iterum ipsum deciperent, omnes in torrente Cison gladio interfecit.

\* Alias xvij.

Hebraica traditio.

3. Reg. 18.

Elia sacrificium, quomodo & id vocat Liturgia Æthiopica in Carone, & Ordo Carmel in Secreto Missæ, festo die S. Eliæ, Holocaustum.

Amplius verò cùm Rex Achab & populus Israel, per prophetas Baal decepti, tribus annis & sex mensibus, incessanter invocassent Baal pro pluvia, tamen Baal in diebus illis pluviam eis dare non poterat, nec solvere verbum ELIÆ, quod prædixerat: *Non erit annus his ros, neque pluvia, nisi iuxta oris mei verba*: idè ostensâ tanto tempore ipsius Baal impotentia, tandem claruit eis DEI Israel magna potentia. Quoniam ELIAS tunc fusâ, in hoc monte Carmeli, ad DEUM Israel oratione, mox ab ipso abundantem pluviam illi populo obtinuit.

3. Reg. 17.

4. Reg. 1.

Præterea cùm ELIAS Ochoziæ regi Israel ægrotanti suos legatos remisisset, nuncios ei quod idè meritò moreretur, quia spreto DEO Israel, moliebatur super sua infirmitate consulere Beelzebub Deum Accaron; Rex de hac destinatione nimium commotus, in ELIÆ necem spirans, ad eum in monte Carmeli principem quendam quinquagenarium misit cum quinquaginta viris, ut si spontè venire ad regem renueret, eum invitum ducerent. Princeps ergo ille, criminis per

particeps, cum suis quinquaginta in ELIAM bachans, eum sedentem in vertice Carmeli, hominem Dei, irrisoriè appellavit: cui & super bè præcepit, ut de monte descendens, ad regem veniret. ELIAS autem intelligens in sua persona DEUM verum per illos satellites inhonorari, ignem de cælo super montem Carmeli descendere fecit, qui principem illum cum suis quinquaginta devoravit. Cumque rex magis irâ accensus alium principem cum quinquaginta viris rursus misisset; ELIAS ut prius ignem de cælo descendere fecit, qui cum cum suis quinquaginta in monte Carmeli combussit.

His itaque evidentissimis ignis & gladij iudicij monstravit ELIAS hominibus incredulis, quòd ille esset verus DEUS, quem ipse in monte Carmeli colebat, & non Baal, quem perfidus rex Achab, cum filij Israel, adorabat; neque Beelzebub, ad quem, DEO vero spreto, factilegus rex Ochozias mittebat.

CAPVT XXI.

Eremitarum montis Carmeli in veteri ac novo Testamento pietas & perfectio.

Quoniam ergo ELIAS præ cæteris eremis in quibus habitavit, montem Carmeli, tanquam commodiorem ad plantandam in eo propheticam Religionem vitæ monasticæ, & melius docendam, & exercendam, ut dictum est, elegit; quem Carmeli etiam montem præfatis miraculis clarissimè decoravit, quibus DEUM Israel esse verum DEUM ob palam populo ostendit; & Baal tanquam falsum Deum reprobovit; idèd Eliseus & cæteri ELIÆ discipuli religiosi viri, filij prophetarum, nec non eorum, tam veteris, quam novæ Legis, successores, Caput montem Carmeli in veneratione speciali semper habentes, ipsam alijs eremis, eorum Religionis ratione commodis, præulerunt. Et propterea in eremo montis Carmeli præcipuè, ad exemplum & imitandum illius sancti viri & solitarij ELIÆ Prophetæ, prædicti Religiosi secundum formam per DEUM ELIÆ traditam, in iustitia & communionem monasticâ, Domino DEO Israel devota mente jugiter servierunt: ubi religiosam vitam solitariam signillarim in modicis tabernaculis, & speluncis, ac cavernis, atque cellis, continuè & incessanter duxerunt iuxta fontem ELIÆ, ob ejus sanctitatem, & loci devotionem, ac majorem servandam vitæ eremiticæ opportunitatem: ibique passionibus ad animæ viriliter resistentes, peremerunt nequissimi cordis munditiam.

Qui ad ministeria se divina disponentes, omnibus contentionibus & certaminibus privati, cum silentio, in unanimitate & communionem amorem, quotidie ad e Semnon horis statuti ministeria, conveniunt, celebrantes in pace, cum timore & reverentia Creatoris, quæ ad cultum pertinent Divinitatis, & ad iustitiam regni celestis. Quemadmodum Propheta in persona Domini varicinatus fuit, dicens: *Habitabit in solitudine iudicium, & iustitia in supra Carmelo sedebit: Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas usque in sempiternum: & a Isai. 32. sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta*. Ubi videtur quàm pulchrè describit Propheta per Ordinem Ordine bonam Carmelitano.

Iterum præferunt Carmelus careria Palestinæ. Carmelites dicitur à loco habitatione. Alij monachorum ex tra Carmelium dicitur Carmelites. Carmelus habetur eam terebinthi. Carmelites dicitur à loco habitatione. Carmelites dicitur à loco habitatione. Carmelites dicitur à loco habitatione.

bonam eorum vitam a posteris Monachis Carmelitis imitabilem.

f Conscientiam exam. Rom. 2. g Descriptio Eremitarum montis Carmeli deducta a vobulo iphus, quod est apud 70. h Officium Monachi, sui punitio. Prov. 10. Prov. 13.

Primo quidem, ipsi sigillatim habitantes soli in cellis montis Carmeli, seceperunt quodammodo ad iudicium discernendi in propria mente, si cogitationes accusarent, vel defenderent eos de aliquo iniquo, id est, deviantem a rectitudine divinarum iustitiarum. Ideo praecepit Propheta, *Habitabit in solitudine g iudicium.*

Secundo, dum testimonium illis reddebat conscientia de quocunque iniquo; exercebant ipsi officium h Monachi: quoniam sedebat inter eos iustitia in Carmelo, qua illud iniquum tristis & solipuniebant per veram poenitentiam, & emendabant illico. Ob hoc praecepit Propheta: *Et iustitia in Carmelo sedebit.*

Tertio, cum nil iniquum reperiebant in virtutibus animae expiandum, tunc opus quo ipsi ceteras vires animae perfecte conservabant in concordia cum recta ratione, erat interna pax iustitiae: idcirco praecepit Propheta, *Et erit opus iustitiae pax.*

Quarto, quia, teste Sapiente, *In multiloquio non deerit peccatum: qui autem custodit os suum, custodit animum suum: idcirco ipsi, ut essent securi a peccato, colebant assidue iustitiam silentio: propterea dixit Propheta: Et cultus iustitiae silentium, & securitas usque in sempiternum.* De his autem omnibus, commendans eorum vitam, Dominus praecepit: *Et sedebit populus meus in pacis solitudine pacis, in eremo scilicet: & in tabernaculis fiduciae: de obtinenda scilicet iocunditate & supernae gloriae, & in requie mentis opulenta; videlicet ex gustu, & contemplatione deliciarum procedentium de torrente voluptatis meae.*

Carmelitis dicti a loco habitatio nis.

Alij monachorum extra Carmelum item dicti Carmelitis. Carmelus habitatus etiam tempore Avdoris.

Quia ergo dicti Monachi, ad exemplum ELIAE, coluerunt iugiter in Carmelo iustitiam vitam monasticam, propterea appellati sunt Carmelites, a monte scilicet Carmeli: cujus facti sunt incolae secundum modum praedictum, residentes ibi in iustitia assidue, sicut Propheta praecepit: *iustitia in Carmelo sedebit.* Sed & caeteri huius Religionis Monachi habitantes alibi, capiunt etiam idcirco Carmelitae appellari, quia eorum Religio, & sancta conversatio, est ab illis virtutibus derivata, & sumpta; qui modo praedicto fategerunt in monte Carmeli assidue religiosam vitam Prophetae ELIAE, & usque nunc fatigant, humiliter imitari. Omnes quippe huius Religionis veri sectatores, tam in monte Carmeli, quam alibi habitantes, proficuntur se humiliter sequi illam sanctam & propheticeam iustitiam vitae monasticam, quam Propheta DEI ELIAS servavit, & instituit; & quam esse sequendam ipse, secundum formam a DEO sibi creditam, verbo pariter & exemplo discipulis suis tradidit, & in eremo montis Carmeli residendo docuit maxime, ac demonstravit.

CAPVT XXII.

Nonnulla Filiorum Prophetarum Collegia sita in locis suburbanis.

\* Allusio ad arripere iulaber, A. C. 2. Ratio ob quam Elias ac Eliseus.

Iacet autem ELIAS & ELISEUS, cum caeteris eiusdem propositi religiosi viris, filijs Prophetarum, manerent praecipue in eremis, & iabente tamen DEO, propter utilitatem sui populi, civitates & villas interdum frequentabant, miracula in populo operantes, & futura eis praedictant.

Thom. a Jesu Oper. Tom. I.

dicentes, vitiaque hominum castigantes, & eos ad DEUM revocantes, atque ad suam propheticeam Religionem multos attrahentes. Unde in suburbanis quorundam civitatum, & villarum terrae promissionis, maxime autem in Galgala, & in Bethel, & in Hiericho, & in Samaria, habuerunt conciones filiorum Prophetarum, virorum religiosorum; sicut legitur in libro Regnorum; apud quos manebant, dum in civitates & villas veniebant. Et illos de populo, quos ad suam propheticeam Religionem trahere poterant, primo quidem in his conventibus faciebant erudiri, & in disciplina prophetica, & in iudicantis religiosae vitae monasticae; ut eos postmodum a conversatione orbium distrahentes, quos postmodum ad eremos transferrebant.

His enim Monachis filijs Prophetarum habitantibus in urbibus, postquam erant in eremiticis disciplinae propheticae, & vitae monasticae, eruditissimi, videbantur urbes quasi carceres, & solitudo eis paradisus apparebat. Saluti ergo suae peccati providere curantes, monasticam ac propheticam vitam longe ab urbibus ducere malebant in solitudines, quam appetentes, ad eam secedebant pura Prophetarum, qui eos regebant. Hinc in libro Regnorum legitur, hos filios Prophetarum dixisse ad Eliseum, *Eccae locus, in quo habitamus coram te, angustus est nobis etiam usque ad Jordanem, & singuli tollunt de silva materiam singulas, ut aedificemus tabernaculum vobis ad habitandum.* Erant autem ipsi tunc ita multiplicati, quod iam non valebant omnes in solitudine montis Carmeli commodè recipi: propter quod ad nutum Prophetarum per quos regebantur, eligebant sibi non solum montem Carmeli, sed & alia, praeter montem hunc, loca eremitica proposito suo & devotioni opportuna, & praecipue illa, quae per ELIAM, vel Eliseum fuerant portensis decorata. Quoniam igitur ELIAS & Eliseus in Jordani flumine magnis claverant miraculis; nam aquae Jordaniis passio ELIAE percussae in duas partes fuerant bis divisa, praebentes iter siccam Prophetis praefatis: & Naaman leprosus in Jordani lotus a lepra fuerat per ELISEUM mundatus, & sanitati restitutus; ideo aliqui horum monachorum, filiorum Prophetarum, devotione praedictorum miraculorum permoti, & aquarum opportunitate tracti, faciebant sibi tabernacula in solitudine prope fluentia Jordaniis, prout eis dicebat Propheta DEI Eliseus. Quem admodum in libro Regnorum legitur Eliseum dixisse eis, *Ite scilicet ad Jordanem. Et ait unus ex illis: Veni ergo & tu cum serva tuo. Respondit, Ego veniam. Et abiit cum eis. Cumque venissent ad Jordanem, caedebant ligna, pro tabernaculis sibi ibidem aedificandis.*

Quidam autem dictorum monachorum filiorum Prophetarum in monte Ephraim suam mansionem elegerant. Horum meminebat Graeci famulus ELISEI, dum dicebat Naaman Syro: *Domine meus misit me ad te dicens: Mado veniunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim, ex filijs Prophetarum. Isti quidem segregantes se a turbi, quos videbant colere vitulum aureum, quem Jeroboam posuerat ad adorandum in Bethel, secesserunt nutu Elisei in solitudinem montis Ephraim, ne possent exemplo populi idololatriam infici, sed vacarent in solitudine libertatis divino cultui. Ab his itaque memoratis viris, filijs Prophetarum inolevit, quod pletique nostri generis monachi, non solum in monte Carmeli sed in diversis solitudinibus terrae suae item promissionis, sunt in disciplina propheticae vitae temporis*

civitates interdum frequentabant.

Philote statar libro de Con templatione, Ja dorum Monachos egisse in villis & suburbanis locis. Ascensus e Novitatu, & ultimore probatione, ad eremos.

In urbi bus pro in subur banis, dixit. 4. Reg. 6. Solitudines quaedam a Filijs prophetarum inhabitatae, ex devotione miraculorum in eis a suis Fundatoribus paratarum. 3. Reg. 2. 4. Reg. 5. Solitudo Jordani habitatio Carmelitarum. 4. Reg. 6.

Mon quoque Ephraim habitatio eorundem monachorum. 4. Reg. 5.

mona.

monasticæ, ad imitationem eorum, laudabiliter conversati.

Alias posterior pars cap. XXI.

CAPVT XXIII.

Cur Eremitæ Carmelitani interdum Anachoretæ nominati?

PRædicti autem Monachi à plerisque fuerunt Anachoretæ idcirco appellati; quia corda sua angentes jejuniorum inedijs & cæteris corporis angustijs, non timuerunt, ut dictum est, ab imitatione ELIÆ incessanter & continuè penetrare vastos fecissis solitudinis montis Carmeli, & aliarum eremorum terræ promissionis: ubi cogitationibus sanctis, & intensione orationum, ac cæteris armis iustitiæ muniti, non solum occultas diaboli insidias vincebant; sed & apertos conflictus dæmonum calcantes, tanto conatu mentes suas, ad exemplum ELIÆ Principis eorum, sursum in DEI contemplationem elevabant, \* ut in cælestibus choris putarentur translati, & revelatâ facie gloriam DEI speculari, perfruentes colloquio DEI, cui puris mentibus inhærebant.

Alias cap. XXI.

CAPVT XXIV.

Propheta Dei ELIAS in paradysum translatus, olim rediturus.

Legitimè itaque ELIAS administratâ Religionè per eum institutâ, agnovit per divinam revelationem, quod DEUS volebat eum ab hoc mundo elevare per turbinem ignis in paradysum voluptatis. Pergens ergo ad locum undè assumendus erat in cælum: profectus est cum Eliseo ejus discipulo ad Jordanem, quem ELIAS pallio suo involuto percussit: & sicut sacra libri Regnorum tradit historia, divisæ tunc fuerunt aquæ Jordanis in duas partes, cedentes illis DEL viris; qui transierunt per siccum alveum fluminis. Cumque pariter incedentes sermocinarentur, ecce cutrus igneus & equi ignei eis apparuerunt, qui utrumque ab invicem dividerunt: quoniam remanente Eliseo in terra, ELIAS receptus in curru equorum igneorum, ascendit per turbinem ignis in cælum, id est, in paradysum voluptatis: qui, longo maris & terræ tractu à nostrâ habitabili secretus, ad eodè \* est editus, ut penè usque ad cælum artingat. In quo loco unâ cum Enoch, qui longè ante illic ELIAM præcesserat, vivet ipse ELIAS in magna quiete carnis & spiritus, usque ad tempus Antichristi: sed tunc in hunc mundum revertetur: quemadmodum testatur Dominus, dicens: ELIAS quidem venturus est, & resurget omnia.

Alias posterior pars cap. XXI.

CAPVT XXV.

Successio Prophetæ Domini Elisei in spiritu & prælatura S. ELIÆ.

PRiùsquam autem ELIAS de hoc mundo transferretur in paradysum voluptatis, fuit ei curæ, suâ imminente translatione, monachos discipulos suos, filios Prophetarum sigillatim visitare, & de patre idoneo eis providere; qui eos omnes generaliter loco ejus regeret & gubernaret. Propter quod descendentes ipse & Eliseus de monte Carmeli, venerunt ambo in Galgala, deinde in Bethel,

& deinde in Jericho. Nam, sicut prædiximus, in his locis habitabant viri religiosi filij Prophetarum, ELIÆ discipuli, quos ipse visitans conuocavit, ut in proposito disciplinæ propheticæ & vite monasticæ perseverarent, & ut de imminenti ejus corporali absentia tristes non fierent. Quibus visitatus valefaciens, perrexit cum Eliseo ad Jordanem.

Sequebantur autem eos quinquaginta viri de filijs Prophetarum, qui steterunt: è contra longè, quando ELIAS & Eliseus Jordanem transibant pede sicco. Quo pertransiit, dixit ELIAS ad Eliseum: Postula quod vis, ut faciam tibi, antequam tollar à te. Habebat autem ELIAS duplicem Domini spiritum, videl. spiritum occulta, præsertim futura, prophetandi, & spiritum miracula faciendi. Quorum spirituum non unum solum, sed duplicem prædictum postulans Eliseus, dixit: Obsecro, ut fiat spiritus tuus duplex in me. Prædixerat autem DEUS ELIÆ, dum manebat in monte Oreb in ostio speluncæ: Eliseum filium Saphat, qui est de Abelmeula, unges Prophetam pro te. Per quæ Domini verba intellexerat ELIAS, non quidem quòd Eliseus esset ei succellurus in spiritu signorum; sed solum quòd post translationem ejus ab hoc mundo, esset ei Eliseus succellurus in altero spiritu, scil. prophetico. Propter quod Eliseo, petenti suum duplicem spiritum, respondit: Rem difficilem postulas; sed pendens tamen à DEO, quòd si Eliseus esset dignus videre modum illum arcanum & mirabilem, quo DEUS sublevarit eum in cælum, imperaret quod ab eo postulaverat, confestim adjecit: Verumtamen si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti. Et quia Eliseus vidit eum tolli à se, idè quod ab eo postulaverat obtinuit, succedens ELIÆ tam in spiritu signorum, quàm in spiritu prophetiæ, quemadmodum Sapiens testatur, dicens: ELIAS in turbine teelus est, & in Eliseo completus est spiritus ejus.

Videns itaque ELIAS discipulum suum Eliseum suo spiritu plenum, novità DEO eum factum perfecte idoneum ad regendum suos discipulos filios Prophetarum: propter quod totius Religionis per eum institutæ commisit tunc sibi regimen & magisterium. Et in hujus signum tradidit tunc Eliseo suum insignem \* Religionis habitum, relinquens ei pallium suum, dum ferebatur in cælum. Quo Eliseus se optiens abjecit à se vestimenta sua, in duas partes scindens ea, ut filij Prophetarum videntes eum habitu ELIÆ indutum, agnoscerent eum spiritu ELIÆ repletum, & sic recipere eum promptius pro ELIA in Patrem eorum & magistrum. Et rediens inde percussit bis pallio ELIÆ Jordanem, videntibus vicis religiosi, filijs Prophetarum, qui è contra erant ejus regellum expectantes. Et cum vice primâ non fuissent divisæ aquæ, in secunda tamen vice, divisæ sunt, hinc inde aquis Jordanis, transiit Eliseus per siccum alveum fluminis.

Cernentes ergo filij Prophetarum, Jordanem miraculosè cessisse Eliseo, agnovit eum succedere ELIÆ in duplici spiritu prædicto. Propter quod ad invicem dixerunt: Requievit spiritus ELIÆ super Eliseum. Et venientes in occursum ejus adoraverunt eum proni in terram, recipientes eum pro ELIA in præcipuum eorum Patrem & magistrum, quem videbant habitu ELIÆ & spiritu dotatum. Præbuerunt autem ex hoc actu formam suis succelloribus, ut quando ab eis erit ablatus Pater eorum præcipuus, illum loco ejus in Patrem humiliter super se suscipiant, qui exemplo Elisei erit ad eos per signa & prodigia à DEO missus. Signis verò non

appa-

apparentibus, omni sollicitudine unanimiter studeant illum ex eis in Patrem super se ponere, qui procedat ceteros in spiritu & virtute ELIÆ, sicut Eliseus hos viros procedebat, qui etiam receperunt in Patrem super se.

Alias cap. xxv.

CAPVT XXVI.

Miracula quædam S. ELISEI, ipsiusque paterna sollicitudo pro commissis sibi filiis.

Miracula coram Filiis prophetarum. Distinctio virtuosorum Jericho, a Filiis prophetarum. 4. Reg. 2. Ibidem.

Uiceptō itaque ELISEUS regimine prophetice Religionis per ELIAM instituta, sollicitus fuit cuneos monachorum, filiorum Prophetarum sigillatim visitare: quōd cupiens consolari, de absentia ELIÆ, operabatur coram eis signa & virtutes: tum, ne in vacuum videretur gratiam DEI recepisse, tum, ut per hoc eis ostenderet se gerere vices ELIÆ; tum etiam, ut sic eos solidaret in perseverantia vitæ monasticæ. Nam cum esset apud monachos, filios prophetarum habitantes in Iericho, a eis cernentibus dulcoravit Eliseus ad petitionem virorum Iericho amaras aquas civitatis, mittendo sal in aquam fontis.

Cum autem inde ascenderet ad visitandos filios prophetarum habitantes in Bethel, viri civitatis illius, qui erant idololatæ, habebant ipsum propterea exosum, quia erat cultor veri DEI: in cuius contemptum provocaverunt tunc pueros eorum parvos, ut deriderent Eliseum. Et egressi pueri de civitate, illudabant ei dicentes: Ascende calve, ascende calve. Eliseus autem per hoc intelligens DEUM verum, cuius cultor erat, floccil pendit a virtus civitatis, cum respexisset pueros, maledixit eis in nomine Domini: ut sic magnificaret in civitate nomen veri DEI, quem contemnebant illi. Et mox egressi de saltu duo ursi, laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros: quod scientes viri civitatis timerunt valde nomen DEI Elisei. Filij verò Prophetarum illic commorantes, viso hoc signo, cum gaudio & honore receperunt e Eliseum in Patrem eorum & magistrum. d. Abijt autem inde Eliseus in montem Carmeli, & visitans & consolans filios prophetarum habitantes ibi: apud quos tunc non diu mansit: quia desiderabat prius cæteros filios prophetarum visitare, & tandem in montem Carmeli redire. f.

Pergens ergo inde in Samariam, visitavit filios prophetarum illic habitantes: ubi relictam prophetæ b. Abdia oppressam alieno ære, propter alienationem quam fecerat Abdias centum ELIÆ discipulis, quos abscondos servaverat in speluncis, & Eliseus a debito relevavit, & victum sibi, & suis filiis ministravit, multiplicans miraculosè in magnam quantitatem parum olei, in domo mulieris inventi: quod ipsa vendens, & creditorum satisfecit, & de reliquo pretij victum sibi & filiis suis procuravit.

Rediens ergo inde Eliseus in montem Carmeli, transit per civitatem Sunam, ubi erat mulier quædam magna, ad quam m. Eliseus divertebat, quoties per Sunam transibat: quem mulier prædicta in suo hospitio honestè recipiebat, in quo cenaculum sibi fecerat, & ei decenter de suis facultatibus ministrabat. Quæ cum filio careret, ed quod haberet vitum ineptum ad generandum, propter senium, promisit sibi Eliseus in remunerationem dictæ hospitalitatis, quod filium de viro suo conciperet, & haberet. Et cum ita

1. hom. à Jesu Opt. Tom. I.

ei evenisset, contigit processa temporis quod postquam puer creverat, mortuus fuit. Indicavit ergo mulier viro suo, se velle ad Eliseum ascendere in Carmelum. Cui vir nesciens filium esse mortuum dixit: Quam ob causam vadis ad eum? hodie non sunt Kalendæ, nec Sabbatum, quasi dicere velle: si hodie esse festum, causam haberes ascendendi ad eum.

Consueverant siquidem devotæ personæ, benedictionem secum victualium afferentes, visitare diebus festis Eliseum, & ceteros monachos montis Carmeli: præcipue autem devotione audiendi ab Eliseo, & ab alijs prophetis, verbum DEI. Cum ergo venisset mulier illa ad Eliseum in montem Carmeli, corruens apprehendit pedes ejus, & dixit ei: Nunquid petivi filium à te? Nunquid non dixi, ne illudam me? Illudam se reputabat, ed quod filium, quem sine ejus petitione sibi Eliseus à DEO impetraverat, ita citò perdidisset. Cernens autem Eliseus eam in amaritudine magna positam, surgens secutus est eam in domum suam, & ingressus in cubiculum, ubi puer mortuus jacebat, suscitavit ad DEUM oratione, suscitavit à mortuis puerum. Quem cum matri assignasset vivum, illa corruens ad pedes Elisei adoravit super terram, gratias reddens DEO & Eliseo. Per hæc itaque prædicta signa, & plura alia, manifesta sunt Eliseus religiosi viri filijs Prophetarum ELIÆ discipulis duplicem ELIÆ spiritum esse in eo completum: & propterea prædicti omnes monachi receperunt eum pro ELIA in Patrem eorum præcipuum & magistrum.

Monasteria frequentata audiendi verbi Dei causa. Ibidem.

Alias cap. xxv. Cinæi eruditi in lege Dei. Jud. 4. Fuit: ex ven, pro, fit, quod erat in ms. Gado.

CAPVT XXVII.

Admirabile institutum Rechabitarum ex imitatione instituti Filiorum Prophetarum.

ELISEUS etiam per signa & virtutes, quæ operabatur inter plebes, trahebat ad suam propheticam Religionem multos devotos homines. Inde est, quod vir Dei Jonadab filius Rechab, sciens Eliseum à mortuis resuscitasse Sunamitam filium, tractus fuit per hoc ad sequendum in prophetica disciplina vitæ monasticæ prophetam habet ms illum. Cinæi verò progenitores Rechab hominis Dei, qui ab inclyto Jabez legis doctore fuerant profunde in lege DEI eruditi, suos posteros legem DEI canere, & laudes ejus resonare docuerunt. Jonadab autem in his omnibus plenè instructus, ad majorem perfectionis cumululum, fuit, ut præmittitur, Eliseum Prophetam in monastica vita eremitica imitatus. Et quamvis in virginali castitate Eliseum sequutus non fuerit, volens propter fragilitatem carnis tam se quàm suos uti conjugio, & prolem ad cultum DEI licitè procreare, iam exemplo Elisei, relictis omnibus extra urbes, cum Cinæi ab eo descendentibus, in tabernaculis habitavit: de quibus in libro Paralipomenon legitur: *Hi sunt Cinæi, qui ventrunt de calore, hoc est, de fervore vitæ religiose, domus Rechab, canentes atque resonantes, & in tabernacula commorantes.*

Procreare, elegimus ex Ven. pro, procure, quod phica cor, tractio, B. Hieronimus, & Palastin, aliam legerunt, 70. editionem librorum Paralip. ab ea que nunc habetur. Quinam ejusdem propositi per affinitatem eis conjunctis, ut pro, præter continentiam in institutione Elisei consulti: ut videlicet Patri eorum semper obedirent, & Hic. 35



CAPVT XXIX.

Carmelitæ liberi manent à communi captivitate Iraclitarum.

Quoniam ergo prædicti Monachi, dum regebantur per Eliseum, & etiam post ejus decessum, quærebant ex totis eorum præcordijs DEI regnum; pro quo facilius consequendo, terrenas divitias & carnales delicias respuebant, humanaque consuetudine, & turbaram tumultus vitabant; ideo præservavit eos DEUS à captivitatibus, ad quas ante incarnationem Christi JESU induxit populum Judæorum, propter peccata eorum. Quod tamen ad majorem Judaici populi cessit confusionem, ut ipse in fortissimis civitatibus & munitis salvati non posse; cum monachi Carmelitæ in aperta montis Carmeli eremo, & non munita, ab insulibus Assyriorum, & exercitibus Chaldaici, per DEUM tunc protegerentur. Sed causa hujus diversitatis fuit, ex parte quidem illius populi, legis divinæ prævaricatio: è contra vero ex parte dictorum monachorum, ejusdem legis observatio.

Quod totum bene significavit propheta DEI Isaias, dum in persona Domini captivitatem, & terræ dissipationem, populo Judæorum venturam vaticinaretur, ira inter cætera dicens: *Plangite super regione desiderabilis, super vinea fertilis: super humum populi missina & vepres ascendent: quanto magis super omnes domos gaudij civitatis exultantis? Domus enim dimissa est, multitudo urbis relicta est.* Et paulo post de Monachis Carmelitis illius temporis contrariam sententiam subdens Propheta, in persona Domini, ait: *Et eris desertum in Charnel, & Charnel in saltum reputabitur. Et habitabit in solitudine judicium, & justitia in Charnel sedebit.* Et erit opus justitiæ pax, & cultus justitiæ silentium, & securitas usque in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta. Licet namque temporibus Judaicorum captivitas esset desertum in Carmelo, ita quod Carmelus non in ruinam, vel aedificium, sed in saltum verè reparabatur; populus autem monachorum illic habitantium faciebat in solitudine illa iudicium DEI, & servabat in Carmelo justitiam cælestis regni: sicut Propheta prædixerat. *Habitabit in solitudine iudicium, & justitia in Carmelo sedebit.* Cujus justitiæ opus erat pax, qua ab invicem perimebant bellum: Et cultus prædictæ justitiæ erat silentium, quo in ore vitabant multiloquium. Cultus quoque dictæ justitiæ erat securitas, quæ à corde fugabatur inimicorum metum.

Quippe monachi illi non erant ad invicem per pacem dispositi, quod inter eos nullum erat bellum. Et sic erant in ore per silentium muniti, quod inter eos nullum erat multiloquium. Et ita erant in corde quieti & secuti, quod cor eorum non reprehendebat eos ante DEUM. Ideo confidentes in DEO eos protegente, cujus beneplacita faciebant semper, nullum habebant de inimicis metum. Teste enim Sapiente, *Cum placuerint Domino via hominibus, inimicos quoque ejus convertet ad pacem.* Quia ergo ipsi studebant DEO per justitiam placere; ideo protexit eos DEUS à timore & insulibus inimicorum, & à captivitatibus Judæorum, sicut promiserat, dicens: *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta.* scilicet virtutibus & pascuis doctrinæ veritate.

vent, & vinum in sempiternum non biberent, & domos non edificarent, & sementem non sererent, & agros non possiderent, & vineas non plantarent nec haberent; sed in solitudine extra utber cunctis diebus in tabernaculo habitarent: prout hæc, & alia, de ipsius plenius testatur Jeremias propheta.

Alias cap xxv.

CAPVT XXVIII.

Elifeus dulces reddit colocynthidas, ac panem multiplicat coram Filijs Prophetarum, juxta vitam verè communem.

Denique ELISEUS summa cum diligentia creditos sibi monachos Filios Prophetarum regebat, quos suo exemplo & magisterio inducebat, propter regnum DEI melius consequendum, ad perfectionem inquirendam, secundam formam disciplinæ vitæ monasticæ per DEUM traditam ELIÆ. Quibus etiam de craftino non sollicitus providebat in vitæ necessarijs, non solum per humanam industriam, imò interdum miraculosè supra naturalem potentiam. Legimus namque in libro Regnorum, quod cum esset fames in terra, & dicti filij Prophetarum habitarent coram Eliseo, compatiens ipse fami eorum, dixit quâdam vice uni de famulis suis: *Pone ollam grandem, & coque pulmentum Filijs Prophetarum.* Egressus ille, ut colligeret herbas agrestes, inveniens quasi vitem silvestrem, collegit ex ea colocynthidas implens pallium suum, & nascions quid esset, conscidit in ollam pulmenti. Infuderunt ergo solijs, ut comederent. Cumque gustassent Filij Prophetarum de coctione hac, clamaverunt ad Eliseum, dicentes: *Mors in olla viri Dei.* Mortiferum enim erat præ amaritudine colocynthidarum illud pulmentum. Non fuit autem Elifeus iratus coquo, lautior enim mentis consuetudinem non habebat: sed dixit eis: *Afferite farinam.* Et cum attulissent sibi, misit in ollam: & statim dulcorata fuit eia, fugatâ omni amaritudine ab ea. Jussit ergo Elifeus iterum infundi Filijs Prophetarum, qui tunc de ea dulcificata lautè comederunt.

Alterâ quoque vice, cum vir quidam ex devotione attulisset de Basalsalja Eliseo panes primitivos, videlicet viginti panes herbas eos, & frumentum novum in partibus suis; dixit Elifeus ministro suo, ut daret Filijs Prophetarum ad comedendum. Qui respondit: *Quantum est hoc, ut apponam coram censum viri?* Quasi diceret, Parum, aut nihil erit inter tantos. Cui dixit Elifeus, da eis: quoniam comedent, & supererit. *Posuit itaque coram eis, qui comederunt, & eis satiatis, superfuit juxta verbum Elisei, multiplicantis miraculosè prædictos panes, sine aliqua extrinseca additione.* Decebat quippe, ut hac omnia adjucentur eis, non sollicitus indebitè quid manducarent, aut quid biberent, aut quo operirentur: quoniam primum & ante omnia quærebant regnum DEI & justitiam ejus; proicientes omnem sollicitudinem suam in DEUM, cui cura est de hominibus.

4. Reg. 4.

Refectorium commune Monachorum.

4. Reg. 4.

Nulla ibi mulieres.

Matth. 5.

1. Petri 5.

Alias cap xxv.

Sept. mensis...

Prover. 16...

Alias 15. Mehit ad mentem autem...

in civitate Pacis. Michas 7. Pascentur, passivè, Videatur legendum, Pascentur, activè, Recedè dicit, Religiosis, quia prececidit in Propheta. Perijit pium de terra. Psal. 44. Michas 7. \* Verti debuerat Basanitis & Galaaditis, lecondum 70. ac conforter. Intellexit autem per Basanitis, & Galaaditis. \* Elebat pinguis, pascebat. Pascentur passivè, ergo in textu, Pascent, activè, Psal. 44. Iterum passivè. Alias cap xxv 1. Monachi conjugati. Rechabites. Jerem. 35. Ibidem.

re Religionis uberibus: quemadmodum Michas propheta concludendo terram Judæorum fore propter peccata eorum desolatam, dicens: Terra erit in desolationem propter habitatores suos, & fructum cogitationum eorum: subdit alter de his monachis, inquiens: Pasce Domine populum tuum in virgâ tua, gregem hereditatis tue, habitantes solos in saluta tu in medio Carmeli, pascentur Basan & Galaad juxta dies antiquos. Ubi Propheta primò orat DEUM, ne populus monachorum montis Carmeli concludatur simili sententiâ desolationis cum Judæis: sed pascat ut prius doctrina \* Religionis per DEUM sub virga, id est, regula suâ directionis: idè ait, Pasce Domine populum tuum in virgâ tua, de qua Psalmista, Virga directionis, virga regni tui. Ne autem Propheta videretur pro toto populo Judaico orare, specificat hanc solam, dicens, Gregem hereditatis tue habitantes solos in salu: scilicet Carmeli. Secundo prævidens Michas se esse exauditum, prophetat venturum quod oraverat, dicens: In medio Carmeli pascentur Basan & Galaad. Intellexit autem per Basan & Galaad hos monachos montis Carmeli: tum primò, quia quam plures eorum erant tunc de regionibus Galaad & Basan oriundi: tum secundò, quia Basan interpretatur pinguis: & cœtus horum Religiosorum \* fiebat in medio Carmeli pinguis pascos divinis, scilicet doctrinis veræ Religionis. Galaad quoque interpretatur acervus testimonij, & DEUS cœtum horum monachorum acervavit in medio Carmeli, in testimonium contra populum Judæorum; ut intelligeret populus, quòd propter prævaricationem Legis divinæ fuerit captivatus, & terra eorum desolata: cum hi Religiosi, quia servaverunt legem DEI remanserint liberi in terra illa, in medio Carmeli. Deinde exponit Propheta qualiter in medio Carmeli pascentur, dicens: Juxta dies antiquos: in quibus, scilicet sub virgâ directionis regni Dei, pascebantur ab ELIA in monte Carmeli, doctrinâ prophetice vitæ monasticæ, secundum formam institutionis hujus Religionis per DEUM creditam ELIÆ.

CAPVT XXX.

Rechabites item ab hostibus Chaldaicis liberi dimissi.

Monachi etiam Rechabites quamvis essent in Hierusalem reclusi, dum exercitus Chaldaicus Jerusalem & ceteram terram Juda devastavit, ipsi tamen non fuerunt cum reliquo populo Judæorum in Babylonem translati; sed in terra promissionis detentati; sicut & monachi Carmelitæ prædicti. Quoniam Nabuzardan princeps exercitus regis Nabuchodonosor, dum prædictam captivitatem Judæorum in Babylonem transferret, hos monachos Rechabites cum Hieremia Propheta liberò abire concessit: quemadmodum Hieremias & populi captivitatem, & Rechabitarum liberationem, prophetaverat in persona Domini, dicens: Firmaverunt filij Jonadab filij Rechab præceptum patris sui, quòd præceperat eis: populus autem iste non obedivit mihi. Idcirco hæc dicit Dominus exercituum, DEUS Israel: Ecce ego adducam super Judam & Jerusalem universam afflictionem, quam locutus sum adversum illos, eò quòd locutus sum ad illos, & non audierunt. Vocavi illos & non responderunt mihi. Domini autem Rechabitarum dixit Hieremias: Pro eo quòd obedisti præcepto Jonadab patris vestri, & custodisti omnia mandata eius, & servasti universa quæ

præcepit vobis, propterea dicit Dominus exercituum, DEUS Israel: Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus. Intellexit autem DEUS per virum de stirpe Ionadab, non quidem principalem carnalem ipsius Jonadab generationem, sed potius Religionis nostræ eremiticæ genus. Neque enim filij carnales ipsius Jonadab, aut ab eis geniti, sed solum monachi in hac Religione eremitica eis succedentes, steterunt in conspectu DEI cunctis diebus: quamvis carnalis stirps Rechabitarum perduraverit usque in ruinam civitatis Jerusalem, à Tito & Vespasiano pertratam. Nam dum beatum Jacobum Alphaei, qui paulò ante ruinam prædictæ civitatis deceffit, Judæi in dicta urbe lapidibus obtraxerunt; sacerdos quidam ex his Rechabitis, nitebatur eum à morte erueri. Quoniam Apostolus Jacobus nunquam bibit vinum, & alias abstinentias grandes, similes Rechabitarum observantij sequutus fuit.

CAPVT XXXI.

Monachi Carmelitæ Christiani ejusdem Religionis sunt cum Monachis in veteri Lege ab ELIA in Carmelo instituti.

Intuentes quidam viri, monachos montem Carmeli nunc habitantes esse Christianos; putaverunt, ut asseris, dilecte Caprasi, eos non esse ejusdem Religionis cum illis Monachis, qui olim per sanctum Prophetam DEI ELIAM fuerunt in eodem monte instituti: pro eo, quia illi non fuerunt Christiani, sed Judæi. Quam autem erroneam istorum virorum opinio à veritate deviet, ex sequentibus manifestum tibi fiet. Antiqui namque hujus montis monachi, etsi non nomine, tamen rectè à fide fuerunt Christiani veri, sicut sunt monachi moderni: quoniam illi fidem firmam in Christum habuerunt, à quo & animarum salutem speraverunt, pro qua consequenda mundum reliquerunt, & corpora ac animas suas DEO obtulerunt: de quibus Apostolus sic ait: Circumscribitur in melioris, & in pellibus caprinis, egentes, angustiati & afflicti, quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis & in cavernis terræ: & hi omnes testimonio fidei probati fuerunt. Si ergo teste Apostolo, illi fuerunt probati testimonio fidei, quis non videat, quòd ipsi non perfidi, quales sunt moderni Judæi, sed veri fuerunt orthodoxi. Quorum tempore si Dominus noster Jesus Christus, quem cupiebant videre, & audire, venisset in hunc mundum, sicut in nostris venit temporibus, non minùs facti fuissent, non solum fide, sed & nomine Christiani, ejus doctrinam & Sacramenta suscipiendo, quàm sunt eorum successores. De illis enim Salvator noster loquens discipulis suis ait: Amen dico vobis, quia multi Propheta, & Iusti, cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt.

Sed quamvis Sacramenta gratiæ, quæ nos his diebus videmus in remissionem peccatorum à Christo Jesu instituta, illi non viderant; & licet dogmata & miracula, quæ ad salutem animarum & confirmationem fidei diebus nostris audimus à Domino Jesu dicta & facta, illi non audierunt; hæc tamen omnia ipsi suis successoribus vaticinati fuerunt: Quemadmodum enim ait P. Petrus Apostolus: Omnes Propheta & Samuel, & deinceps, qui locuti sunt, annuntiaverunt dies istos. Quobrem nõ est

Petris, nomen Jonadab toti posteritati suæ impositum fuisse spiritualiter. Ex Hegeippo. Hægesippus l. 5. Rechabites etiam ex alijs tribubus. Alias cap xxvii.

Idem argumentum inter Latinos per sanctum Prophetam DEI ELIAM fuerunt in tractat & definit B. Augustinus lib. 3. contra 2. Epistolas Pelagianorum.

Hebr. 11. Nomen, modernis, redolet aliquam primorum temporum viciniam, sicut & nostra temporibus.

Matth. 13. Sacramenta gratiæ Christus ipse instituit. Act. 3.

Monachi Eliani à Ioanne baptizati, ab eodem docentur de Baptismo Christi in spiritu.

**H**ic Joannes venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de Lumine, ut omnes crederent per illum. Praivit enim antefaciem Domini parare vias eius. Anno siquidem quindicesimo imperij Tiberij Caesaris, factum fuit verbum Domini super Joannem, habitantem in deserto, juxta fluentem Jordanis, ubi praedicti Religiosi Filij Prophetarum manebant. Et venit in omnem regionem Jordanis, praedicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum. Tunc sicuti testatur Evangelista, exhibet ad eum Hierosolyma, & omnis Judaea, & omnis regio circa Jordanem, & baptizabantur ab eo in Jordanem, confitentes peccata sua. Propterea Religiosi Filij Prophetarum montis Carmeli, & alij in tabernaculis propè fluentem Jordanis, & in caeteris eremis terrae promissionis habitantes, fuerunt tunc à sancto Joanne duce eorum, sicut & caeteri de populo baptizati. Praeparabantur autem ipsi per hoc ad unigenitum DEI Filium dignè cognoscendum, qui tunc inter homines ignotus convertebatur: sicut ipse Baptista palam revelavit tunc Judaeis, dicens: *Medius vestrum stetit, quem vos nescitis: ipse est, qui post me venturus est, & ante me factus est; cuius non sum dignus ut solvam corrigiam calcamenti ejus.*

Cum ergo praedicti Religiosi voce praecursoris intellexissent unigenitum DEI Filium esse praesentem in mundo, quem ex toris eorum praecursoris cupiebant videre, & à caeteris hominibus discernere, proposuerunt Baptista inseparabiliter assistere; scientes in ejus baptismum DEI filium esse manifestandum: sicut ipse Baptista testabatur, dicens: *Ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Quemadmodum autem JESUM absentem Joannes eis evangelizaverat, ita postmodum ipsum praesentem eis manifestavit. Venit enim JESUS à Galilaea in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo.*

Videns autem Joannes JESUM venientem ad se, indice eum omnibus prodens, ait: *Ecce Agnus DEI, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi, Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Ut autem hoc Praecursoris testimonium creditibilis redderetur, baptizato JESU à Joanne confestim aperti sunt caeli, & descendit Spiritus sanctus corporali specie in ipsum: tanquam digitus quodam fidei omnibus demonstraret, hunc esse illum, qui eis à Joanne in baptismum manifestandus, praedicabatur.*

Denique hunc, super quem columba moysi, verum esse DEI Filium, vox Patris de caelo tunc facta eos etiam docuit, dicens: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit. Quamobrem Baptista, testimonium iterum perhibens Christo, exolebat ejus Baptismum dicens: Vidi spiritum descendentem quasi columbam de caelo, & manentem super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est, qui baptizat in spiritu sancto. Ne itaque praedicti Religiosi spem salutis ponerent in Praecursoris Baptismo, ipse perfectiori Baptismo, scilicet Christi, eos fore baptizandos prophetaverat, dicens eis: Ego baptizavi vos in aqua: ille vero scilicet Christus, baptizabit vos in spiritu sancto & igne. Quaequam, ut Joannes Evangelista testatur, JESUS non baptizaret, sed discipuli ejus.*

Verum, quia ille dicitur praecipue rem aliquam habere in facie, Mat. 3.

existimandum successores illorum ad Religionem eorum ideo non pertinere, quia sunt Christiani; sed multo magis esset arbitrandum ipsos successores nihil religioni eorum attinere, si Christianitatis ritum ad animatum salutem consequendam non suscepissent; sicut eis illi Prophetae vaticinati fuerant. Teste enim beato Petro Apostolo, de

**1. Petri 1.** animarum salute exquisierunt, atque scrutati sunt Propheta, qui de futura in nobis gratia prophetaverunt, scrutantes quod vel quale tempus significaret eis spiritus Christi, pronuncians eas, quae in Christo sunt passionis, & posteriores gloriae, quibus revelatum est, quia non sibi ipsis, nobis autem ministrabant ea, quae nunc nuntiata sunt.

CAPVT XXXII.

S. Ioannes Baptista monachus instituit S. ELIAE.

**S**uccessores ergo illorum sanctorum Prophetarum, monachi filij Prophetarum, qui sicut dictum est, in eremo montis Carmeli, & in solitudinibus propè fluentem Jordanis, ac in alijs desertis, & in urbibus terrae promissionis habitabant, ab ipsis Prophetis incunctanter traditum, ut praemittitur, tenebant, Christum pro humani generis redemptione incarnandum, moriturum, & gloriosè resurrecturum: quem ex totis eorum praecordijs desiderabant, & sperabant venturum. Quos sicut DEUS per ELIAM, & caeteros ejusdem propositi Prophetas, instruere de adventu Christi futuro dignatus fuit: ita etiam, ut de praesentia Christi in mundo per ejus Praecursoris eos doceret, disposuit, quod praedictus praecursor sic ante JESUM Christum in spiritu & virtute ELIAE praecedere, ut jam in sua puertitia monasticam eorum vitam eremiticam ab ELIA Propheta institutam assumeret: Quod nec Evangelista Lucas similiter de ipso praecursore dicit: *Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in deserto. Notant autem ait Lucas, in deserto: quia Joannes tam in desertis solitudinis Jordanis, sicut filij Prophetarum, quam in desertis montium latuit; sicut ELIAS & Eliseus.*

Cum ergo venit sacri plenitudo temporis, fuit ad dictos monachos in desertis missus homo ille à DEO, cui nomen erat Joannes: scilicet Baptista, monasticæ vitae eremiticæ, ab ELIA instituta, cultor eximius. Ambo enim tam ELIAS, quam Joannes, fuerunt indumentis hispidis vestiti, luxu casti, vidu fugi, conversatione solitarij, & deserta jugiter fecerunt. Fuerunt etiam electi per DEUM praecursoris Christi: Joannes quidem adventus primi; ELIAS vero ultimi: dicens Dominus: *Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias jam venit, & non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quaecumque voluerunt. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Joanne Baptista dixisset eis. Et propterea Sacerdotes & Levitæ ab Hierosolymis per Judæos ad Joannem missi, inveniunt eum in omnibus, conversationem monasticæ vitae eremiticæ, ELIAE praecipue, sequi, quærebant ab eo, si ipse erat ELIAS. Quoniam, sicut Angelus Gabriel de eo praedixerat, venit ipse in spiritu, & virtute Eliae: ad exemplum cujus domo sui patris, & terrenis opibus derelictis, conversatus fuit jugiter in desertis, & ad instar illius vinum & licetam non bibens, habuit ad imitationem ejus vestimentum de pillis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, ut testatur Matthæus Evangelista. Ideo Christus, sciens Joannem expressam monasticæ vitae Prophetae ELIAE imaginem gerere, dixit de*

**Matth. 12** eo turbis: *Si vultis accipere, ipse est Elias.*

Alias posterior pars cap. xxi. i.

\* Filiorum prophetarum distincta fides de mysterijs Christi.

LUC. 1.

JOAN. 1.

MATTH. 17

JOAN. 1.

MATTH. 3.

MATTH. 12

Alia cap. xxi.

Joan. 1.

Matth. 3.

Matth. 17.

S. Joannes Baptista

Matth. 3.

Luc. 1.

Matth. 3.

Matth. 3.

Matth. 3.

Joan. 1.

Matth. 3.

Joan. 2.

Matth. 3.

Matth. 3.

facere, cuius auctoritate & nomine eam alius facit, & quia Apostoli post acceptum Spiritum sanctum baptizabant homines in nomine Domini JESU, sicut B. Lucas testatur; & sub invocatione huius nominis descendebat super baptizatos Spiritus sanctus in specie ignis visibilis, ideo dixit Joannes Religiosis praeclatis: *Ille, scilicet Christus, baptizabit vos in Spiritu sancto, & igne.* Innoebat autem per hoc eis, quo tempore essent ipsi Baptismo Christi baptizandi; quia scilicet, tunc, quando Apostoli Baptismum conferrent in nomine Domini JESU Christi, & Spiritum sanctum, in specie ignis visibilis, acciperent illi, qui ab eis baptizarentur sub invocatione nominis Christi. Quod ante Christi resurrectionem, & gloriosam ejus in caelos ascensionem, factum non fuisse Joannes Evangelista evidenter testatur, dicens: *Nondum erat Spiritus datus, quia JESUS nondum erat glorificatus.*

Aliis cap. xxx. **CAPVT XXXIV.**  
Religiosi in Hierosolymis ex dispersis Iudaeorum.

**T**emporibus autem Baptismum Joannis praecedentibus, gens Iudaeorum a diversis gentibus & regibus multas perpessa fuerat captivitates, & dispersa in diversis gentium regiones: maxime autem ab Antiocho Epiphane, rege Syriae durissima sustinerat in lege persecutiones. Sicut namque refert sacra libri Machabaeorum historia, Antiochus ad tantum Iudaeos deduxit opprobrium, ut legem DEI observare volentibus mortis infligeret tormentum. Quisque enim cogebatur idolis offerre sacrificium, vel necis pati supplicium. Propter quod multos promiscui sexus de populo Iudaeorum oppressiones has, & abominaciones ferre non valentes, oportuit propriam patriam relinquere, & in alijs diversis mundi regionibus dispersos habitare, qui in dispersione genuerunt filios, loquentes idioma & linguas gentium illarum regionum, in quibus nascebantur & educabantur.

Ex his autem Iudaeis, natis in regionibus illis, multi divotione tracti terrae promissionis, tempore imperij Tiberij Caesaris, ad terram illam, cum in pacis teneretur tranquillitate, remeantes, studebant religiosè illic vivere, copulantes se praedictis Religiosis habitantibus in terrae promissionis urbibus, & praesertim illis, qui manebant in Hierosalem: quorum memoratus fuit beatus Lucas in Actibus Apostolorum, dicens: *Erant autem in Hierosalem habitantes Iudaei, viri religiosi ex omni natione, quae sub caelo est.* Habebant liquidem praedicti Religiosi tunc mansionem maxime in Hierosalem: quia cum esset civitas insignis, & metropolis Iudaeorum, in qua cultus divinus praecipue vigeat, reperiebant in ea plures devotos Iudaeos, qui se ad eorum Religionem convertabant. Quos postquam praedicti Religiosi in rudimentis disciplinae propheticae & monasticae vitae erudierant, ad eremostansferebant.

Aliis pars cap. xxx. **CAPVT XXXV.**  
Situs Monasterij in Hierosolymis, eremitarumque Carmelitanorum ad id confluxus celebrandae Pentecostes causâ.

**P**raecepterat autem in Lege vereri DEUS, tres festivitates peculiates, scilicet Paschae, Penteco-

stes & Scenopegiae, debere per Iudaeos solemniter celebrari: quas Iudaeis alibi celebrare non licebat, quam in loco quem elegerat DEUS nomini suo, sicut mandaverat Moyses in Deuteronomio. Et sicut ex libro Paralipomenon edocetur, templum quod erat in Hierosalem constructum, fuit locus ille, quem DEUS elegit nomini suo: in quo loco annuatim tribus vicibus, scilicet in praedictis festivitibus, omnes masculi plebis Iudaeicae debebant ex praeepto Legis in conspectu Domini apparere. Quamobrem religiosi viri, filij Prophetarum eremicae montis Carmeli, & alij juxta fluenta Iordanis, & in caeteris eremis, & suburbanis civitatum terrae promissionis, habitantes, ne praeepta Legis transgredirentur, annis singulis in Hierosalem ter venire consueverant, ut juxta Legis praeeptum, tres festivitates peculiates, Paschae Pentecostes, & Scenopegiae, illic celebrarent. \*Et ob hoc quam maxime mansionem religiosi filij Prophetarum habebant in Hierosalem, ut in dictis festis convenirent ad eam.

Anno ergo in quo Christus ascendit in caelum, omnes praedicti Religiosi mox post ejus ascensionem in Hierosalem convenerunt, ut ibi instans festum Pentecostes celebrarent. Habitabant autem tunc in Hierosalem Apostoli Domini nostri JESU Christi prope mansionem distorum Religiosorum, scilicet in illo *caenaculo grandi & strato*, in quo Christus in die caenae fecit sibi parari Pascha, ubi sacramentum Eucharistiae instituit, & corpus suum sub speciebus panis sumendum discipulis tradidit, eosque sacerdotes ordinavit. Quod caenaculum erat in monte Sion, in parte illa montis, quae dicitur *melis*; ubi erat olim palatium, quod rex David sibi construxerat. Et ita praedicti Religiosi fuerunt in habitatione tunc Apostolorum vicini.

**CAPVT XXXVI.**

Multorum è Filij Prophetarum ad planum Christianismum conversio in die Pentecostes.

**I**n die itaque Pentecostes, sicut beatus Lucas refert, factus fuit repente de caelo sonus, tanquam adveniens spiritus vehementis, & replevit totam domum illius caenaculi, ubi erant omnes Apostoli Christi, & discipuli, sedentes: *Et apparuerunt illis disparvae linguae tanquam ignis, sedesque supra singulas eorum: repleti que sunt omnes Spiritu sancto, & coeperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat loqui illis.* Religiosi autem praesertim in monte Sion, non multum remore à praedicto caenaculo, ut praemittitur, habitantes, obstupuerunt audientes praedictum sonum insolitum resonare in caenaculo Apostolorum. Et scire cupientes quidnam hoc esset, ad illud Apostolorum caenaculum accesserunt. Qui cum illuc pervenisent, stupebant omnes & mirabantur: quoniam non solum illi est Religiosi qui in terra promissionis, sed etiam omnes illi, ex eis, qui extra dictam terram in diversis regionibus fuerant nati, audiebant Apostolos linguas suarum regionum loquentes, & DEUM magnificantes. Et propterea Religiosi magis stupebant, scientes Apostolos esse Galilaeos, qui nunquam existerant in eorum regionibus, neque à quoquam homine docti fuerant loqui eorum linguas seu idiomatibus.

Alij autem ex Iudaeis, qui supervenerunt, audientes Apostolos loqui diversis linguis, & eos omnes

Deut. 16.  
2. Paral. 7.

\*Causa constructi monasterij in Hierosolymis.

Marcii 14.  
\*Ubi & quando, Christus sacerdos ordinavit.

Aliis posterior pars cap. xxx.  
Act. 2.

Religiosi ex Iudaeis Apostolorum vicini.

Non omnes

JESU  
Spiritu  
II  
VIII  
26

audien-  
tes Apo-  
stolos eos  
inellige-  
bant.

minimè intelligentes, iridebant, dicen-  
tes eos esse ebrios. Beatus vero Petrus Aposto-  
lus, cernens Religiosos, & quosdam alios  
ex superveniens, esse scientes, incipit de-  
trahentibus obviare, ostendens Apo-  
stolos non esse ebrios, & probans per  
scripturas Prophetarum eos Spiritu sancto  
repletos. Evangelizavit quoque Religio-  
sis, JESUM à mortuis resurrexisse, & ipsum  
esse Deum, qui de caelo Apostolis sanctum  
effudit Spiritum, exhortans, ut à prava  
generatione Iudeorum segregarentur.

A<sup>ct</sup>or. 2.

Auditis ergo sermonibus Petri, Religiosi  
compositi sunt corde, & dixerunt ad Petrum,  
& ad ceterum Apostolorum: *Quid faciemus  
viri fratres? Ad quos Petrus: Penitentiam  
agite, & baptizetur unusquisque vestrum  
in nomine Domini nostri JESU Christi, in  
remissionem peccatorum, & accipietis donum  
spiritus sancti: alijque pluribus verbis  
exhortatus est eos Petrus. Multi ergo ex  
praedictis Religiosis, videntes, quòd illi,  
quos Apostoli baptizabant in nomine JESU  
Christi, recipiebant in specie ignis visibilis  
spiritum sanctum, recordati fuerunt adven-  
nisse tempus, de quo dux eorum beatus Jo-  
annes Baptista Christum prophetans, eis  
praedixerat, ille, scilicet Christus, baptizabit  
vos in spiritu sancto, & igne. Quamobrem  
acceperunt sermones Apostoli Petri, &  
baptizati sunt ipsa die in Christo, recipien-  
tes in signo ignis visibilis spiritum san-  
ctum.*

\*Dux  
eremita-  
rum  
montis  
Carmeli  
S. Joan.  
Baptista.  
Matth. 3.

CAPVT XXXVII.

Ad miraculum claudi, ac sermonem  
S. Petri, reliqui è Filijs Prophetarum  
convertuntur.

Aliàs cap  
xxx1.

Altera autem die, cum illi ex praedictis  
Religiosis, qui nondum ab Apostolis erant  
baptizati, essent causà orandi in templo  
cum reliquis de populo ad horam orationis  
nonati, suppliciter à Domino DEO postu-  
labant, ut per signum eis ostenderet, si  
adveniret tempus illud, de quo dux eorum  
Joannes Baptista eis praedixerat, quòd  
Christus JESUS eos spiritu sancto & igne  
baptizaret. Titubabant enim de hoc nonnulli  
eorum, quia non viderant, neque audierant  
Christum JESUM manibus suis quemquam  
baptizasse. Ipsi tamen Joannis vaticinium  
non perfecte intelligentes, sperabant, quòd  
sicut Joannes suis manibus eos baptizaverat,  
ita Christus proprijs manibus eos baptizaret.  
Exaudivit autem tunc DEUS orationem eorum,  
& ad rectum intellectum vaticinij Joannis  
eos perduxit.

\*S. Joannes  
Baptista  
Religio-  
rum Ord  
Carm.

Proba-  
bile du-  
bium Fi-  
liorum  
Propheta-  
rum.

A<sup>ct</sup>or. 3.

Contigit enim eadem hora, sancto instigante  
spiritu, Apostolos Christum Petrum & Joannem  
ascendere in templum, & ad portam templi,  
quae dicebatur speciosa, obvium habere hominem  
quemdam, annorum amplius quadragesima,  
ex utero matris claudum, rogantem eos pro  
eleemofyna: Quem intruens Petrus cum Joanne  
dixit: *in nomine JESU Christi Nazareni surge,  
& ambula. Et apprehensa manus ejus dexter à  
levavit eum. Qui protinus exiliens ambulavit,  
& intravit cum illis in templum, laudans  
DEUM. Videntes autem praedicti Religiosi,  
& omnis populus, eum in templo ambulantem,  
& laudantem Deum; & cognoscentes quòd  
ipse erat qui ad eleemofynam sedebat ad  
speciosam templi portam, replati sunt stupore  
& extasi in eo quòd contigerat illi. Et cum  
viderent Petrum & Joannem in portu, quae  
appellabatur Salomonis, concurrerunt omnes  
ad eos: quibus Petrus predicavit JESUM, quem*

ibidem.

populus per ignorantiam interfecerat, à mortuis  
resurrexisse, in fide ejus & nomine, & non in  
peccata Petri, vel Joannis, virtute, claudus coratus  
fuerat. Propter quod Petrus eis dicebat: *Nomen  
Christi, & fides, qua per eum est, dedit illi integram  
sanctatem in conspectu omnium vestrum.* Exhorta-  
batur quoque eos Petrus, quòd penitentem &  
converterentur ad fidem Christi, ut delecerent  
eorum peccata, probans per Scripturas Prophe-  
tarum fidem Christi & doctrinam esse ab eis susci-  
piendam, & omnes eam reventes fore exterminan-  
dandos.

Nota  
quod  
norma  
scribit  
populus,  
non  
tem  
Principio  
bus.  
ibidem

Ut autem vehementius Religiosos attraheret,  
cognominans eos proprio titulo, quem à Prophe-  
tis traxerat, dixit eis: *Vos estis filij Prophetarum,  
& testamenti quod disposuit DEUS ad patres nostros,  
dicens ad Abraham: in semine tuo benedicetur omnis  
familia terrae: vobis primum DEUS suscitans filium  
suum, misit eum benedicentem vobis, ut converteret  
unusquisque à nequitia sua. Igitur Religiosi praefati  
viro miraculo claudi, & audito sermone Petri,  
intellexerunt quòd sicut Christus, suo nomine per  
Petrum invocato, dederat integram sanctatem  
claudus, ita illos baptizabat in igne & spiritu  
sancto, super quos effundebant Apostoli aquam,  
nomen ejus sanctum invocando. Hinc ergo petpen-  
derunt, quòd idem Joannes Baptista dixerat eis  
propheticè: *Ille vos baptizabit in spiritu sancto,  
& igne: quia super quos Apostoli aquam effundendo  
invocabant nomen Christi, JESUS illos baptiza-  
bat, tribuens eis spiritum sanctum in specie ignis  
de caelo missi. Quamobrem crediderunt perfecte  
in JESUM, & cum eis multi eorum, qui audie-  
rant Petri verbum: quorum numerus fuit quinque  
millia hominum. Qui postmodum ab Apostolis  
baptizati, receperunt in signo ignis visibilis  
spiritum sanctum.**

ibidem  
Marth. 1.

CAPVT XXXVIII.

Eremitæ Carmelitani facti Apostolorum  
coadjutores, amantes allego-  
riam veterum scripturarum.

Alia  
posterior  
petri cap.  
xxx1.

Erant autem perseverantes in doctrina Aposto-  
lorum, & communionem fractionis panis: quotidie  
quoque perdurantes in orationibus unanimes in tem-  
plo cum exultatione, & simplicitate cordis, collaudantes  
DEUM. Quibus omne spatium diei in studio-  
rum exercitijs, & eruditione facti Evangelij, duce-  
batur. Habebant quoque tractatus factorum vo-  
luminum, leges Patrum so allegoricam intelligen-  
tiam deducentes. Quoniam omnis lex vetus eis vi-  
debatur animali esse similis, eò quòd extrinsecè  
velut corpus habeat ipsam literam, & ea quae  
secundum literam designantur, intrinsecè vero in  
litera, tamquam anima lateat cujusdam profundi  
divinique mysterijs sensus invisibilis & spiritalis.  
Quem illi, ab Apostolis edocti, sublimitè & no-  
bilitèr velut per speculum inspicentes, & ex ipsis  
literæ nominibus admitandas quosdam species  
intelligentiæ concipientes, divinam & profundiore  
sapientiæ factorum voluminum tamquam copio-  
sis dapibus imbuebantur. Denique eorum multi  
ea, quae ab Apostolis haurierant, ceteris effunden-  
tes, fidem Christi per Phœnicem & Palaestinam  
praedicarunt, dilatantes dogma fidei: & moribus  
vita, ac monastica conversatione, Ecclesiam DEI  
insignissimam demonstrantes.

Alia  
Locus  
alludens  
ad Philo-  
nem lib.  
de vita  
contem-  
plativa  
num. 10.  
ac 26. Ni-  
Jolephat  
apud So-  
cratum  
num. 35.  
latius je-  
jundè.  
Ratio sen-  
sus Alle-  
gorici S.  
Scriptu-  
ra.

CAPVT XXXIX.

Alia  
Cap.  
xxxix.

Carmelitæ accepta Evangelij luce my-  
steria quondam ab ELIA reve-  
lata clariùs intuentur.

fuit onerata amaritudine delictorum, sed instar  
lius nubeculæ fuit levis per immunitatem pecca-  
torum, & dulcis per plenitudinem charismatum.  
Ipla enim in suo ortu fuit nubes illa, de qua per  
Moyfen figuratè est scriptum, *Ecce gloria Domini  
apparuit in nube.*

immunitas  
semper  
fuit.  
Exod. 16.

CAPVT XL.

Alia cap  
xxxix.

Allegoria temporis ortus Beatiss. MA-  
RIÆ Virginis, ex traditione  
per S. ELIAM.

Significavit autem DEUS ELIÆ, in prædicta  
visione, quo tempore Nubecula illa, scilicet B. MA-  
RIA, videretur à discipulis ELIÆ de mari, id est,  
de amara & vitiosa natura humana, orti & as-  
cendere. Nam ostensum fuit in eadem visione,  
quod nullus eorum videret eam ascendere, antea  
quam ipse semel per decem gradus ascendens,  
contra mare prospiceret, & iterum alijs septem vi-  
cibus per eisdem gradus ad contemplandum  
contra mare rediret. Dixit enim ELIAS ad pue-  
rum suum: *Ascende, & prospice contra mare: Qui  
cum ascendisset, & contemplatus esset, ait: Non est  
quidquam.*

Quæro ergo, quid fuit, puerum ELIÆ semel  
per decem gradus ascendere ad prospiciendum  
contra mare, & tunc nihil ei apparere? Certè hoc  
nihil aliud fuit, nisi quod puer, id est, cætus disci-  
pulorum ELIÆ, contemplando ascendit, primò  
per illas decem generationes humanas à B. Luca  
in genealogia Christi positas, quæ fuerunt ante  
diluvium ab Adam usque ad Noë in prima mundi  
ætate, & per eas discurrendo totum tempus quod  
fuit à Noë usque ad Adam, puer prospexit, si fortè  
eo tempore, nubecula, id est, infantula aliqua esset  
nata contra mare, id est, contra solitam amarum  
& vitiosam propaginem naturæ humanæ. E quia  
nubecula illa non fuit à puero vita nasci in illa pri-  
ma ætate mundi; idèò puer dixit: *Non est quidquam.*  
Præcepto tamen ELIÆ redijt iterum puer septies  
per decem gradus ad prospiciendum contra ma-  
re: & rursus ait illi, *Revertere septem vicibus: & in  
primis sex nihil sibi apparuit.* Hoc autem, scilicet  
quod iterum puer, id est, cætus discipulorum  
ELIÆ, sexies per decem gradus rediens nihil vidit,  
denotat eam ulterius per alias sex decades huma-  
narum generationum contemplando ascendisse,  
quas B. Lucas in genealogia Christi tetigit, à Sem  
filio Noë usque ad Jamne filium Joseph. Quarum  
generationum decas prima, incipiens à Sem filio  
Noë, terminata fuit in Thare filio Nachor. Secun-  
da verò decas, incipiens ab Abraham filio Thare,  
terminata fuit in Salmon filio Naafon. Tertia au-  
tem decas, incipiens à Booz filio Salmon, termi-  
nata fuit in Jona filio Erachim. Quarta verò decas,  
incipiens à Joseph filio Jona, terminata fuit in  
Elmadan, filio Het. Quinta autem decas, incipi-  
ens à Cho'an filio Elmadan, terminata fuit in Jo-  
seph, filio Juda. Sexta verò decas, incipiens à Se-  
met filio Joseph, terminata fuit in Jamne, filio al-  
terius Joseph. Per has quidem sex decades gene-  
rationum, à B. Luca in genealogia Christi posita-  
rum, ascendit puer, id est, cætus discipulorum  
ELIÆ, discurrendo scilicet totum tempus quod  
fuit à Jamne usque ad Sem, contemplando si fortè  
eo tempore nubecula, id est, infantula illa esset na-  
ta: & quia in toto illo tempore nata non fuit, idèò  
tunc discipulis ELIÆ minime apparuit.

Postquam autem Professores hujus Religionis  
fuerunt per Apostolos baptizati, & in sacri E-  
vangelij eloquijs eruditi, intellexerunt plenè illud  
mysterium esse impletum, quod per DEUM fue-  
rat: Propheta ELIÆ in monte Carmeli revelatum.  
Legimus quidem in libro Regnorum, quod  
ELIAS ascendit in montem Carmeli, & pronus in  
terram posuit faciem suam inter genua sua, & dixit ad  
puerum suum: *Ascende, & prospice contra mare. Qui  
cum ascendisset, & contemplatus esset, ait: Non est quid-  
quam. Et rursus ait illi: Revertere septem vicibus. In  
septima autem vice, Ecce nubecula parva, quasi vesti-  
gium hominis, ascendebat de mari in Carmelum. Ab  
eo autem loco montis Carmeli, ubi puer ascen-  
debat, usque ad summitatem montis, undè pote-  
rat mare prospici, erant decem gradus. Quos cum  
semel puer ascendens, prospexisset contra mare,  
mandavit illi ELIAS, sicut dictum est, ut iterum  
alijs septem vicibus per eisdem gradus revertentis  
contra mare prospiceret: Et in septima vice rever-  
sionis, quæ amen fuit octava prospectio, vidit  
puer nubeculam illam quasi vestigium hominis de  
mari ascendentem in Carmelum. Et dixit ei ELIAS  
Deo plu-  
viam. *Ascende, & dic Achab: Junge currum tuum, & descen-  
de, ne occupet te pluvia. Cùmque se reveret huc atque  
illuc, ecce tali contonebrati sunt, & nubes & ventus, &  
facta est pluvia grandis. Quid ergo sacramenti te-  
rum futurarum præter historiam visio illa intin-  
secus contineret, & quid magni mysterij DEUS  
ELIÆ, tunc stans pronus, per eam portendit,  
dignatus fuit ELIAS aperire, non palam omnibus,  
sed secretè suis confortibus. A quibus traditum te-  
nemus, DEUM sub figurata visione, revelasse tunc  
ELIÆ quatuor magna mysteria, quæ per Ordini-  
nem explicabo.**

Primò, quod quædam infantula nasceretur, quæ  
ex utero matris suæ ab omni peccato munda egre-  
deretur. Secundò, tempus in quo hoc adimpleretur.  
Tertiò, quod hæc infantula virginitatem perpetuam  
ad exemplum ELIÆ amplecteretur. Quarto, quod  
quædam DEUS jungens naturam suam humanæ, de  
Virgine illa homo nasceretur. Per hoc namque  
quod ille puer ELIÆ vidit de mari nubeculam  
parvam orti, revelavit DEUS ELIÆ, quod quæ-  
dam infantula, scilicet beata MARIA, per illam  
nubeculam significata, & instar illius nubeculæ  
per humilitatem parvam, nasceretur de humana na-  
tura peccatrice, designata per mare; quæ infantula  
jam in suo ortu esset munda omni peccatorum  
sordibus, quemadmodum nubecula illa fuit de mari  
amaro orta, sine tamen aliqua amaritudine. Licet  
namque nubecula illa esset originaliter ejusdem  
naturæ cum mari, alterius tamen fuit qualitas, al-  
teriusque proprietatis. Mare quippe ponderosum  
est, & amarum: sed nubecula illa levis fuit, & dul-  
ciora natura humana instar maris sic in sua origine, ita amari-  
tudine peccatorum & pondere vitiorum pressa, ut  
Psalm. 37 *fateri cogatur Iniquitates mea supergressæ sunt caput  
meum, & sicut onus grave gravata sunt super me;*  
Beata amen MARIA de hoc mari, id est, natura  
humana, aliter fuit orta: quoniam in suo ortu non

3. Reg. 18  
\* Elias  
pronus  
stetit, pe-  
tens à  
Deo plu-  
viam.  
Traditio  
de B. Vir-  
gine per  
S. Eliam.  
Virgo  
Dei para  
exemplo  
Eliæ vir-  
ginita-  
tem per-  
petuam  
est am-  
plexata.  
B. MA-  
RIA per  
nubecu-  
lam sig-  
nificata.  
\* Repete  
tecum,  
de natura  
peccatri-  
cæ: ut sen-  
sus sit,  
jam in ip-  
so sui con-  
ceptu.  
MARIA  
nanquã  
ponde-  
rosa nan-  
quam a-  
mara fuit  
Psalm. 37  
Ipla ab  
omni  
peccato

... IESU  
... Spirit.  
... II  
... VIII  
... 26



## CAPVT XLIII.

Alias cap  
xxxvi.

Causa, ob quas Carmelitæ dici sint,  
Fratres B. Virginis MARIE: & de orato-  
rio ab eis in monte Carmeli in  
laudem eiusdem Deipara Vir-  
ginis erecto.

Recentes ergo Religionis hujus professores,  
DEUM prædecessoribus eorum per visio-  
nem prædictam specialiter revelasse, infantulam  
quandam nascituram, quæ ex utero matris suæ  
munda ab omni peccati sordē egredietur, & in-  
staret eorum, spontaneam virginitatem amplexe-  
tur, de qua virgine DEUS Homo nasceretur: con-  
templantes etiam ipsi, hæc omnia postmodum  
fuisse adimpleta, & genus humanum per hanc  
Virginem accepisse à DEI Filio desideratum ab  
eis plura (id est gratiæ divinæ) beneficium; cura  
verunt cum devotione assidue deservire huic vir-  
gini, id eorum prædecessoribus revelatæ, ac  
desideratæ, & postea eis exhibitæ. Et studuerunt  
hanc specialiter virginem ideo sibi ipsi in patro-  
nam eligere, quia noverunt ipsam solam singula-  
riter eis conformem in primitiis virginitatis spon-  
tanæ. Quemadmodum enim virginitas spon-  
tanæ fuit primò per pios professores hujus Reli-  
gionis inchoata, & in vitis introducta: ita eadem  
virginitas fuit postmodum per DEI genitricem  
primò in feminis introducta, & incepta, sicut su-  
prà commemoravimus. Propter quod, sicut Reli-  
giosi Carmelitæ sunt primitiis virorum virgi-  
num: ita B. MARIA est femina eorum virginum vo-  
to primiticia.

Quæ conformitas primitiarum spontanæ vir-  
ginitatis, singulariter inter DEI genitricem & re-  
ligiosos Carmelitas dudum prophetata, & postea  
adimpleta, fuit causa, quod Religiosi Carmelitæ  
Virginem MARIAM jam tempore Apostolorum  
dicebant sororem suam, & propter dictam con-  
formitatem, se ipsos Fratres beatæ MARIE Vir-  
ginis appellabant.

Non arbitror autem, quod negare velis, quin,  
eâdem Religione salvâ, professores ejus, ex causis  
diversis possint in temporibus discretis designari  
varij titulis: alioquin in illum incideres errorem, do  
quod Religio Christiana non esset eadem in no-  
bis, quæ fuit in Apostolis, & Christi discipulis.  
Quoniam Christianæ Religionis professores in  
exordio prædicationis Christi, & Apostolorum,  
non eodem designabantur cognomine, quo nunc  
designantur. Testante namque beato Luca, cum  
Christianitatis professores prius dicerentur *Disci-  
puli*, postmodum verò Antiochiæ primò cogno-  
minati sunt *Christiani*. Nunquid autem quia prius  
alio, quàm nunc cognominabantur titulo, dices *Ad. u.*  
aliam fuisse in eis Religionem Christianitatis, Loqui-  
quàm sit in nobis? Absit. Nec ergo debes absur-  
dum reputare, monachos nunc montem Carme-  
li inhabitantes ejusdem non esse Religionis cum  
illis, qui in dicto monte conversabantur ante in-  
carnationem Salvatoris: licet illi *Propheta*, & *Filij*  
*Prophetarum* dicerentur; & isti *Fratres Beata MA-  
RIÆ* cognominentur. Tunc enim, ut diximus, tunc *Fra-  
tres B.* ipsi vocabantur *Propheta*, quando cum instru-  
mentis musicis & Cantibus, & Psalmis DEO psal-  
lebant. Adveniente autem nova lege, ritus psallen-  
di DEO cum illis instrumentis musicis cessavit, &  
fuit

Pp

naretur erat fraternitas tantum paternitatis: quia  
à quo Patre Filius æternaliter genitus, ab eodem  
patre fuit creatum genus humanum: hinc DEI  
Filius non confunditur patrem suum appellare e-  
tiam patrem eorum, dicens: *Ascendo ad patrem me-  
um, & patrem vestrum.*

Sed quia inter genus humanum & DEI filium  
antequam ipse incarnaretur non erat fraternitas  
maternitatis: quoniam DEI filius nondum erat ex  
matre natus. Ideo optans cæteris discipulorum  
Christus, ELIÆ, ut hæc fraternitas inter eos fieret, ascendit  
per orationem ad Achab, id est, ad DEI filium. Et  
sicut ELIAS præceperat, ita suppliciter DEI filio  
dicebat: *Iunge currum tuum.* Currus quidem à cur-  
rendo est dictus: est enim vehiculum circularis  
figura, & habilis ad portandum onus. Significat au-  
tem divinam filij DEI naturam, quæ est circularis,  
id est, æterna, carens instar rotarum cætri, princi-  
pio & fine, per quam divinam naturam ipse exul-  
tavit ut gigas ad currendam viam: portans, ut Apосто-  
lus ait, omnia verbo virtutis sua.

Dicebat ergo suppliciter tunc illi puer, id est,  
cæteris discipulorum ELIÆ, *Iunge nostræ scilicet  
naturæ, currum tuum*, id est, æternam naturam  
tuam, & descende ad nos: *nè te occupet*, id est, retardet,  
sed magis provocet pluvia: scilicet quod descendes  
sicut pluvia. Decet enim te sicut pluvia in vellus des-  
cendere. Quoniam vellus pluviam in ipsum sine  
strepitu descendente accipiendo vel reddendo  
non rumpitur, sed integrum servatur. Ita quoque  
te decet taliter absque strepitu operationi huma-  
næ in nubeculam, id est, Virginem MARIAM  
placido illapsa descendere, & currum tuum, id est,  
æternam naturam tuam humanæ naturæ in utero  
Virginis iungere: ut Virgo te DEUM simul & ho-  
minem concipiendo, deinde partiendo, non rum-  
patur, sed integra in sua virginitate conservetur.

Fuerunt autem ex auditu ELIÆ discipuli in hac  
supplici eorum deprecatione, sicut sequitur in  
prædicta visione. Cumque inquit, *se verteret huc*,  
scilicet ad contemplandam in adolescentula spon-  
tanæ virginitatem, atque illuc scilicet ad depre-  
candam pro descensu filij Dei (amam Deitatem);  
Ecce cæli contenebrati sunt, & ventus, & nubes, & facta  
est pluvia grandis. Per calos honor, virtus, & celli-  
tudo filij DEI intelligitur, cujus adventum præsto-  
lans Propheta dicebat: *Domine inclina calos tuos &  
descende.* Per nubem Virgo MARIA, sicut dictum  
est, designatur. Per ventum verò Spiritus sanctus  
indicatur, quemadmodum per Prophetam dicitur,  
Flabit Spiritus ejus, & fluent aquæ. Ideo cæli,  
& nubes, & ventus fuerunt tunc contenebrati,  
quando virtus altissimi obumbravit eum: ideoque &  
quod natum est ex ea sanctum, vocabitur Filius  
Dei. Et tunc facta est pluvia gratiæ grandis: quo-  
niam Verbum caro factum est, & habitavit in no-  
bis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeni-  
ti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis. De cujus  
plenitudine nos omnes accepimus, & gratiam pro  
gratia, ut ait Joannes Evangelista.



Ephes. 5.

fuit in alium immutatus, sicut ait Apostolus: *Implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & Hymnis & Cantibus spiritualibus, canentes, & psallentes in cordibus vestris Domino.* Et quia ricusille antiquus DEO psallendi cum instrumentis musicis nunc in vestra Religione non observatur; ideo ejus professores modò Prophetæ non appellantur.

Tunc enim ipsi rectè *Filij Prophetarum* dicebantur, quando per Prophetas regabantur, ut prædiximus; nunc autem nequaquam per Prophetas regantur, ideo nec filij Prophetarum vocantur: sicut eos tunc appellatos *Fratres Beata Mariæ Virginis* nemo sanæ mentis dicitur, cum virgo MARIÆ nondum esset nata. Sed, sicut dictum est, postquam tam expressam, & propriam primitiarum spontaneæ virginitatis confessionem inter se, & DEI genitricem cognoverunt, at adimpletam: ipsi ex tunc *Fratres Beata Mariæ Virginis* appellari fuerunt.

Et in memoriam visionis de ortu hujus virginis, præostensæ Sancto Propheta ELIÆ, sub specie nubecolæ ascendentis de mari in Carmelum, monachi prædicti anno Incarnationis filij DEI octogesimo tertio, diruentes eorum Seunion antiquam, ædificaverunt huic primæ Virgini DEO dicatæ capellam quandam in monte Carmeli, juxta fontem ELIÆ, in sito illo, in quo ELIAS orans viderat nubeculam illam, quasi vestigium hominis, de mari ascendere in Carmelum: ubi professores prædicti seipso huic virgini commendantes, singulis diebus, ad effundendum dictæ virginis, & ejus Filio sedulas preces, & supplicationes atque laudes, ex tunc semper conveniunt: ibique de verbo divino, culpiq; vitandis, & animarum salute procuranda humili colloquio adinvicem contulerunt. Et propterea ceteri, etiam ab eorum Religione externi, eos deminceps *Fratres Beata Mariæ Virginis de monte Carmeli* semper appellaverunt.

Legendum quadragesimo tertio de quo videndus Wastelius hoc loco, & alij. Observa, quàm sit antiquus cultus Deip. V. in Carmelo.

Alias xxxv i i.

CAPVT XLIV.

De habitu monachorum montis Carmeli, & primum de zona, ejusque mystica significatione.

Investigato in præcedendis, & aliquantulum descripto Fundatorum, ac præcoram professorum nostræ Religionis cultu interiori, à nobis imitando, superest, tibi breviter exponere (ò dilecte Caprasi) exteriorum habitus ornatum, propositum vobis ad exemplum, per quem interioris dispositionis illorum Patrum, à vobis imitandæ, non modicam senties noticiam. Teste namque Sapiente, *Amictus hominis annuntiat de eo.* Quemadmodum & Fundator primus Religionis hujus fuit à Rege Ochozia cognitus, exposita Regi per nuntios qualitate vestis.

Ecdi. 19.

4. Reg. 1.

Scilicet abatur namque Rex à suis nuntijs, cujus figuræ, & habitus esset vir, qui eis occurrerat, & loquutus fuerat: cui respondentes nuntij dixerunt: *Vir pilosus erat, & zona pellicea accinctus renibus.* Ex quo habitu confestim perveniens Rex in Prophetæ noticiam, ait: *ELIAS Thesbitus est.* Zone quippe indicio, & hirsuti, incultiq; corporis specie virum DEI indubitanter cognovit: quoniam zona pellicea (velut quoddam speciale signum impressum) suis renibus perpetuò cohærebat: qua accinctus lumbis, ELIAS dudum occurrerat à monte Carmeli usque in Jezrael ante Regem Achab patrem Ochozia,

3. Reg. 18

Hoc ergo exemplo suo docuit ELIAS, monachum hujus professionis debere cinctis lumbis incedere. Nam & Joannes Baptistæ, qui in spiritu, & virtute Elia venit, eam in accinctione lumborum imitatus fuit; de quo Evangelista sic ait: *Erat Joannes vestitus pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos ejus.* Hujus autem zone habitum non parvam est, quod à monacho exigitur sacramentum. Lumborum enim accinctio, & ambitus zone pellicæ significat, monachum debere mortificationem illorum membrorum esse comferre, in quibus luxuriæ seminaria continentur. Ubi na videlicet, sicut lumbi ejus zona pellicis emortuæ exterius præcincti, quatenus interiori inveniantur seminaria coitus in eo protius exincta: & decantet diguò cum Propheta: *Factus sum sicut iter in pruina;* quia, scilicet, præditus gelu conveniunt ita stringi in lumbis concupiscentiæ carnalis ardorem, sicut pruina congelando pestringit utrem. Hinc in sacra scriptura legimus, *ELIAM* ideo primum omnium fuisse zona pellicea in lumbis cinctum, quia primus hominum hoc signo dedit monachis exemplum restringendi in lumbis, & mortificandi omni luxuriosi motus incentivum, per modum, de quo Apostolus ait: *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, & concupiscentiam malam.*

Mar. 1.

Zone mortuæ facta membra

Alias cap xxxv i i i.

CAPVT XLV.

De Melote, antiquo hujus Religionis habitu atque ejus mysterio.

Melotes quoque gestasse fundatores primos hujus Religionis, ELIAM, scilicet, & ejus discipulos filios Prophetarum, Apostolus de eis loquens assererat, dicens: *Circueverunt in melotibus, & in pellibus caprinis, egentes, angustissimi, afflictissimi, quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ.* Dicitur enim *Melota* propriè à melo animali, quod etiam *Taxus* appellatur: de cujus pilis, vel pellicæ facta vestis, quæ est valde hispida, *Melota* propriè vocatur. Quamquam quælibet vestis de pilis animalium asperis, aut de pellibus hispidis facta, *Melota* vulgariter dicatur: nam & indumentum de Camelorum pilis, vel de pilis caprinis, confuevit communiter *Melota* dici à multis. Quo etiam habitu in nova lege Joannem Baptistam fuisse indurum Evangelista testatur, qui ait: *Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum.* Hujus autem *Melotæ* gestatio, succedentibus temporibus, derivatum potius, quàm a dificationem eam videntibus comparabat.

Superbiam etc. le fecundam legem.

Monastice vestis genus, hirsuti coloris lobium Orig. II. 19. 6. 2

Math. 11.

Habr.

Idcirco vestem illam cilicinam despectam cunctis, & quæ ex hoc ipso nulla poterat spiritus emolumenta conferre, sed elationis potius vanitatem, professores hujus Religionis concordia sententia refutatum. Loco autem ejus, tunicam lanæ non pretiosæ, sed mediocriter asperæ, ejusdem coloris, cujus existebat melota, subrus Scapulare gestare assumpserunt. Quoniam dictorum sanctorum Patrum nostrorum, tam veteris, quàm novæ legis, exemplis ostenditur, monacho hujus professionis convenire, vestem habere asperam, & magis conterentem corpus, quàm foventem: & illi repugnare, vestem habere pretiosam, & delicatam, seu mollem, ad delestandum carnem. Si enim habitatorum solitudinis conveniret, indumentis mollioribus vestiri, concessisset unque Dominus, homi-

Tunica lanæ melotæ loco Religiosis usurpata.

Monastica vestis qualis esse debet.

nem

CAPVT XLVII.

Alias xl.

De pallio albo ad imitationem ELIÆ ferendo: & illius mystica significatione.

Pallio quoque monastico indutum fuisse primum Fundatorem hujus Religionis, scilicet, ELIAM prophetam, sacre scripturae autoritate monstratur. Nempe hoc habitu operuit ELIAS vultum suum, cum in monte Oreb transiret DEUS ante eum. Hoc quoque pallium misit ipse super Elisum, quando accepit eum in discipulum. Pallium autem istud fuit vestis rotunda, a collo usque ad medias tibias totum corpus operiens, anteriori aperta, sed alibi undique clausa, superius angusta, inferiori amplitudine expansa. Hoc pallium ELIAS propheta Eliseo dimisit, dum ab eo in paradisum voluptatis ascendit. Docuit autem per hoc ELIAS, monachos hanc Religionem proficentes debere pallio supervestiri albo, quemadmodum eos albis indutos Dominus praestendit Sabachae, patri ELIÆ. Ante quippe filij sui ELIÆ nativitatem, vidit Sabachai in somnis viros candidos, qui ipsum salutabant. Quae visio illi praesignavit, quales ejus filius ELIAS imitatores suae vitae monasticae habiturus esset. Cernens namque Sabacha viros candidos, vidit in spiritu Religiosos per ELIAM instituendos: quos ideo candidatos vidit, quia ELIAS, velut monasticè vivendi exemplar, erant imitaturi in candore non tantum mentali sinceræ puritatis, sed etiam corporalis habitus albi eos desuper regentis.

Visio Sabachae patris S. Eliae, & quid illa portenderit? Vide S. Dorotheum in synopsi.

Hujus autem pallij gestatio significat, Monachos istius professionis debere & puritatem mentis servare, & sanctimoniam quoque carnis custodire: quemadmodum Apostolus praedixit, dicens: *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Domini: non enim vocavit nos DEUS in immunditiam, sed in sanctificationem.* Hinc ELIAS, qui primus usum hujus pallij albi in monachos introduxit, per hoc significavit, monachum pallio albo operatum, debere exemplo ejus, servare sanctimoniam, nedum in mente, sed etiam in carne: quatenus vestimenta illa, de quibus Beatus Job Domino loquens, ait: *Pelle, & carnibus vestisti me,* servet monachus per sanctimoniam semper munda, sicut scriptum est: *Omni tempore sint vestimenta tua candida.*

2. Cor. 7. 1. Thess. 4. 7eb. 10. Eccles. 9.

CAPVT XLVIII.

Alias cap. XL I.

De baculo, & spiritali ejus significatione.

Baculum denique gestasse primos hujus Religionis professores, Eliseus, qui unus fuit ex ipsis, docet. Mittens enim Giezi puerum suum ad solicitandum mulieris Sunamitis filium, dixit ei: *Tolle baculum meum in manu tua, & vade, & pone baculum meum super faciem pueri.* Quem utique non dedisset ei Propheta gestandum, nisi eum manu sua solutus esset portare. Hoc autem suo exemplo docuit Eliseus, monachum hujus professionis debere baculum in manu sua circumferre.

4. Reg. 4. Mysterium baculi Ecclesiarum

Hujus vero baculi gestatio spiritaliter monet, Monachum nunquam debere inermem incedere inter tot oblatantium concupiscentiarum & vitiorum

nem vestimentis mollibus indutum ita in desertis esse videndum, sicut in domibus Regum. Hoc autem vigilanter abnuit, dicens: *Quid existis in desertum videre, hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce, qui in veste pretiosa sunt, & in deliciis, in domibus Regum sunt.*

Hujus autem tam Melotæ, quam vestis asperæ gestatio significat, Monachum, cujus officium est lugere se, & mundum, debere DEO exhibere sedulum poenitentiae fructum: in asperitate enim vestis, punctio peccatorum: in colore autem ejus, quæ atramentario, vel nigro est infecta, pulvis ostenditur mortuorum. Et ideo utrumque horum debet Monachus adhibere ad poenitentiam, ut in punctione asperæ vestis recognoscat, quid per culpam fecit, de quo pungatur, & doleat: & in colore vestis atramentario, seu nigro, perpendat, quid per judicium meruit: quia mortem non modo temporalem, sed æternam quoque paveat. Quemadmodum Propheta ait: *Accingere cilicio, & conspergere: quasi luctum unigeniti fac tibi, planctum amarum.*

Alias cap. XXXI.

CAPVT XLVI.

De superhumerali, sive, ut alij vocant, Scapulari: & mystica ejus significatione.

Superhumeralibus etiam prisci vestrae Religionis Professores tempore legis veteris utebantur. Pater acceptar enim Judæis lex, in quatuor angulis suarum vestium fimbrias, & in fimbrijs funiculos facere. Quas fimbrias cum funiculis dicti professores, juxta legis præceptum, in quatuor inferioribus angulis superhumeralium gestabant. Erat autem superhumeralis, vestis sine manicis, usque ad renes descendens, in utroque latere aperta, brachijs etiam ea nudatis, cujus posterior pars in humeris copulabatur parti anteriori. Novæ autem legis tempore huic vesti in apertura colli junctum fuit capitulum, regens caput, & scapulas. Quam nostræ Religionis professores (fimbrijs, & funiculis ab ea resecatis) usque nunc summa cum diligentia diebus ac noctibus indefinenter gestabant.

Superhumeralis secundum legem.

Monastice vestis genus, sicut in veteribus colobium. Orig. lib. 19. c. 2.

Habr. 13.

Per hoc autem, quod hæc vestis capite, & scapulis ea onustis, & operis, jugiter à Monacho portatur, denotatur, Monachum debere semper jugam obedientia super se humiliter ferre, & superiori suo itrefragiliter subjacere, a postolo Paulo ita prædicante: *Obedite praeceptis vestris, & subjacete illis: ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddaturi: ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim expedit vobis.* Nam si eis non obediretis, Christum, qui eos posuit super capita vestra, sperneretis. In eo autem, quod hac veste, brachia, & latera corporis nudantur, ut expeditiora reddantur ad opus, significatur, quod monachus eam gestans, debet esse semper promptus ad exercendum DEI opus: quemadmodum Apostolus præcipit, dicens: *Itaque fratres mei dilectissimi, stabiles estote, & immobiles, abundantes in omni opere Domini semper, scientes, quod labor vester non est inanus in Domino.* Et propterea omnem negligentiam ab opere Domini sepellere debet Monachus: quoniam, sicut Propheta ait, *Maledictus est, qui opus Dei facit negligenter.*

tiorum canes, & inter tot invisibiles spiritualium nequiarum bestias, de quibus Propheta postulans per DEUM liberari ait: *Ne iradas, Domine, bestias animas confitentes tibi.* Debet enim monachus fide munitus resistendo eas longè propulsare, Apostolo Jacobo ita dicente: *Resistite Diabolo, & fugiet à vobis.* Adversum se etiam savientes concupiscentiarum, & vitiorum canes debet Monachus recundere, imitatione Dominicæ passionis, & ejusdem mortificationis exemplo, ita dicente Apostolo: *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.*

Vides ergo, quia sicut accinctio zonæ pellicæ specialiter denotat, Monachum debere omnem luxuriosum motum exinguere in membris, in quibus seminaria coitus continentur, & castitate in membris illis pollerita gestatio pallij albi generaliter monstra, Monachum debere omnem culpabilem immunditiam à carne, & à spiritu suo repellere, & in utroque per virtuosam puritatem fulgere. Et sicut gestatio scapularis significat, debere Monachum suo Superiori propter DEUM obedire, & opera DEI promptè exercere: ita baculi gestatio designat, monachum nullis Diaboli, aut mundi, vel carnis tentationibus debere parere, sed longe à se eas propulsare. Meloræ autem, seu vestis asperæ gestatio significat, Monachum debere per dignam penitentiam emendare omne, quod ex ignorantia, vel ex infirmitate, contigerit eum circa præmissa peccare. Hæc de nostræ Religionis habitu, & ejus significatione à nobis præscripta, breviter admonent hujus professionis Monachum, ut reverentiam sui habitus in opere, in locutione, & in cogitatione sua semper circumspectat, atque ea, quæ mundi sunt, perfectè deserat: & quod ostendit humanis oculis habitu, hoc ante DEI oculos moribus prætetendat, *amicus semper*

*lumine vitæ, sicut vestimento, sicut scriptum est: Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem ejus.* Quod nobis præstare dignetur Dominus noster JESUS CHRISTUS DEI Filius, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat benedictus, & gloriosus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

## FINIS

*Libri de institutione primorum monachorum in lege veteri exortorum, & in nova perseverantium,*

*Seu Regula JOAN. Ierosolymitani.*

**S**ub hac igitur JOANNIS exhortatione, sive Regula, Carmelitæ ad perfectionem, & finem vitæ solitaria, secundum formam ibi præscriptam, tendere conabantur. Deinde temporis successu Aymericus Antiochenus Patriarcha, & sedis Apostolicæ legatus, Eremitas ELIÆ successores, per Carmeli saltus, & speluncas dispersos in unum coëgit, eosque sub obedientia Bertoldi, quem primum Priorem Generalem tunc agnoverunt, constituit. Et ob id Aymericus dicitur nostrum Ordinem reformasse, ut docet Onuphrius Panvinius in Chronico Ecclesiastico, circa annum 1141. ubi ait: *Ordo Carmelitarum restitutus & reformatus ab Aymerico Malfayda Patriarcha Antiocheno, & Sedis Apostolicæ Legato. Idem docet Guilielmus Tyrus, lib. 1. Antiquitatu nostri Ordinis, cap. 9. diximus.* De tempore vero, quo Aymericus Ordinem Carmelitarum reformavit, saus non constat apud

authores. Nos tamen ut veritatem sententiam loco citato amplectari sumus eam, quæ tenet, id contigisse circa annum 1141. In quibus autem Ordinem reformaverit, attingimus supra in præfatione ad Regulam Joannis.

Sed Aymerici labore non omnino Ordo fuit restitutus. Nam cum commune sit Religionibus omnibus, temporum diuturnitate senescere, tot sæculis transactis non mirum, si ELIÆ, & Prophetarum institutum indies à priori illa vivendi norma deviarectum, quia cum jam Aymerici opera communiter vixissent, novis constitutionibus, novo vivendi modo accommodari indigebant, quæ in Regula Joannis non inveniebatur. Quare tempore Brocardi, qui Bertholdo Priori generali successit, ad Albertum Patriarcham Hierosolymitanum, Regulam breviorē, clariorē, & suo vivendi modo magis accommodatam poscentes, confugerunt: quam Albertus (ut infra dicemus) composuit, eisque tenore sequenti observandam tradidit.

## CAPVT III.

*De Regula primitiva ab Alberto Carmelitis tradita.*

**A**LBERTUS Hierosolymitanæ Ecclesiæ Patriarcha, Eremitarum montis Carmeli suspicatus incommoda, quæ ex Joannis Regula observatione illis contingere poterant, præcavens in futurum, suis Fratribus Carmelitis Regulam perfectione, discretionē, brevitate, & claritate conspicuam, partim ex Joannis Regula, partim ab experimento novi Ordinis statim desumptam confecit. Et quamvis hic proprius se offerat differendi locus de Authore hujus Regula, de tempore, de confirmatione, & de alijs qualitibus: majoris tamen claritatis gratia id præmittimus, infra idem latius ostensum. Illud solum hic addendum fuit, Albertum his institutionibus labentem jam Religionem ad pristinum statum revocasse. Nam, ut Onuphrius Panvinius, in Chronico Ecclesiastico, circa annum Christi 1205. scripsit, *Regula Fratrum Carmelitarum ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano scribitur, Ordo restituitur, & reformatur.* Et idem affirmat Burdegalensis, lib. 2. Chronograph. circa annum 1198. his verbis: *Sub Innocentio III. Ordo Carmelitarum ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano instauratur.* Quibus subscribunt Nauclerus *Naucl. Tomo 2. Chronico. generatione 41. dicens: Albertus tu, Hierosolymorum Patriarcha labentem in Syria Religionem restituere conatus est: Carmeli montis incolas fratres disciplinæ, & Regulæ coërcuit, quæ Regula tunc Roma probata est. Hæc Nauclerus: & loquitur de tempore Innocentij III. Et Chronicon Chronicorum in 6. atate fol. 207. Ordo Carmelitarum in Syria apud Carmelum mantem ab Alberto Hierosolymorum Patriarcha exciatur, atque idem Regulam suo jure confectam observandam præsidè obtulit, & confirmavit.* Ex quibus colligere etsi obiter licet, primum, Albertum non instituisse, sed potius instaurasse, excitalse, ac renovasse Carmelitarum Ordinem; secundum, sua auctoritate, quam tunc à jure habebat, tradidisse, & confirmasse. De qua nos quoque infra latius dicemus.

REGU-

Regula Ord. Carm. ab Alberto Pat. Hierof. tradita 445  
**REGULA PRIMITIVA FRATRUM**  
**BEATÆ MARIÆ V. DE MONTE**  
**CARMELI, AB ALBERTO Hierofoly-**  
**mitano Patriarchâ eis tradita.**

§. I.

**A**LBERTVS DEI gratiâ Hierofolymitanæ Ecclesiæ vocatus Patriarcha, dilectis in Christo filijs Brocardo, & ceteris Eremitis, qui sub eius obedientia iuxta fontem ELIÆ, in monte Carmeli morantur, salutem in Domino, & sancti Spiritus benedictionem, Multifariè, multisque modis S. Patres instituerunt, qualiter quisque in quocumque Ordine fuerit, vel quemcunque modum Religiosæ vitæ elegerit, in obsequio JESV Christi vivere debeat, & eidem fideliter de corde puro, & bona conscientia deservire. Verùm quia requiritis à nobis, ut juxta propositum vestrum tradamus vobis vitæ formulam, quam tenere in posterum debeatis;

I. Illud in primis statuimus, ut unum ex vobis habeatis Priorem, qui ex unanimi omnium assensu, vel majoris & sanioris partis, ad hoc officium eligatur, cui obedientiam promittat quilibet aliorum, & promissam studeat operis veritate servare.

II. Præterea juxta situm loci, quem inhabitare proposueritis, singuli vestrum singulas habeant cellulas separatas, sicut per dispositionem Prioris ipsius, & de assensu aliorum Fratrum, vel sanioris partis, eadem cellulae cuique fuerint assignatae.

III. Nec liceat alicui Fratrum, nisi de licentiâ Prioris, qui pro tempore fuerit, deputatum sibi locum mutare, vel cum alio permutare.

IV. Cellula Prioris sit juxta introitum loci, ut venientibus ad eundem locum primus occurrat, & de arbitrio & dispositione ipsius postmodum que agenda sunt cuncta procedant.

V. Maneant singuli in cellulis suis, vel juxta eas, die ac nocte in lege Domini meditates, & in orationibus vigilantes, nisi alijs iustus occasionibus occupentur.

VI. Hicquid litteras noverunt, & legere Psalmos, per singulas horas eos dicant, qui ex institutione sanctorum Patrum, & Ecclesiæ approbata consuetudine ad horas singulas sunt deputati. Qui vero litteras non noverunt, viginti quinque vicibus dicant Pater noster, in Nocturnis vigilijs, exceptis Dominicis & solemnibus diebus, in quorum vigilijs prædictum numerum statuimus duplicari, ut dicatur Pater noster vicibus quinquaginta. Septies autem eadem dicatur oratio in laudibus matutinis; in alijs quoque horis septies similiter eadem sigillatim dicatur oratio, præter officia vespertina, in quibus ipsam quindecies dicere debeat.

VII. Nullus Fratrum dicat sibi aliquid esse proprium sed sint vobis omnia communia. Et ex his que vobis Dominus dederit, distribuatur unicuique per manum Prioris, id est per hominem ab eo ad idem officium deputatum, prout unicuique opus fuerit, in spectu et artibus, & necessitatibus singulorum; ita tamen, ut sicut præmissum est, in deputatis cellulis singuli maneant, & ex his, que sibi distributa fuerint singulariter vivant.

VIII. Oratorium, prout commodius fieri poterit, construatur in medio cellularum; ubi mande per singulos dies ad audienda missarum sollemnitas convenire debeatis, ubi hoc commode fieri poterit.

IX. Dominicus quoque diebus, ubi opus fuerit, de custodia Ordinis tractetur, ubi etiam excessus & culpa fratrum, si qui de aliquo deprehensi fuerint, charitate media corrigantur.

X. Iejuniam singulis diebus, exceptis Dominicis obsetvetis, à festo exaltationis S. Crucis, usque ad diem Dominica Resurrectionis, nisi infirmitas vel debilitas corporis, aut alia iusta causa ieiunium solvi suadeat; quia necessitas non habet legem.

XI. Ab esu carnum semper abstineatis, nisi pro infirmitate, aut nimia debilitate remedio sint sumenda.

Quia verò militia est vita hominis, & omnes, qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patiuntur, adversarius quoque vester Diabolus, tanquam leo rugiens, circuit, querens quem devoret, omni sollicitudine studeat indui armaturâ DEI, ut possit stare adversus insidias inimici. Accingendi sunt lumbi vestri cingulo Castitatis. Mansuetudinem est pectus cogitationibus sanctis; scriptum est enim: Cogitatio sancta servabit te. Induenda est lorica iustitie, ut Dominum DEVM vestrum ex toto corde, & tota anima, & ex tota virtute diligatis, & proximum vestrum tanquam vosmetipsos. Sumendum est in omnibus scutum fidei, in quo positis etiam tela nequissimi ignea extinguere. Sine fide enim impossibile est placere DEO; & hac est victoria que vincit mundum, fides nostra. Galea quoque salutis imponenda est capiti, ut de solo Salvatore speretis salutem, qui salvum facit populum suum à peccatis eorum. Gladius autem spiritus, quod est verbum DEI, abundanter habet in ore & in cordibus vestris. Et quaecunque vobis agenda sunt, in verbo Domini fiant.

Facendum est vobis aliquid operis, ut semper vos Diabolus inveniat occupatos, ne ex otiositate vestra aliquem intrandi aditum ad animas vestras valeat invenire. Habetis in hoc beati Pauli magisterium pariter & exemplum, in cuius ore Christus loquebatur, qui positus est, & datus à DEO prædicator & doctor gentium in fide & veritate, quem si secuti fueritis,

Ihsm. à Jesu Oper. Tom. I.

Pp 3

Regulæ prologus

De Prioris obedientia ei præstanda.

De cellis Fratrum

De cella, & gubernio Prioris. De mansione in cellis. De Horis Canonis.

De non habendo quid proprium.

De Quarto, & cultu divino. De Capitulo & correctione Fratrum.

De Ieiunio. De abstinentia à Carnibus

De armis spiritualibus

De Otiositate

De Otiositate

De Otiositate

De Otiositate

us, non poteritis aberrare. In labore (inquit) & fatigatione sumus inter vos, nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaverimus: non quasi nos non habeamus potestatem; sed, ut nosmet ipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam cum essemus apud vos, hac denuntiabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, non manducet. *Audivimus enim inter vos quosdam ambulantes in quiete, nihil operantes. His autem, qui ejusmodi sunt, denuntiamus, & obsecramus in Domino IESU Christo, ut cum silentio operantes suum panem manducent. Hac via sancta & bona: ambulate in ea.*

Commendat autem Apostolus silentium, cum in eo precipit operandum: & quemadmodum Prophetas testatur, Cultus iustitia silentium est: & rursum: in silentio & spe erit fortitudo vestra. Ideoque statimus, ut ab hora vespertina usque ad horam tertiam sequenti diei silentium teneatis, nisi forte necessitas, vel causa rationalis, aut licentia Prioris silentium interrumpat. Alio vero tempore licet silentij non habeatur observatio tanta, diligentius tamen à multiloquio caveatur: quoniam sicut scriptum est, & non minus expertentia docet, in multiloquio peccatum non decrit. Et qui inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Item,

Exhortatio Prioris ad humilitatem.

qui multis utitur verbis, ledit animam suam. Et Dominus in Evangelio: De omni verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Faciat ergo unusquisque stateram verbis suis, & franos rectos ori suo, ne forte labatur, & cadat in lingua sua, & insanabilis sit casus ejus ad mortem. Custodiens cum Prophetis vias suas, ut non delinquant in lingua sua. Et silentium in quo cultus iustitia est, diligenter & caute studeat observare.

Exhortatio Fratrum ut Priorum honorent.

Tu autem Brocard, & quicumque post te institutus fuerit Prior, illud semper habeatis in mente, & servetis in opere, quod Dominus ait in Evangelio: Quicumque voluerit inter vos major esse frater, erit vester minister: & quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. Vos quoque ceteri fratres Priorem vestrum humiliter honorate, Christum potius cogitantes, quam ipsum, qui posuit illum super caput vestra. Et ecclesiarum praepositus ait: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit, ut non veniat in iudicium de contemptu, sed de obedientia mereamini vitam aeternam mercedem.

Regulae Epilogus commendatur dictione.

Hac breviter scripsimus vobis conversationis vestrae formulam statuentes, secundam quam vivere debeatis. Si quis autem supererogaverit, ipse Dominus cum redierit, reddet ei. Utatur tamen in omnibus discretione, qua virtutum est moderatrix.

Cut hac Regula prima dicitur, seu primitiva.

Hac Regula prima à nobis dicitur: quia etiam alias fuisse Regulas ante hanc non dubitamus, tamen hac eam primam sive primitivam dicitur, quia aliae, vel scriptae olim non erant, sed tantum illis, ut traditionibus Majores nostri utebantur; vel si scriptae, per modum tamen exhortationis, aut instructionis cujusdam ferebantur: ita enim Regula à Joanne Patriarcha Hierosolymitano conscripta, per modum cujusdam ideae, sive exemplaris apparer. Sed quia teste Divo Hieronymo, nulla est tam sancta, tam justa, & diu provisiva institutio, quae in futurum plures non patitur defectus, & aliquando correctione non indigeat: ideo non mirum alicui videri debet, si, quod prius maturè ab Alberto statutum fuit, postea ex leniorum consilio, ac experientia, id esse nocivum, testante, fuerit in aliquo immutatum. Nam & Ecclesia Sancta, cui divinum Spiritus sancti lumen adesse semper fate-mur, plerumque (ut habetur in Cap. non debet de consanguinitate & affinitate) nonnulla rationabiliter praecipit, quae iudicium subditorum utilitate, postmodum consultius & rationabilius in melius commutat.

Nulla est tam sancta institutio, quae non egeat aliquando mutatione aut correctione; quod scriptura Sac. & sanctae Ecclesiae confirmatur exemplis

Imò & ipsum DEUM id fecisse 4. Regum 18. Cap. narrat historia, & referur 63. distinctione Cap. Quia sancta Romana. §. verum: ubi exemplum Ezechiae Regis adducitur, qui dissipavit excelsa, &

contrivisti aras, & succidit lucos, confregitque serpentes aeneos, quem Moyses filius DEI construxerat. Ideo autem destruxit ille, quod jubente DEO fecerat ille, qui populus iam serpente aeneo, eum colendo, & venerando, abuti coeperat.

Sic multa à Praedecessoribus & Majoribus instituta, quae illorum tempore optima, & proficua dignoscebantur, postea vero injuria temporum, sive alijs circumstantijs denovo renascentibus, aut in superstitionem, aut in multorum perniciem vertuntur, suntque Communitati nociva, quae antea salubriter tenebantur.

Hac attendentes regulae Alberti observatores, cum in illa quadam statuta gravia, quadam dubia conspicerent, illam mitigari, ac declarari oportere, pro majori Ordinis bono decreverunt. Quare duos Partes Regulae, & Petrum anno Domini 1248, ad sedem Apostolicam, hujusmodi mitigationem, ac declarationem postulatos miserunt. INNOCENTIUS igitur Quartus, tunc magnus Ecclesiae Pastor, Patrum supplicationibus annuens, hanc mitigationem, ac declarationem Hugoni Cardinali Sanctae Sabinae, & Guillelmo Anteradensi Episcopo, vice ipsius, faciendam commisit, qui praedictam Regulam Alberti correctam, & mitigationem, & Fratibus Carmelitis hoc tenore conscripsit, seu vanda tradiderunt.

## REGULA ALBERTI PRIMITIVA FRATRUM BEATAE MARIAE VIRGINIS DE MONTE CARMELO,

prout ab Innocentio IV. fuit declarata.

§. II.

INNOCENTIUS Episcopus, servus servorum DEI, dilectis filiis, Priori & Fratibus eremitis B. MARIAE de monte Carmeli salutem & Apostolicam benedictionem. Quae honorem Conditoris omnium, & profectum continent animarum, roboris praesidio sunt fulcienda perpetui; sed illa praecipue, super quibus Apostolicæ sedis autoritas salubris providentiae studium noscitur habuisse. Cum itaque nos ad ve-

litia

stræ supplicationis instantiam, per dilectum filium Hugonem tituli sanctæ Sabinæ presbyterum Cardinalem, & venerabilem fratrem nostrum Guilielmum Anteradensem Episcopum, quædam vestræ Regulæ dubia declarari ac corrigi, ac etiam ipsius quædam gravia misericorditer fecerimus mitigari, prout in litteris inde confectis plenius continetur; Nos, vestris pijs desiderijs annuentes, declarationem, ac mitigationem & correctionem huiusmodi, autoritate Apostolicâ confirmamus, & præsentis scripti patrocinio præsentibus annotari, qui talis est:

Frater Hugo Divinâ miseratione tituli S. Sabinæ presbyter Cardinalis, & frater Guilielmus eadem miseratione Anteradensis Episcopus, charissimis in Christo Religiosis, Priori Generali, & definitoribus Capituli generalis Ordinis Fratrum B. MARIE de monte Carmeli, salutem in omnium salutari. Accedentes ad Apostolicam sedem fratres Clerici, Reginaldus & Petrus Ordinis vestri, ex parte vestra à Domino Papâ humiliter postularunt, ut quædam, quæ in privilegio vestro ac Regula olim vobis à Felicitis memoriæ Alberto Patriarcha Hierosolymitano tradita continentur, dubia declarare, corrigere, ac etiam quædam ipsius gravia mitigare misericorditer dignaretur. Cum igitur Dominus Papa eorum devotis supplicationibus annuendo, nobis commiserit, ut declarationem, correctionem, & mitigationem huiusmodi faceremus vice ipsius, secundum quod bono statui Ordinis, & Fratrum salutari expedire videremus: Religioni vestræ, qua fungimur auctoritate, mandamus, quatenus Regulam à nobis correctam, declaratam, ac mitigatam (prout expedire vidimus) devotè recipientes, eam firmiter observetis, & ad instar ejusdem alias vestras corrigatis: quam vobis per eisdem Fratres mittimus in hac forma.

#### TEXTVS REGVLÆ.

ALBERTVS DEL gratiâ Hierosolymitanæ Ecclesiæ vocatus Patriarcha, Dilectis in Christo filijs, Brocardo & ceteris Fratribus Eremitis, qui sub ejus obedientia juxta fontem ELIÆ in monte Carmeliorantur, in Domino salutem, & Sancti Spiritus benedictionem.

Multifari & multisque modis sancti Patres instituerunt, qualiter quisque in quocumque Ordine fuerit, vel quemcumque modum Religiosæ vitæ elegerit, in obsequio JESU Christi vivere debeat, & eisdem fideliter, de corde puro, & conscientia bona deservire. Verum quia requiritis à nobis, ut juxta propositum vestrum, tradamus vobis vitæ formulam, quam tenere in posterum debeatis.

#### DE PRIORE HABENDO, ET TRIBUS SIBI PROMITTENDIS.

Illud in primis statuimus, ut unum ex vobis habeatis Priorem, qui ex unanimi omniumque assensu, vel majoris & sanioris partis, ad hoc officium eligatur, cui obedientiam promittat quilibet aliorum, & promissam studeat operis veritate servare, cum castitate & abdicatione proprietatis.

#### DE RECEPTIONE LOCORUM.

Loca autem habere poteritis in Eremitis, vel ubi donata vobis fuerint, ad vestræ Religionis observantiam apta, & commoda, secundum quod prior, & Fratribus videbitur expedire.

#### DE CELLIS FRATRUM, ET DE COMMUNI MENSA.

Præterea juxta situm loci, quem inhabitare proposueritis, singuli vestrum singulas habeant cellulas separatas, sicut per dispositionem Prioris ipsius, & de assensu aliorum Fratrum eadem cellule cuicque fuerint assignatæ.

Ita tamen, quod in communi refectorio ea, quæ vobis erogata fuerint, communiter, aliquam lectionem Sacræ Scripturæ audiendo (ubi commode poterit observari) sumatis. Nec liceat alicui fratrum, nisi de licentia Prioris (qui pro tempore fuerit) deputatum sibi mutare locum, vel cum alio permutare. Cellula Prioris sit juxta introitum loci, ut venientibus ad eundem locum primus occurrat, & de arbitrio, & dispositione ipsius postmodum quæ agenda sunt cuncta procedant.

#### DE JUGI ORATIONE, ET CELLÆ INHABITATIONE.

Maneant singuli in cellulis suis, vel juxta eas, die ac nocte in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes: nisi alijs iustis occasionibus occupentur.

#### DE HORIS CANONICIS.

Hi, qui horas Canonicas cum clericis dicere norunt, eas dicant secundum constitutionem Sanctorum Patrum, & consuetudinem Ecclesiæ approbatam. Qui eas non noverint, vigintriquē vicibus *Pater noster* dicant in nocturnis vigilijs: exceptis Dominicis, & solemnis diebus, in quorum vigilijs prædictum numerum statuimus duplicari, ut dicatur *Pater noster* vicibus quinquaginta. Septies autem eadem dicatur oratio in laudibus matutinis, in alijs quoque horis septies similiter eadem dicatur oratio sigillatim, præter officia vespertina, in quibus ipsam quindecies dicere debeatis.

#### DE ABDICATIONE PROPRIETATIS.

Nullus Fratrum sibi aliquid proprium esse dicat, sed sint vobis omnia cōmunia, & distribuantur unicuique per manum Prioris, id est, per fratrem ab eodem ad idem officium deputatum, prout cuique opus fuerit, in spectis rationibus, & necessitatibus singulorum.

DE ORATORIO, ET CULTU DIVINO.  
Oratorium (prout commodius fieri poterit) construatur in medio cellularum: ubi manè per singulos dies, ad audiendam missarum solemnia convenire debeatis, ubi hoc commode fieri poterit.

#### DE CAPITULO ET CORRECTIONE FRATRUM.

Dominicis quoque diebus, vel alijs, ubi opus fuerit, de custodia Ordinis, & de animatum salute tractetis, ubi etiam excessus & culpæ Fratrum (si quæ in aliquo deprehense fuerint) charitate media corrigantur.

#### DE JEJUNIO.

Jejunium singulis diebus (exceptis Dominicis) observetis à festo exaltationis sanctæ Crucis, usque ad diem Dominicæ Resurrectionis, nisi infirmitas, vel debilitas corporis, aut alia iusta causa jejunium solvi suadeat: quia necessitas non habet legem.

#### DE ABSTINENTIA CARNIUM.

Ab etiam carnium abstineatis, nisi pro infirmitatis, vel debilitatis remedio sumatur. Et quia vos oportet

ter frequentius mendicare itinerantes, (ne sitis hospitibus onerosi) extra domos vestras fumere poteritis pulmenta cocta cum carnibus; sed & carnibus supra mare velci licebit.

## DE SPIRITUALIBUS ARMIS.

Job. 7.

2. Tim. 3.

1. Petr. 5.

Marcii 12.

Ephes. 6.

Hebr. 11.

Ephes. 6.

Quia verò tentatio est vita hominis super terram, & qui pie volumus vivere in Christo, persequutionem patiuntur. Adversarius quoque vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quarens quem devoret, omni sollicitudine studeatis indui armatura DEI, ut possitis stare adversus insidias inimici. Accingendi sunt lumbi vestri cingulo castitatis. Muniendum est pectus cogitationibus sanctis: scriptum est enim: Cognatio sancta servabit te. Induenda est lorica justitiæ, ut Dominum DEUM vestrum, ex toto corde, ex tota anima, & ex tota virtute diligatis, & proximum vestrum tanquam vos ipsos. Sumendum est in omnibus scutum fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea extinguere: sine fide enim impossibile est placere DEO, & hac est victoria, quæ vincit mundum, fides vestra. Galea quoque salutis capiti imponenda est, ut de solo Salvatore speretis salutem, qui saluum facit populum suum à peccatis eorum, Gladius autem spiritus, quod est verbum DEI, abundanter habitet in ore, & in cordibus vestris: & quæcunque vobis agenda sunt, in verbo Domini fiant.

## DE LABORE MANUUM.

2. Thessa.

don. 3.

Faciendum est vobis aliquid operis, ut semper Diabolus inveniat vos occupatos, ne ex otiositate vestra aliquem intrandi aditum ad animas vestras valeat invenire. Habetis in hoc beati Pauli Apostoli magisterium, pariter & exemplum (in cujus ore Christus loquebatur) qui positus est & datus à DEO prædicator, & doctor gentium, in fide & veritate, quem si sequuti fueritis, non poteritis aberrare. In labore (inquit) & fatigatione suum inter vos, nocte & die operantes, ne quem vestrum gravaremus: non quasi nos non haberemus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos: nam cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis: Quoniam si quis non vult operari, non manducet. Audivimus enim inter vos quosdam ambulantes in quiete, nihil operantes: in autem, qui hujusmodi sunt, denuntiamus & obsecramus in Domino IESU Christo, ut cum silentio operantes panem suum manducent. Hæc via sancta est & bona, ambulante in ea.

## DE SILENTIO.

1. Isai. 32.

Idem 30.

Proverb.

10. &amp; 13.

Ecclesi. 20.

Matth. 12.

Psal. 38.

Commendat autem Apostolus silentium, cum in eo præcipit operandum, & quemadmodum Propheta testatur: Cultus justitia silentium est: & rursus: in silentio & spe erit fortitudo vestra. Ideoque statui-mus, ut dicto Completorio silentium teneatis, usque ad Primam dictam sequentis diei. Alio vero tempore licet silentij non habeatur observatio tanta, diligentius tamen à multiloquio caveatur. Quoniam, sicut scriptum est, & non minus experientia docet, in multiloquio peccatum non deest, & qui inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Item, qui multus utitur verbis, lædit animam suam. Et Dominus ait in Evangelio: De quocunque verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicij. Faciat ergo unusquisque staretam verbis suis, & franos rectos ori suo, (ne forte labatur, & cadat in lingua sua, & insanabilis sit casus ejus ad mortem,) custodiens cum Propheta vias suas, ut non delinquat in lingua sua: & silentium, in quo cultus justitia est, diligenter & cautè studeat observare.

## EXHORTATIO AD PRIOREM.

Matth. 20.

Tu autem frater Brocarde, & quicumque post te institutus fuerit Prior, illud semper habeatis in mente, & observetis in opere, quod Dominus ait in Evangelio: Quicumque voluerit inter vos major fieri, erit minister vester, & quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus.

## EXHORTATIO AD FRATRES.

Luc. 10.

Vos quoque cæteri Fratres Priorem vestrum honorate humiliter, Christum potiùs cogitantes, quam illum, qui posuit ipsum super capita vestra: & Ecclesiæ Præpositus ait: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit: ut non veniatis in iudicium de contemptu, sed de obedientia mereamini vitæ æternæ mercedem.

## CONCLUSIO REGULÆ.

Hæc breviter scripsimus vobis, conversationis vestræ formulam statuentes, secundum quam vivere debeatis. Si quis autem supererogavit, ipse Dominus cum redierit, reddet ei: utatur tamen discretione, quæ viratum est moderatrix.

Actum Lugduni anno Domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo septimo, Domini Papæ Innocentij IV. anno quinto, Kalendis septembris.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli se noverit incursum. Dat. Lugduni Kalend. Decembris. Pontificatus nostri anno quinto.

quænam

ab Inno-

centio

Regulæ

Alberti

addita

aut mu-

tata?

scripta sunt, facile constare poterit, in quibus hæc Regulæ mitigata ac declarata sit. In primis Cap. primum prioris Regulæ Alberti in hac nova correctione magis aperitur ac declaratur. Continebatur enim olim in illo, ut Fratres obedientiam promitterent, ob quod dubitatum fuit, an simul tenerentur ex vi regulæ ad observandam castitatem, & paupertatem. Ad extinguendos ergo similes dubitationes, in hac posteriori correctione additum fuit: Cum castitate, & abdicatione proprietatis.

Præterea, quia inter Fratres exorta fuit dubitatio, an illis Alberti verbis: Nullus Fratrum aliquid sibi proprium esse dicat, sed sine vobis omnia communia, &c. in ediceretur proprium in particulari tantum, an verò etiam in communi. Hanc dubitationem ut declaret & solvat Innocentius quartus, in prædicto Regula capite addidit, non posse Fratres aliquid aliud in communi possidere, præter asinos, & mulos, sive aliquot animalium, sive volatilium ad nutrimentum: & sic eos teneri ad pau-

peratam, tam in particulari, quam in communi, servandâ. Et ideo adject, asinos autē sive mulos, &c.

Deinde citò multa incommoda in vita omnino eremitica, & singulari Fratres experientur: (secundum enim Regulam Alberti omnes in cellulis separatis singulariter viventes, communi refectorio, & mensa non utebantur) denuo Innocentius præcepit, ut communi cibo in communi refectorio vescerentur simul. Hæc sunt, quæ circa priorē Alberti Regulam Innocentius IV. declarat, & augendò statuit.

Tandem in tota Regula duo tantum ejus præcepta mitigata reperuntur. Primum est de esu carniū. Nam in Alberti Regula ita erat scriptum: Ab esu carniū abstinere semper, nisi ratione vitia debilitatis sumantur. In mitigatione verò dicitur: Ab esu carniū abstinere, nisi pro infirmitatis vel debilitatis remedio sumantur. Secundum præceptum, quod lenitum, ac temperatū ab Innocentio accepimus, circa silentiū veteratur. In Regula enim Alberti olim præcipiebatur, ut ab hora vespertina usque in horam tertiam sequentis diei silentiū servaretur: in hac verò, à Completo-

usque ad Primam dictam sequenti diei silentium statuitur. Hæc sunt, & non alia, in quibus illa prior Alberti institutio in hac Innocentij mitigatione temperata invenitur. Quæ cum levissima sit moderatio, & de levissimis etiam rebus: merito usque nunc Regula Innocentij primitiva à summis Pontificibus passim nuncupatur.

Hæc verò Alberti Regula successu temporis plures alias mitigationes, ac dispensationes passa est, de quibus statim dicemus. In Hispania vero à Fratribus Discalceatis anno 1568. cepit feliciter

observari, & nunc pluribus alijs novis constitutionibus firmata custoditur. Contigit autem hæc Regula mitigatio (ut ex ipsa constat) anno 1247. anno quinto Pontificatus Innocentij IV. Floruitque in Ordine hujus Regula observatio absque ulla alia mitigatione, usque ad tempora Eugenij quarti, quem circa annum Domini 1431. existente in Ordine Magistro Joanne Facio Priore Generali, Fratres advenies, aliam Regula novam mitigationem, ac moderationem humiliter ab eo postulaverunt: quam Eugenius in hac forma concessit:

# REGULA ALBERTI, PROUT MITIGATA FUIT AB EVGENIO IV.

ANNO DOMINI M. CCCC. XXXI.

§. III.

## BYLLA EVGENII IV. IN QVA MITIGANTVR CAPITVLA DE ABSINTENTIA CARNIUM, DE JEJUNIO, & DE MANSIONE IN CELLIS: atque conceditur Fratribus indulgentia plenaria in articulo mortis.

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, ad perpetuam rei memoriam.



**R**OMANI Pontificis providentia circumspicilla nonnunquam ea, qua ad propagationem Religionum quarumcunque, & in divinis obsequiis mancipatarum personarum prosperum statum conservantur, ac animarum salutem earundem salubriter instituta fuerant, ut fructum afferant exceptatum reformat, & moderatur: & ut Religionis ipsa, præsertim à Sede Apostolica approbatam suo vigore perdurent, prout temporis pensata dilectorum filiorum Ioannis Facii Magistri Generalis, ac provincialium, & claustralium Priorum, & universorum Fratrum Ordinis B. MARIE de monte Carmeli nuper expositum, quod in eorum capitulis Regula, Fratribus dicti Ordinis per bona memoria Albertum Patriarcham Hierosolymitanum tradita, inter cetera cavetur expressè: Quod Fratres prædicti Ordinis ab esu carniū abstineant, nisi pro infirmitatibus, vel debilitatibus remedio sumantur: eisdem etiam, quod singulis diebus (Dominicis dumtaxat exceptis) à festo exaltationis sanctæ Crucis usque ad festivitatem Resurrectionis Domini nostri IESU Christi jejunare teneantur: quodque singuli eorum manere debeant in cellis suis, die ac nocte in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes præcipitur. Et propterea nonnulli ipsius Ordinis professores propter arctitudinem, & rigorositatem Regula hujusmodi, tam ex fragilitate humana, quam ex debilitate corpora nequautes eandem Regulam observare dispendium sui salutis incurrant, quodque plures etiam asperitatem hujusmodi pertimescentes ab ingressu ejusdem Ordinis retrahantur.

Nos vero qui plantare Religionem sacram, & plantatam modis omnibus fovere, in sensu desideris affectamus, super hoc quantum nobis est possibile, providere salubriter cupientes, & rigorem hujusmodi quadam temperie mitigantes, ac Regulam ipsam moderantes, Apostolica auctoritate tenore presentium statuimus, ordinamus, & concedimus, quod dicti Ordinis professores, qui nunc sunt, & pro tempore erunt, tribus dumtaxat diebus singularum septimanarum, etiam quibus (ut præfertur) jejunare in eadem Regulam sunt adstricti, præterquam in Adventu, & in Quadragesima, & aliis generalibus prohibitis diebus, carniū vesci, ac horis congruis in eorum Ecclesiis, & illorum claustris, ac per eorum ambitus manere, & deambulare liceat & liberè valeant. Decernentes, eos, & eorum singulos circa præmissa ad arctiorem observantiam, quam supra præmittitur, occasione professionis in dicto Ordine emissa, vel in posterum emittenda minime teneri. Et nihilominus Fratres eisdem, qui Regulam ipsam ita ut præmittitur, moderatam observaverint, quod eis proficiat in remissionem peccatorum. In omnibus & singulis privilegiis, indulgentiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, protectionibus, & prærogativis eidem Ordini per antea concessis, uti & gaudere possint, eadem auctoritate concedimus per presentes: constitutionibus Apostolicis, & statutis, consuetudinibus etiam prædictis, & aliis Ordinis & Regula prædictis capitulis juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate vallatis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscunque.

Et ut ipsi Fratres in humilitatis, & paupertatis spiritibus, ac castimonia virtutum Domino favulantes ad hujusmodi mitigatam Regulam ferventius animentur: omnibus, & singulis Fratribus dicti Ordinis presentibus & futuris dumtaxat qui Regulam ipsam sicut præmittitur moderatam observaverint, scilicet in observantia ipsius vixerint, ut superiores ipsorum dicti Ordinis, vel alius quicunque idoneus ejusdem Ordinis sacerdos omnium peccatorum suorum, de quibus corde contritus, ore confessus fuerit, semel tantum in mortis articulo plenam remissionem in statu & sinceritate Sancta Romana Ecclesia ac obedientia in de votione nostra, vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice inerrantium nec non observantia prædicta persistente, auctoritate Apostolica concedere valeant, devotioni ipsorum tenore presentium, indulgemus.

Sic tamen, quod si idem superiores, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eisdem Fratribus si supervixerint, vel per alios si forte transierint, faciendam iniungant, quam ipsi Fratres facere teneantur, ut præfertur. Et ne (quod absit) propter hujusmodi gratiam Fratres prædicti reddantur procliviores ad illicita in posterum committenda, volumus quod si ex confidentia remissionis hujusmodi, prædicti Fratres aliquando forte committerent, quod illa prædicta remissio nullatenus suffragetur.

Et insuper quod per unum annum, ex quo nostra præsentis concessio ad eorundem Fratrum pro tempore existentium notitiam pervenerit, computando, singulis sextis feriis, impedimento legitimo cessante jejunent. Quod si prædictis sextis feriis ex precepto Ecclesia, regulari observantia, in iuncta poenitentia, voto vel aliis jejunare teneantur, una alia die singularum septimanarum ejusdem anni, qua ad jejunandum non sunt adstricti, jejunent. Et si indicto anno, vel aliquo ejus parte essent legitime impediti, anno sequenti, vel alias quam primam potuerint modo simili suppleri jejunium teneantur. Porro si alias forsitan prædictam jejunium in toto vel in parte adimplere commode non potuerint, eo casu superiores ipsorum jejunium ipsum in alia pietatis opera, prout saluti animarum ipsorum viderint expedire, commutare valeant, qua ipsi pari modo debeant adimplere. Alioquin nostra præsentis concessio, quo ad non observantes dumtaxat nullius esset roboris vel momenti. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, concessionis, & voluntatis infringere, seu ei ausu temerario contraire. Si quis attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Domini millesimo, quadringentesimo, trigesimo primo, Quinto decimo Kalendas Martii, Pontificatus nostri anno primo.

Nec sinit hic Regule mitigatio: postea enim Magister Soreth totius Ordinis Prior Generalis aliam Regulam mitigationem in jejunij feriis tertis, & quintæ post exaltationem sanctæ Crucis à Pio II. anno Domini 1459. petijt, & obtinuit.

Pius 2.

Sixtus IV.

Ac tandem anno 1476. Sixtus Quartus circa Regulam ab Eugenio prædictis modis mitigatam concessit Priori generali, pro tempore existenti, facultatem, ut quo ad jejunia, & carniū abstinentiam (temporum, locorum, ac personarum

FINIS PARTIS PRIMÆ.

SECUN.



# SECUNDA PARS DE TITULO, ET ALIIS PRÆ- FATIONIBUS REGULÆ,

NOBIS AB ALBERTO PATRIARCHA HIEROSOLY-  
MITANO TRADITÆ.

*Argumentum secunde partis.*

**P**RÆMISSIS Regulis, alijsque majorum nostrorum institutionibus, antequam Alberti Regulam commentariis exponamus; opera pretium existimamus, quadam alia in hac secunda parte præfatione, quæ sunt veluti præfationes eorum, quæ in hoc opere tractanda sunt, Decretis igitur à titulo sive inscriptione Regula initium sumere.

Titulus autem hic initio Regulæ præfixus habetur:

*Regula Fratrum beatæ MARIÆ Virginis de monte Carmeli.*

**S**Vnt autem hæc verba non Regulæ pars, sed potius superscriptio, si-  
ve rubrica eorum, quæ in Regula continentur. Quare sicut pruden-  
ter jurisperiti, qui aliquem juris titulum explanare aggrediun-  
tur, prius rubricam, sive inscriptionem, veluti primam januam ad ce-  
terorum cognitionem aperire consueverunt; ita nos non abs re à  
regulæ titulo, & inscriptione ordiemur: ut ceteris rebus, quæ in Re-  
gula continentur, majorem lucem, ac claritatem afferamus. Igitur circa hunc titu-  
lum tota hæc introductio conversabitur primò de etymologia hujus nominis *Regu-  
la*, de Authore, & tempore, deinde de titulo beatæ MARIÆ Virginis, quo in signi-  
tur, de ejus (supra alias Regulas) perfectione, de scopo sive fine (quem logici obje-  
ctum appellant,) ac tandem de ejus obligatione differemus. Hæc enim sunt, quæ  
circa nostram Regulam, antequam ejus litteram exponamus, præcognosci de-  
bent.

## D V B I V M I.

De etymologia hujus nominis *Regu-  
la*, & de definitione nostræ  
Regulæ.

**N**Omen hoc quàm latissimè patet, & varijs ac-  
ceptionibus apud variarum artium professores  
gaudere solet. Quare æquivocum, & multi-  
plex illud appellat Archidiaconus *distinct. 3. Cap.  
Regula*. Omnia vero à alijs significationibus, de  
quibus latè tractant juris interpretes in *l. 1. de reg.  
jur. & dict. Cap. Regula*, eas tantùm hoc loco ad-  
ducam, quæ in aliquo sensu adaptari possunt Re-  
gulæ Religionum.

*Archidiaconus*  
Primò igitur, ut Isidorus *lib. 6. etymologiarum*  
*cap. 16.* & refertur *dist. 3. Cap. canon. & c. Regula*, af-  
firmat, id quod Latine *regula* dicitur, Græcè *canon*  
nuncupatur. Est autem regula ab eo dicta, quòd  
rectè ducit, neque aliquem aliofium trahit. Alij  
vero, quorum Isidorus *ibidem* meminit, regulam  
dictam existimant, vel ab eo, quòd regat; vel eo,

quod formam bonè vivendi præbeat: vel quòd  
distortam, pravamque corrigat. Hæc Isidorus.  
Simitur præterea regula pro brevi, & compen-  
diola præceptione retum, ut colligitur ex *Cap.  
quæro 11. q. 1.* & sentit Archidiaconus, ut supra: quæ  
acceptione omnes artes proprijs funguntur regu-  
lis: habent enim Grammatici, Medici, Jurisperiti,  
ac alij in suis facultatibus proprias regulas, quibus,  
veluti quibuldam suæ artis dogmatibus, instruun-  
tur, ac informantur.

Juxta has Regulæ acceptiones non incommo-  
dè Religiosorum Regula usurpari potest. Et ut à  
prima, quæ *Regula* pro *Canone* sumitur, incipiam,  
non est dubium, ob hanc Regulæ cum Canone  
affinitatem, sive, ut proprius loquar, identitatem,  
olim Canonicos Regulares fuisse appellatos à *Ca-  
none* sive *Regula*: quia communem quandam vitæ  
Regulam, institutumque observabant. Ideoque  
Canonici Regulares sunt nuncupati: in quo etiam  
sensu canonicè vivere dicuntur à Gregorio *Cap. quæ-  
niam 12. q. 1.* qui communem, & Re-  
gularem vitam profitentur, Cui etiam nominis  
appellationi adhæsit Justinianus *novella 59.* ubi  
quasdam mulieres, quia communem vitam, &  
Regu-

accep-  
tiona  
expo-  
nunt.  
Cap.  
quæro 11.  
q. 1.  
Cap. quæ-  
niam 12.  
q. 1.  
Justinia-  
nus.

**Ludo. Vi-  
vis. Na-  
varrum.**  
Regulam tenebant, Canonicis appellavit. Et  
quamvis Ludovicus Vives (teste Navar. *Cap. cui  
portio num. 2.*) in hac Canonicorum Regularium  
nomenclatura bactologiam, (hoc est, inutilem  
eiusdem nominis repetitionem) committi asserat:  
& ob Græci sermonis imperitiam, hanc fuisse in  
vulgo introductam etymologiam contendat, ig-  
norante, utriusque nominis non abhorret Duarenus  
*de beneficijs lib. 1. Cap. 18.* quare ibi Canonicos potius  
fuisse dictos à Canone, hoc est, à pensione, sive an-  
nona, quæ ipsis pro stipendio, & mercede distri-  
buebatur, existimat. Canonicam enim, ac certam,  
ut ipse asserit, ordinariamque pensionem in tantum  
in Ecclesia accipiebant, cum ceteris clericis non  
certa portio ex incertis, & contingentibus obla-  
tionibus, quæ fiebant in Ecclesia, contingeret:  
quare illi Regulares Canonicis sunt dicti, hi verò  
minimè: tamen à communis sententia, & recepta  
Canonicorum regulatum etymologia non esse  
recedendum existimo, præsertim cum œcumenica  
concilia, & summi Pontifices sic passim eos appel-  
lent, Ea verò, quæ opponunt prædicti Auctores,  
non satis cautè fuisse objecta, & graviter demon-  
strant Covarruvias, Joannes de Miravalle, Joan-  
nes Trullo, & alij apud Navarrum, ubi suprà; qui  
facile eorum argumenta diluunt.

**Canoni-  
d Regu-  
las es un-  
de dicti.**  
Primò, quia censendum non est, tot ac tantos  
vitos, tam ejusdem, quàm aliorum Ordinum,  
Græcè ac Latine peritissimos ignorasse, *Canon  
Græcè* idem esse, quod Latine *Regula*. Quod qui-  
dem, ut Navar. ait, auditor canonum ann. culos  
novit. Secundò observant, quia quando vocabula  
sunt diversarum linguarum, apud fieri solet ejus-  
dem verbi congeminatione, ut in illo *Marci 4.* Abba  
Pater, & ad *Rom. 8.* Clamamus *Abba Pater*: imò in  
eàdem lingua ejusdem verbi repetitio non semper  
Bactologiam redolet, cum fiat non raro, ut exci-  
tetur affectus: ut illud Psalmi, *Deus Deus meus*: &  
quod Christus in cruce clamavit: *Holois, Holois La-  
masababani*. Quare in præposito duplicata forte  
fuit nomenclatura, ut *Regularis Canonicus*, dum au-  
dit, bis se regulatam appellari, magis suæ Regulæ,  
& professionis obligationem expendat. Ac tan-  
dem ultimo, dicti sunt *Canonicis Regulares* ad distin-  
ctionem aliorum Canonicorum, qui eisi simul, &  
Regulariter suo modo ex Ecclesiæ patrimonio  
vivant; *Regularis* tamen propriè non sunt: quia  
professionem monasticam non emittunt. Prædi-  
cti verò, & *Canonicis Regulares* propriè appellantur,  
quia stricti sunt professionis vinculo, ut optime  
notat Navarrus, ut supra.

**Cavarr-  
vur. Joan.  
Mira.  
Jo. Trull.  
Navarrus**  
Ceteras Regulæ acceptiones, quæ huic voci *Regula*  
conveniunt, optime quoque Religionis regulis  
quadrant. Nam sive *Regula* dicatur à rectitudine,  
qualis est illa, qua utuntur scriptores, lignarij, vel  
cæmentarij, sive dicatur à regendo, quo sensu dixi-  
mus usurpari pro brevi in qualibet arte traditione  
documentorum: utroque sensu, ut egregiè notavit  
Umbertus in *Exordio suarum narrationum in Regu-  
lam Divi Augustini Cap. 7.* monachorum institutum  
congruè *Regula* dicitur: Primò, quia sicut per  
regulam distorta diriguntur, ita etiam per hanc nor-  
mam vivendi distorti mores diriguntur. Item, sicut  
per illam gibbi removenæ, ut patet in cæmentario:  
sic per istam gibbi superbi, & superfluitates  
complanantur. Item, per regulam res quadrantur,  
ut lapides redduntur quæ erant opere quadro. Sic  
per Religionis regulam fiunt homines quadra-  
ti virtutibus Cardinalibus, ut sint aptiores ad officio  
cælesti. Item, habitantur res diversæ, ut fiant aptæ  
conjunctioni in unam, ut patet in cæmentarijs.

**Marc. 4.  
Ad Rom. 8.  
Psalm. 62**  
Ceteras Regulæ acceptiones, quæ huic voci *Regula*  
conveniunt, optime quoque Religionis regulis  
quadrant. Nam sive *Regula* dicatur à rectitudine,  
qualis est illa, qua utuntur scriptores, lignarij, vel  
cæmentarij, sive dicatur à regendo, quo sensu dixi-  
mus usurpari pro brevi in qualibet arte traditione  
documentorum: utroque sensu, ut egregiè notavit  
Umbertus in *Exordio suarum narrationum in Regu-  
lam Divi Augustini Cap. 7.* monachorum institutum  
congruè *Regula* dicitur: Primò, quia sicut per  
regulam distorta diriguntur, ita etiam per hanc nor-  
mam vivendi distorti mores diriguntur. Item, sicut  
per illam gibbi removenæ, ut patet in cæmentario:  
sic per istam gibbi superbi, & superfluitates  
complanantur. Item, per regulam res quadrantur,  
ut lapides redduntur quæ erant opere quadro. Sic  
per Religionis regulam fiunt homines quadra-  
ti virtutibus Cardinalibus, ut sint aptiores ad officio  
cælesti. Item, habitantur res diversæ, ut fiant aptæ  
conjunctioni in unam, ut patet in cæmentarijs.

**Cap. 91.  
E-niam l*u-  
is q*u*o-  
di f*u-  
& nu.******

Sic per regulam monasticam fiunt diversi unam  
in Domino. Item, sicut scriptor, qui de *Regula*  
non curat, frequenter distortè scribit: sic discipuli  
propriam regulam negligentes distortè vivunt.  
Qui autem secundum eam, rectissimè vivunt. Et  
quemadmodum ex applicatione regulæ quando  
que res, quæ videbatur recta, apparet distorta, vel  
gibbosa, quæ apparebat plana: sic procul dubio si  
diligenter vita multorum sub regula degentium  
ipsi regulæ comparetur, apparebit distorta plus,  
quàm antea credebatur. Secundo etiam modo  
potest dici *Regula*, quia sicut regula in artibus doc-  
cet artem sciendi: sic ista artem vivendi. Et sicut  
per regulam regit se quis in sententia: ita per hanc  
in vita. Hæc Umbertus, *Ubi supra*. Quibus aptè  
declarat etymologiam & officium Regulæ Mo-  
nasticæ ex comparatione ad alias regulas.

Propriè tamen, & in rigore, *Regula*, de qua in  
præsenti præfati intendimus, definitur sic rectè  
posset: *Regula monastica est quadam Evangelica vi-  
vendi norma ab Ecclesia approbata, qua trahit viam  
tendendi ad perfectionem secundum tria substantialia  
vota, & alias observantias proprias Religionis.* Hæc est  
propria definitio Regulæ: alix verò superius assigna-  
tæ potius sunt descriptiones quædam secun-  
dam hujus nominis, *Regula*, etymologiam, & va-  
riam ejus acceptionem. In specie verò, adæquata  
nostræ Regulæ definitio fortè sic tradi posset: *Re-  
ligionis Carmelitarum Regula est quadam norma vi-  
vendi ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano tradita,  
ab ipsis, & à sede Apostolica approbata, dirigen-  
s ad charitatis perfectionem acquirendam, potissimum  
oratione ac meditatione continua, quæ est veluti  
immediatus ejus finis: deinde cellule clausura,  
manuum labore, ac strictissima abstinentia, & silen-  
tio, tanquam medijs ad prædictum finem destina-  
ta.*

D V B I V M II.

Circa illa verba, *Fratum B. MARIE  
de monte CARMELO*: ubi differitur,  
quare Religio Carmelitarum  
titulo B. MARIE Vir-  
ginis insigniatur.

**R**ELIGIOSI omnes Patronum aliquem, sui  
status, & Regulæ proprium Authorem cog-  
noscent. Alij enim *Antonium*, alij *Basilium*, alij *Be-  
nedictum*, alij *Franciscum*, aut *Dominicum*, ut insti-  
tutorem, & Patrem venerantur; Carmelitæ verò  
eius *Eliam* magnum DEI prophetam suæ Regulæ  
authorem, propriique instituti Fundatorem ha-  
beant (ut latius infra prosequemur) præter hunc  
tamen Patronum, illud habet Religio hæc, ut spe-  
ciale privilegium, ut sit sub patrocinio, & tutela  
beatissimæ Virginis *MARIE*. Nam ut in magna  
domo, præter Patrem familias, matrem etiam ali-  
quam esse necesse est, non solum ad ginnendos li-  
beros, sed ad eos deinde lactandos, & alendos: ad hæc  
quæ si mulier sit fortis, qualem depinxit Sapiens, verba  
sæpe familiæ vitam excellit, & domesticæ ejus ope,  
& auxilio majorem utilitatem, ac solatium sentire  
solent: sic in hac nostra Religionis domo, eisi  
primi Parentes *Elias* & *Elysem* fuerint, oportebat  
tamen propriam esse matrem, quæ ad spiritualem  
hanc Religiosorum familiam producendam, &  
eamdem nutriendam, & propagandam, suis  
virtutibus, officijs, ac meritis con-  
curreret.

JESU  
Spiri.  
II  
VIII

curreret. Hæc autem est gloriosissima, virgo DEIPARA, omnium mulierum, ac virorum fortissima, quæ in domesticis suis vitam hanc producere & conservare, omnemque eis leuitiam & opem impartiri solet. Et quamvis hæc mundi Regina in omnes Ecclesiæ status, ac in Religiones specialius lumen & auxilium suum diffundat; verum circa Carmeli incolas, eorumque successores potissimum suum studium, ac patrocinium, eos ubique defendendo, propriè que suo nomine, & titulo honorando, demonstravit.

Religio igitur nostra sub tantæ Virginis patrocinio, tanquam sub amantissima umbra, ac sub præsidio tutissimo, DEO militat. Quomodo autem beatissima virgo Religionem istam præcipuo amore, & singulari cura fuerit prosequuta, & ob quam rationem specialis Patrona, & tutrix illius constituta fuerit, & quo titulo Fratres Carmelitæ Virginis MARIÆ præ aliis nomen assumperint, jam pergitur explicare, si prius id omnibus notum sit, nullum esse in Ecclesiâ Regulam, quæ titulo tam honorifico insigniatur. Quia quamvis sint ordines alii, qui simili inscriptione gaudeant, eorum tamen Regula non Virginis MARIÆ, sed sub aliorum Patrum nomine traditur. Est enim peculiariter is titulus nostræ Religionis, & Regulæ à temporibus antiquis attributus, eumque Summi Pontifices jam diu confirmaverunt: simulque hunc Ordinem à virgine editum tradiderunt. Sic SIXTUS IV. in quodam diplomate nobis concessio id sequentibus verbis testatur: *Dum attenta (inquit) meditatione pensamus, quod virgo venerationissima, quæ florem speciosissimum Dominum nostrum IESUM Christum ineffabili sancti Spiritus cooperante virtute genuit, produxitque sacrum Ordinem B. MARIÆ de monte Carmelo à sede Apostolicâ, pluribusque Romanis Pontificibus approbatum, quem Iesus gloriosissima DEI genitricis semperque Virginis MARIÆ speciali titulo voluit insigniri &c.* Eodem ferme modo loquuntur Pontifices SIXTUS IV. successores, & novissimè GREGORIUS XIII. in Bulla, quæ incipit, *Ut laudes gloriosissima*

Sixtus IV.

Joannes Patriarcha Hierosolymis.

Rationes producuntur circa Carmelitæ Fratres B. M. V. dicuntur Nubecula à S. Elia in monte Carmelo visa quid portenderit?

eisdem ferè, ac SIXTUS IV. utitur verbis. Imò omnibus Fidelibus Ordinem nostrum sub tit. B. MARIÆ Virginis nominantibus INNOCENTIUS IV. decem dies indulgentiarum contulit: URBANUS vero VI. tres annos, & totidem quadragenas indulg.

Su igitur prima ratio, quare Carmelitæ meritò nuncupari debeant Fratres B. MARIÆ Virginis de monte Carmeli. Desumitur autem hæc ratio ex Joanne Patriarcha Hierosolymitano, ex libro de instit. monachorum in veteri lege exortorum, & in nova perseverantium, qui habetur 9. Tom. Bibliotheca SS. ubi is Cap. 36. & sequentibus aliquas colligit rationes, ob quas hic O. do hoc B. MARIÆ Virginis titulo fuerit honoratus.

Prima, propter primatiam Ordinis Carmelitarum in laudem Virginis MARIÆ institutionem. Nam ELIAS hujus instituti monarcha in Carmeli monte orationi incumbens, dum septima vice de maci nubecula conscenderet (ut 3. Reg. 18. nar. historia) septima ætate Virginem nascituram, & filium DEI parituram præcognovit, ex tunc, in virginitate perpetua ad honorem ejusdem virginis in Carmelo Religionem fundavit. Curaveruntque (ut verbis prædicti Joannis utar) ex tunc successores ELIÆ cum devotione assidue huic virgini deferre, dudum eorum antecessoribus revelata, ac desiderata, & postea eis exhibitæ, & studuerunt specialiter hanc virginem ideo sibi ipsis in Patronam eligere, quia noverant ipsam solam singula-

riter eis conformem in primitiis virginitatis spontaneæ. Quemadmodum enim virginitas spontanea fuit primò per pifcos professores hujus Religionis inchoata, & in viris introducta: ita eadem virginitas fuit postmodum per DEI genitricem primò in feminis introducta, & incepta. Propter dictam ergo conformitatem seipfos Fratres B. MARIÆ Virginis appellarunt. Hæc Joannes Patriarcha, ubi supra.

Secunda ratio, eaque potissima, quare nostri fratres dicti sint Virginis MARIÆ, desumitur ex Carmelitarum varijs, & gravissimis Authoribus. Nempe, quia Carmelitæ fuerunt primi, qui in Ecclesiâ DEI templum, sive sacellum in honorem B. MARIÆ Virginis erexerunt. Ita in primis testatur Joannes Patriarcha, ut sup. c. 36. qui in loco illius præclaræ visionis, ubi ELIAS nubeculam ascendentem vidit, in qua sibi ortus virginis fuit præostentus, asserit, monachos Carmelitas an. incarnat. Filij Dei 83. ædificasse virgini capellam quandam in monte Carmeli juxta fontem ELIÆ: ubi professores præfati seipfos huic virgini commendantes, singulis diebus in septem horis Canonicis ad effundendum dictæ Virginis, & ejus filio sedulas preces ac laudes, etiam tunc semper conveniebant; & propter hanc causam ceteri, etiam eorum, qui à religione externi erant, eos deinceps Fratres B. MARIÆ Virginis de monte Carmeli appellaverunt. Hæc Joannes Hierosolymitanus. Cui authorum turba subscribit. Et in primis (ut alios ex nostris præteream) Waldensis de Sacramentalib. tit. 9. contra Waldenses, & in doctrinali fidei art. 3. docet ex testimonio Joannis præfati, & ex Armachano Ecclesiæ Hiberniæ Præsule, Carmelitas ob hanc rationem, quia sacellum virginis primi dicantur, Fratres virginis MARIÆ fuisse appellatos. At igitur Armachanus apud Waldensem in sermone de conceptione B. Virginis MARIÆ, quem prædicavit anno Domini 1342. in conventu Carmelitarum Avinionne: *Quoniam ut dicitur fide digna historia, à tempore Elia & Elisei, qui sæpius morabantur in monte Carmelo, juxta Nazareth civitatem Domina nostra ad tria milliaria, solebant homines devoti secretis habitare usque ad tempora Salvatoris. Et tunc illi Eremita, prædicantibus Apostolis, inter ceteros sunt conversi: & in uno latere montis ipsius primi Ecclesiam in honorem B. Virginis construxerunt: & ob hoc nimirum inter Religiosos Domina nostra primitus sunt adscripti, ut vocarentur FRATRES B. MARIÆ DE MONTE CARMELO.* Hæc Armachanus. Hujus Armachani testimonij post Waldensem ut supra, meminit Navar. c. 21. n. 27. de Horis Canonicis: ubi in hujus veritatis comprobationem quædam carmina affert ex Mantuano, qui Parthenices Mariæ l. 3. fol. 88. sic MARIÆ Virginis circa Carmeli montis incolas amorem, vicissimque eorum obsequium post ejus mortem in erigendo ei oratorio, sive sacello, aptè (ut solet) describit his verbis:

Huc igitur si quando quies, vacuumque negotij  
Tempus erat, veniens curas levibus, & ipsa  
Majestate loci largè oblectata, redibat.  
Propterea montana viri spelaæ colentes  
Auditæ illius fato, sublimis sacellum  
Apricis posuere jugi primi, atque quotannis  
Sacra instaurantes, hymnos, & thura ferebant.  
Namque ipsi sese, mox ut vulgata salutis  
Fama fuit, Christi magni junxere ministri,  
Factores operis sancti, sociosque laborum.  
Propterea istorum longos servata per annos  
Posteritas jungit MARIÆ cum nomine, Montis  
Nomina Carmeli, &c.

Idem

Idem car  
pra. Com  
comproba  
num verit  
culo perfec  
his verbis  
solum (ing  
massimi vir  
Proprietar  
monte Car  
riam, &  
Sparsent  
Carmeli in Carm  
montis Salvator  
incola. modo Jo  
Deiparæ rion virg  
culat, & ipse ait, y  
obsequis rum, li  
singula lum ac p  
cher de- Acc  
Spander quonda  
bus Car rum led  
Virginis ab exor  
maximo veron  
Carmel mitric  
fus ad qus de  
Carmel bodier  
& Vi denon  
amor Et in  
rem quic  
vora prim  
sar me  
id à A E  
Hier. Pla  
m.  
Deipar  
monte  
Carme  
lum nonna  
quam adire lo  
lebat.  
Paul.  
Mor.

Idem cum Mantuano sentit Navarrus, ut supra. Commentator Vaddius in hujus veritatis comprobationem, adducit Josephum Antiochenum vetustissimum historiographum, qui in speculo perfectæ militiæ primitive Ecclesiæ cap. 12. his verbis adimplatur prædictis: *Perfectionum militum (inquit) Christi coadjutores surrexerunt strenuissimi viri solitari contemplationi dediti, sanctorum Prophetarum ELIÆ, & Elisei imitatores, qui de monte Carmeli descendentes, per Galilaam, Samariam, & Palaestinam fidem Christi constantissime sparserunt: quique in virginis MARIÆ honorem in Carmeli montis delivro Oratorium fabricantes, in Saluatoris matris specialissime servierunt.* Ecce quomodo Josephus, Carmelitas non solum oratorium virginis struxisse, sed ipsos specialissime, ut ipse ait, virgini intervisse, testatur. Igitur, quid mirum, si primi Carmelitarum Virginis MARIÆ titulum ac patrocinium fuerint consequuti?

Carmeli montis incolæ Deiparæ cultai, & obsequiis singularet de-

verè & piè farentur. Opus tamen non est proprios testes in medium profere, ubi tot extranei abundè suppetunt.

Luculenter igitur ex præcedentibus constat, præclarum Virginis MARIÆ cognomen, ac titulum, Ordinem Carmelitarum merito sibi præ ceteris Ordinibus vendicasse: quia hujus instituti professores primi fuerunt, qui virgini MARIÆ in primo Ecclesiæ sæculo oratorium construxerunt: primi etiam, qui ejus obsequio, & amori inter ceteros Religiosos addicti fuere: primi tandem, qui tantæ Virginis conversationem, & familiare colloquium meruere. Nam (ut piè Mantuanus sentit) MARIA non rarò Carmeli incolæ invisere solebat, eorumque colloquio, & familiaritate oblectari. Quod ex eo opinor maximè credibile, quia cum Nazareth (ut auctores supra adducti affirmant) tribus miliaribus tantum distaret ab Eliæ fonte, sive Carmeli vertice, quid mirum, si sanctissima virgo Eremitarum Carmeli, cujus sanctitas & religio totam Palaestinam, & Alexandriam illustraverat, non sæpe adiret, eorumque colloquio & necessitudine frueretur? Maximè cum post passionem Christi eos ad fidem, & Evangelii prædicationem convertos videret.

Mantuanus. Carmeli incolæ Deiparæ colloquio ac familiaritate dignati fuerit.

Accedit etiam Joannes Tii hemius Abbas Spanhemensis, scholæque Heidebergensis quondam clarissimum lumen, qui in *lib. de laudibus Carmelitarum cap. 7.* ita scribit: *Sicut ex veterum lectione didicimus, titulum B. MARIÆ semper Virginis Carmelitu convenire maxime solum. Nam ij ab exordio sua institutionis DEI genitricem semper maximo honore, & reverentia sunt prosequuti. Enimvero non diu post Domini passionem, fratres montis Carmeli capellam in ejusdem montis latere in DEI genitricis honorem construxerunt. eamque in Ordinis sui advocatam ac patronam elegerunt, & FRATRES ejus dei neceps appellati sunt. Sicut ergo à CARMELO Carmelita: ita à capella, quam edificaverunt, usque in hodiernum diem FRATRES Beatissime DEI genitricis, & Virginis appellantur. Et digna quidem Carmelitis denominatio, ut, qui DEI Matrem specialis semper amore venerantur, etiam illius sint titulo clariores. Et infra, miruum erga Carmelitas Virginis amorem hujus verbis demonstrat: *Nec dubium mihi est, quin DEI parens MARIA hunc Ordinem Divinali favore prosequatur: quem, & loco victum, & tempore primum sibi & Filio in obsequium eorum recognoscit. Digni profectò sunt fratres Carmelita sacratissima Virginis titulo insigniri. Prædicta Tu hemius.**

Vinc. Bel.

Nec ignoto, quosdam etiam hoc Ecclesiæ nascentis tempore alia Virgini MARIÆ templa constructa referre. In primis enim Vincencius Belvacensis *lib. 3. in Speculo hist. cap. 92.* testatur, Martiæ, Mariæ sororis hortatu, postquam in Galliam ex Palaestina mirabiliter (Lazaro, & Maximo comitata) pervenit, post novam Evangelicæ doctrinæ lucem Massiliensibus demonstratam, demum factum esse, ut duo templa, alterum Christo Domino, alterum verò ejus Genitrici constructa fuerint. Nec me lateat, memoria esse proditum, Apostolorum sæculo templum aliud virgini fuisse dicatum. Scribit enim Raphael Volaterran. *lib. 1. Geographia*, Antaradi (quæ & Anterodus dicitur, nunc autem Tortosa appellatur, antiqua & egregia Phœnicæ urbs in litore maris sita, (ut ex B. Hieronymo in *Ezechielem cap. 27.* & ex Guilielmo Tyr. *7. belli sacri cap. 15.* colligitur) jacellum stare, quod primus omnium divæ Genitricis Petrus Apostolorum princeps excitaverit: & in quo primum ipse quoque sacrificavit.

Volaterr.

Hieron. Guid. Tyr.

Ante omnes verò auctores prædictos, docuit id historia, quæ Romana dicitur: in qua de templo à Carmelitis Virgini dicato sic scriptum invenies: *A tempore (inquit) ELIÆ & Elisei Prophetarum, Religiosi de numero eorum, qui morabantur in monte Carmelo, juxta civitatem Domina nostra Nazareth, secretius solebant inhabitare usque ad tempora Salvatoris: qui tandem, prædicantibus Apostolis, in fide confirmati, in uno latere ipsius montis, primò Ecclesiam in honorem Virginis Mariæ construxerunt. Meminit etiam hujus oratorum in obsequium Virginis à Carmelitis constructi Hieronymus Plato, de *bono status Religiosi lib. 2. cap. 22.* ubi nomen ab eo factor Carmelitas accepisse, quia prima omnium B. Virginum in terrarum orbe dicata Ecclesia, ab eis fuerit erecta.*

Hier. Platon.

Tenuit etiam id nostra ætate Paulus Morigia Ordinis Jesuatorum, qui in *lib. de origine Religionum lib. 2. cap. 30.* aperte fatetur, Carmelitas gloriosum Virginis nomen, & patrocinium præ ceteris, & meruisse, & accepisse; quia primi jacellum, sive Ecclesiam in Virginis MARIÆ honorem in Carmeli monte fundaverunt.

Paul. Morigia.

Imò qui Hispaniam, & res gestas illic à Jacobo Apostolo describunt, constantè affirmant, sanctissimam Virginem in civitate Cesar augusta eisdem Apostolo apparuisse, & post apparitionem, templum vel jacellum, quod nunc etiam est celeberrimum, & vulgari Hispanico *Nuestra Señora del Pilar* appellatur, eisdem Apostolo auctore erectum fuisse. Hanc verò primam in toto orbe Christianorum Ecclesiam variis modis, tabulis, & testimoniis, perpetua gentis Aragoniæ fama, simul & traditio clamant. Quæ de re etiam, post Beutherium, meminit Joannes Basseus in *Chronico rerum Hispanicarum*. Vetustissimum autem, & omnibus prius templum à Carmelitis fuisse constructum, gravissimorum virorum auctoritas, quos supra retulimus, luculenter confirmat, quidquid Vincencius, Volaterranus, Beutherius, aut Basseus, scribunt. Nam cum historiæ fides ex numero & testimonii gravitate crescat, tot sunt pro nostra sententia testimonia, simul cum antiquissima Religionis traditione, ut minimè vinci, ac superari ab autoritate paucorum, ac singularium testium queat. Aïas in super rationes in hujus tituli confirmationem congesserunt Waldensis, Joannes Patriarcha Hierosolymitanus, Paleonidorus, & alii, quibus merito, ac jure,

Beuther. Jo. Bass.

Paleonid.

Si verò ad Auctores Ordinis gradum facere liceret, innumera bilem ferè eorum multitudinem possemus adducere, qui uno ore, & sententia hanc veritatem, ut certam, ut firmissimam, & ut in Ordine à vetustis temporibus à majoribus traditam

Thom. à Jesu Oper. Tom. L

LESU  
Spiri.  
II  
VII  
2.6

Hoc festum & officium à Clemente X. extensum fuit ann. 1674. ad omnia regna & Provincias Hispaniarum Regi subiectas, & an. 1675. ab eodem Pontifice ad omnes dioceses ac Provincias hereditarias Dominus Austriae, pro omnibus utriusque sexus, tam secularibus, quam Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur.

nos fratres B. Virginis fuisse nuncupatos adnoscuntur probare. Eas tamen brevitatis causa, ad alia properantes omittimus. Verum prætereundum non est sacre Rituum Congregationis eximium testimonium, quod præbuit approbando Lectiones secundi Nocturni *Festi Commemorationis solennis Beatissima Maria V. de monte Carmelo*, quas Eminentiss. Card. Belarminus recognovit, & approbavit; imo, ut quidam volunt, composuit, quæ sic habent:

Cum sacra Pentecostes die Apostoli cælitus afflati variis linguis loquerentur, & invocato augustissimo JESU nomine mira multa patravent, vixit plurimi, qui vestigiis sanctorum Prophetarum Eliæ ac Elisei institerant, & Joannis Baptistæ præconio ad Christi adventum comparati fuerant, retum veritate perspecta atque probata, Evangelicam fidem confestim amplexati sunt, ac peculiari quodam affectu beatissimam Virginem (cujus colloquio & familiaritate feliciter frui potuere) adeo venerari cœperunt, ut primi omnium in eo montis Carmeli loco, ubi Elias olim ascendentem Nubeculam Virginis typo insignem conspexerat, eidem purissimæ Virgini sacellum construxerint.

Ad novum ergo sacellum sæpè quotidie convenientes, tribus piis, precationibus ac laudibus beatissimam Virginem vel singularem Ordinis tutelam colebant. Quamobrem Fratres beatæ Mariæ de monte Carmelo passim ab omnibus appellari cœperunt; eumque titulum Summi Pontifices non modo confirmarunt, sed & indulgentias peculiares iis, qui eo titulo vel Ordinem, vel Fratres singulos nuncuparent, concesserunt. Hactenus Lectiones illius sacri Officii, sub & à PAULO V. etiam approbatae.

Et hæc de titulo & superscriptione Regula.

D V B I V M III.

De Regula, quam primitivam vocant, Authore, tempore, & confirmatione.

Appello Regulam primitivam, eam, quam Albertus Patriarcha Fratribus suis Eremitis in Carmeli monte, & aliis Syriæ partibus degenibus tradidit. Non quia hæc fuerit omnino prima, sed quia potissima sit inter alias regulas, quas nostra Religio agnovit. Fuerunt enim in Carmelitarum Ordine à tempore ELIÆ, familiarique Prophetarum, variæ vivendi regulæ, variaque instituta, ut supra retulimus. Sed ea, quæ ab Alberto condita fuit, etsi tempore fuerit ultima, à nulla alia perfectione superatur. Ejus igitur in 2. part. hujus operis Authorem inquirimus, simul & tempus, in quo condita, & majoribus nostris tradita, ac tandem quando, & à quibus Pontificibus fuerit confirmata.

Primò de Authore ex ipsa Regula inscriptione constat, in cuius limine habetur, ALBERTUS DEI gratiâ Hierosolymitana Ecclesia vocatus Patriarcha dilectus filius. Num de hoc unquam quis dubitavit? Is enim Patriarcha (ut nos supra probavimus) datas à Joanne Patriarcha leges, & utiliter admodum auxit, & eas ad commodiorem vitæ formulam redegit. Illud tamen apud omnes non constat, an Albertus hic, qui Regulam condidit, fuerit montis Carmeli incola, & Elianæ familiaris alumnus. Id verò mihi compertum vide-


tur, quod in primis probat, ex Martyrologio Molano qui octava die Aprilis illum inter nostros Sanctos annumerat, & Erardus Carthusianus in suo temporum Fasciculo circa annum 1293. idem censet olimque de eo in Ordine eodem die celebrati consueverat. Hoc ideo prænotavi, quia ex utroque (nempe ex sanctitate vitæ mortisque integritate, & ex professione una cum Carmelitis) magna Regula ab ipso tradita dignitas acerescit. Nam ex hoc, quod ipse quid Fratribus expediret, quidve illis imperari oporteret, prius experimento didicerit, Regulam discretionem conspicuam condidit: ex vitæ verò perfectione salutaria præcepta emanarunt.

De tempore verò, quo Albertus Regulam hanc Fratribus suis Carmelitis dedit, non satis liquet apud Authores. Tritemius lib. de Laudibus Carmelit. cap. 4. existimat, illam anno Domini 1122. sub Henrico, & Calixto Papa II. fuisse scriptam. Polydorus de inventoribus rerum lib. 6. cap. 3. circa annum Domini 1210. Sabellicus anno 1220. Pontacus Burdegalensis 1198. Chronica mundi sexta ætate fol. 207. & Supplementum historiarum lib. 13. anno 1200. Rebarthius Florentinus in Chronica universalis anno 1205. Nos verò ommissis illorum sententiis, ut certam & veram statuamus, Albertum Regulam dedisse circa annum Domini 1205. Ideo autem prædicti Historiographi variarunt, quia cum hæc Regula tempore, quo Carmelitarum in oriente degebant, data fuerit, non mirum, quod Scriptores ipsos lateret.

Quando hæc Regula Alberti, & à quibus Pontificibus fuerit approbata, restat, ut aperiamus. In primis communis Scriptorum sententia tenet, illam ab HONORIO III. fuisse confirmatam. Sic docuerunt Antoninus 3. Parte hist. tit. 20. cap. 5. Vincentius in historiali lib. 31. cap. 123. Philippus Bergomen. in supplemento historiarum lib. 13. in enarratione anni Christi 1200. Tritemius de laudibus Carmelitarum cap. 4. Cassaneus in Catalogo glor. mund. 4. parte, consideratione 70. Paulus Morigia de origine Religionum, cap. 30. Imò inter authores seclè non est, qui ab hoc dissentiat. Quo verò anno HONORIUS III. id præstitit, aperire etiam oportet. In qua etiam re Philippus Bergomen. Chronica mundi, & Paulus Morigia, ut supra, & inter juniores Hieronymus Piao de bono status lib. 2. cap. 22. Garibay Tomo 1. lib. 1. cap. 28. & Manuel Rodriguez in questionibus Regularibus questione 1. in articulo de origine Carmelitarum, Carolus Tapia in authentica Ingressi. verbo monasteria. cap. 17. de antiquitate Ordinis Carmelitarum, ac omnes Ordinis Scriptores censent, HONORIUM III. anno 1. sui Pontificatus Regulam Alberti confirmasse. Idque expresse patet ex bulla HONORII III. cuius verba sunt: HONORIUS Episcopus dilectis filiis Priori, & fratribus Eremitis de monte Carmeli. Nos normam vestram vivendi regulariter ab Alberto Patriarcha traditam, quam ante concilium generale vos dicitis humiliter suscepisse, in posterum vos, & successores vestri, quantum cum DEI adiutorio poteritis, observetis. Et in remissionem vobis injungimus peccatorum. Nulli ergo hominum liceat, &c. Datum Roma anno Domini 1216. 3. Kalend. Januar. Pontificatus nostri anno primo.

part. 2. Directorij Regul. Tract. 3. disp. 6. sect. 2. & ab illo ibid. laudati Authores.

Postea confirmata Alberti Regula incipit eadem Al. fuit confirmata esse alle. 47. ubi Gregorius Patriarcha conam. gula ceter. Quibus INNOCENTIIUS Senticid. cap. 5. h. in Europ. nem bur. Papa II. ambrosius multum gulam Ielcas. CEN. stram Carol. verbo velib. cepta. CEN. Con. va, lib. 6. disol. tuon. C. Lat. exper. tera. nim. offi. cer. fu. R. & Cap. N. nimia, religio. Dom. Ante. cilu. ter. lic. bat E. scopio. novas. Relig.



**Greg. IX.** Postea GREGORIUS IX. referens hanc confirmationem HONORII III. denuo ipse Alberti Regulam approbavit, ut constat ex Bulla, quae incipit, *Ex officij nostri debito*. Hec etiam eadem Alberti Regula ante HONORIUM III. fuit confirmata ab INNOCENTIO III. Sic expresse asserit Naucleus Tom. 2. *Chronica generatione* 41. ubi sic habet: *Tempore Innocentij III. Albertus Patriarcha Lebentem in Syria religionem restituere conatus, Carmeli montis incolas Fratre disciplina regula coëruit. Quae regula tunc Roma probata est. Quibus docet, ita ut nostram Regulam tempore INNOCENTII III. fuisse Romae approbatam.*

**Tritheim.** Sentit idem Tritheimus de laudibus Carmelitarum cap. 5. his verbis: *Postquam Fratres hujus Religionis in Europam venerunt, multi summi Pontifices Ordinem hunc confirmarunt: de quibus ALEXANDER Papa III. post quem INNOCENTIVS III. idem fecit: amborumque vestigiis inherens HONORIVS III. multo adjunctis privilegiis, qui Ordinem & Regulam denuo comprobavit. Hæc Tritheimus. Ille scas in historia & vitis Pontificum, in vita INNOCENTII III. expresse affirmat, Regulam nostram confirmasse. Idem novissime etiam tradit Carolus in *Commentariis ad authenticam*, Ingressi verbo (monasteria) ubi Religionum origines investigans, nostram ab INNOCENTIO III. receptam, confirmatamque, asserit. Hanc INNOCENTII III. confirmationem fuisse factam in Concilio Lateranensi, asserunt Romanus in nova, correctaque editione *Rerum publicarum* 3. p. lib. 6. cap. 10. & Bernardinus Corius in *Historia Mediolanensi* 2. p. fol. 339. illudque addit, approbationem hanc B. Joannis Evangelistæ conjugisse.*

Ceterum ne his plus immoremur, illud nunc probare contendam, Ordinem nostrum (si non expresse, saltem tacite) in prædicto Concilio Lateranensi fuisse approbatum, Verba prius Concilii referam, quæ habentur cap. 13. ubi dicitur: *Ne nimia Religiosorum diversitas gravem in Ecclesia DEI offensionem inducat; firmiter prohibemus, ne quis de cetero novam Religionem inveniat, sed quicumque voluerit ad Religionem converti, unam de approbatis sumat. Similiter qui voluerit domum de novo fundare, Regulam & institutionem accipiat de approbata, Hærenus Concilium.*

Circa hoc decretum: considerandum est, ante ipsum Concilium licere, saltem autoritate Episcopi, novam Religionem inveniri, quod infra latius probabimus. Nunc vero ex decisione Concilii prædicta confirmatur. Quia Concilium hic non prohibet, nec prohibere debebat, novum ordinem autoritate Apostolica fundare: sed tantum in autoritate propria vel Episcoporum prohibetur. Imò nec Concilium Lugdunense, quod (ut infra) districtiori decreto rem hanc interdixit, quicquam de Ordine autoritate Pontificis adinventio decrevit, aut cogitavit.

Præterea, quia, post ipsum Concilium Lateranense, instituta fuerunt autoritate Apostolica beatorum Francisci, & Dominici Religiones, & plures alie, de quibus mentio fit in *Cap. ne nimia, de religiosis domibus, in sexto.*

Quod vero ante ipsum Concilium liceret, saltem autoritate Episcoporum, Religionem novam adinventire, hoc in primis patet: ex principio in jure notissimo, quo cavetur, id, quod non est superiori retervatum, nec inferiori ordinario prohibitum, præsumi à jure, inferiori esse concessum: ut patet ex *cap. nuper, de sententia excommunic. cap. cum apud, de sponsalibus.* Quare cum in toto jure hoc non invenitur expresse, nec tacite Episcopis

prohibitum, ex consequenti illis concessum fuisse videtur. Quod similiter confirmat usus praxique in Ecclesia à tempore Apostolorum receptissima, qua observatum legitur, Religiones ferè omnes, vel autoritate propria fundatorum fuisse erectas, vel solum ab Episcopis confirmatas. Nam quis unquam Pontifex, (ut Tritheimus cap. 5. de laudibus Carmelitarum ait) confirmavit veteres Ordines Pachomy, Basilij, Augustini, & Benedicti? Dic mihi de tractor, legitime Bullas veterum ordines approbantes: nusquam invenies, hos ordines licetis confirmatos à principio. Hæc Tritheimus.

Et quamvis Religiones olim fundatæ sedis Apostolicæ probatione non indigerent, ab Episcopis tamen, ordinariisque propriis probantur. Sic Regulam Augustini olim confirmavit Valerius Episcopus, ut tradit Romanus *centuria* 1. anno Domini 329. Carthusiensium vero institutum Hago Episcopus, ut Genebrardus docet lib. 4. circa annum 1070. Sigebertus in *Chronica mundi*. Platina in *Gregorio VIII. Polydorus de inventoriis rerum* lib. 7. cap. 3. & Volaterranus lib. 2. 1. & Divum Ambrosium propria autoritate monasterium Mediolani erexit, Regulamque ei dedisse fertur. Cujus meminit D. Augustinus libro 8. *confessionum*: nostrique Ordinis regulam ab Alberto traditam, dum Historiographi referunt, addunt, illam suo jure obtinendam Alberto tradidisse: quasi dicant, propria autoritate, proprioque Patriarchatus fungens munere Regulam confecit. Ita loquuntur Aeneas Sylvius in *Chronica mundi* loco superius adducto, Bergomensis & Garibay, ut supra.

Imò inter Authores nostri temporis gravissimos id docent. Bellarminus lib. de *Monachis* cap. 4. tradit, Basilium, Augustinum, & Benedictum approbationem ullam à Pontifice non quæsisse, propterea quòd nondum extaret tunc jus Ecclesiasticum id præcipiens.

Ratione etiam efficaci probatur: quia cum ante Lateranense Concilium non legatur, Religiones expresse fuisse approbatas à Sede Apostolica, fieret Religiones incepisse post Concil. Lateranense, quòd hæretici maxime concedunt, ut probent novum esse adinventum. Imò neque etiam ante Concilium Lateranense expressum in jure textum aliquem potui invenire, quò decerneretur, requiri ad erectionem novi Ordinis, aut Regulæ approbationem, Episcopi autoritate: licet id colligi possit ex Concilio Chalcedonensi, cap. 4. Et referunt in *cap. Quidam monachorum* 18. *questio* 2. ubi decernitur. Primum, ne monachi monasteria sine auctoritate Episcopi erigant. Secundum, ut illi obediant: ex quibus consequi videtur, nec Religionem fundare sine conscientia, & autoritate Episcopi posse.

Edito hoc Lateranensis Concilii decreto, cum postea & importuna aliquorum supplicatione, & aliorum præsumptuosa temeritate, diversorum Ordinum mendicantium effrenata multitudo resurgeret, reperita Lateranensis Concilii constitutione, Lugdunense Concilium districtius prohibuit: primum, ne deinceps aliquis novum Ordinem adinventiat (nempe sine autoritate summi Pontificis) deinde omnes Ordines mendicantes post dictum Lateranense Concilium adinventos, eos scilicet, qui approbationem Apostolicæ sedis non meruerint, de medio tollit, ac omnino revocet: eos vero, qui per eandem sedem fuerant confirmati, permittit subsistere, dummodo deinceps nullum ad eorum professionem admittant, novumque locum non acquiritant: ut latius

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

Q q 2 refer.

nes fundare. Cap. Nuper, de sententia excommunic. Cod. cum apud. de sponsal. Tritheim.

Romanus, Genebrardus, Sigebertus, Platina, Polydorus, Volaterranus, Augustinus, Aeneas, Syl. Bergomensis, Garibay, Bellarmus.

Conc. Calc. cap. quidam monachorum 18. q. 2.

Concil. Lugd.

II. O. A. LESU

III. Spirit. II. VII. 2. 6.

refertur in *capit. unico* de religiosis domibus in 6. Huic vero rigidiiori Concilii decreto ea exceptio data est, nempe, ut ad Prædicatum, Minorum, & Eremitarum sancti Augustini, nec non & Carmelitarum Ordines decisio hæc non extendere, ut patet ex §. *sanè*, ubi sic dicitur: *Sanè ad Prædicatum, & Minorum Ordines, propter eorum evidentem Ecclesia utilitatem, præsentem non patimur constitutionem extendi. Ceterum Eremitarum sancti Augustini, & Carmelitarum Ordines, quorum institutio dictum generale Concilium præcessit, in solido statu volumus permanere.* Hactenus Concilium. In quibus satis aperte indicat, supradictam constitutionem ad Carmelitas non extendi, quia illorum institutum dictum Concilium generale Lateranense præcessit. Quare decernit, illorum Ordinem in solido statu permanere.

Ex Lugdunensi constat Concilio Religionem Carmelitarum ante Lateranense Concilium fuisse institutam & approbatam.

Si verò Carmelitarum O do ante prædictum Concilium Lateranense non fuisset approbatus, sine dubio Lugdunensis Concilii decreto extingueretur. Nam si illæ Religiones etiam à Sede Apostolica post Concilium Lateranense approbatæ, rejectæ sunt, nec ultra progredi permittuntur, à fortiori, si nostra ex approbatione non conferretur, nostrum Lugdunensi perimeretur. Quare cum hoc censeat, nostrum Ordinem fuisse institutum ante concilium Lateranense, illaque Religiones, quæ illud præcesserunt, censeat approbatas (maximè quia Episcoporum vel Patriarcharum auctoritate fuisse institutas) rectè sequitur ex vi decreti Concilii Lateranensis, nostram Religionem in ipso, & ante ipsam Lateranense fuisse confirmatam.

Quod argumentum breviter hac ratione firmum fiet. Aut Concilium Lateranense: *Qui voluerit ad Religionem converti, unam de approbatis (an ipsam scilicet Concilium) assumat: & postea Concilium Lugdunense volens de medio tollere omnes Religiones post Lateranense ortas, declarat, Carmelitarum Ordinem non esse extinguendum: quia ejus institutio Lateranense præcessit.* Igitur cum Concilium Lateranense ait, *Unam ex approbatis assumat*, tacitè censeat, esse approbatam Carmelitarum familiam, quam ipsum præcessisse, & antea legitime fuisse institutam, declarat postea Lugdunense.

Sed contra hæc obijciunt aliqui, in dicto §. *ceterum* non esse legendum, in solido statu, sed potius, in suo statu manere concedimus, donec de ipsis aliter fuerit ordinatum: intueamur enim tam de ipsis quam de aliis non mendicantibus providere, prout animarum salutem, & eorum statum videbitur expedire. Sic enim in Concilio Lugdunensi olim legabatur. Unde in dicto §. *Ceterum*, dicunt BONIFACIUM VIII. loco horum verborum adjecit, illa, in solido statu. Quare contendunt hi nostrum Ordinem neque in Lateranensi, neque in Lugdunensi Concilio fuisse approbatum.

Huic objectioni respondeo, verum esse, ut glossa in dicto §. *ceterum* afficit, prædicta verba, in solido statu, non haberi in Lugdunensi Concilio, sed tantum ea, quæ adversarii opponunt. Non tamen ex his sequitur, nostram Religionem non fuisse approbatam in prædictis Conciliis. Primò, quia clausula illa (*donec de ipsis aliter fuerit ordinatum*) non aufert Carmelitis approbationem sui Ordinis: nam pari etiam ratione aufert à Religionibus non mendicantibus confirmationem, quia de Carmelitis, & de aliis non mendicantibus intendebat Concilium aliter ordinare. Quare si illa verba tollerent à Carmelitis, & aliis non mendicantibus confirmationem: manifestè fie-

ret, quod, ante ipsum Concilium Lateranense, nullus esset in Ecclesia DEI Ordo approbatus: quod est contra ipsum Concilium Lateranense, ut patet ex verbis supra adductis. Tum etiam, quia multo ante Concilium Lugdunense, quod sub GREGORIO X. fuit celebratum, Carmelitarum Religio fuit approbata ab HONORIO III. INNOCENTIO III. ut supra monstravimus. Quare dum Concilium, nostrum Ordinem in suo statu manere, permittit: certè non aliud intendit, quam ut ipse (dum aliud Pontifici non placuit) approbatus permaneat. Quare hoc non obstat, quò minus ante Concilium Lateranense Carmelitarum Religio fuerit approbata, live in solido, live in soluto, live in suo statu legatur. Et hæc de INNOCENTIO III. Lateranensis Concilii approbatione.

Ex quibus sequitur Alberti Regulam ab anno 1205. aut, ut alii volunt, anno 1209. in quo ab ipso tradita fuit, approbatam fuisse, tum ob rationes dictas (nempe, quia Episcopi ante Lateranense Concilium hac potestate Religionem confirmandi gaudebat: & potiori jure Patriarchæ, quorum iurisdicctio, & auctoritas superior majorque est) tum etiam (quod in hac re valde considerandum est) quia Albertus tunc non solum Patriarchæ munere, sed & legationis Apostolicæ sedis officioungebatur, ut expresse docet Guilielmus Tyrus lib. 5. continuationis belli sacri cap. 3. his verbis: *Albertus postea Hierosolymitanus sub innocensio III. Patriarcha, & legatus, certas observationum Regulas Carmelitis præcepit.* Idem Sabellicus ubi supra. Et Christianus Malleus auctor Theatri vitæ humanæ, Volumine 21. lib. 3. Christi. Quare et si ratione officii Patriarchatus (quod abundè sufficiebat) Regulam propria auctoritate confirmare non posset: præstare tamen id sine dubio potuit ratione muneris Legati, quoungebatur. Imò ob hæc rationem censendum est, ab hoc tempore Regulam fuisse à Sede Apostolica approbatam, cum extunc fuerit ab eisdem sedis Legato confirmata, ex regula juris, quæ habet: *Ea nostra sunt, quibus auctoritatem nostram impertimur.*

Ex his secundò colligo, antequam Albertus hanc Regulam concederet, nostrum Ordinem à Sede Apostolica, ob rationem nuper adductam, etiam fuisse approbatum. Cum Aymericus Patriarcha Antiochenus, & Sedis Apostolicæ Legatus circa annum Domini 1141. montis Carmeli Eremitas in unum coegerit, eisque vivendi formulam more Latinorum Monachorum tradiderit, ut testantur Polydorus, Sabellicus, atque Guilielmus Tyrus, ut supra Genebrardus lib. 4. Chronica circa annum 1180. Oauphrius Paminus in Chronico Ecclesiastico circa annum 1141. Theatrum vitæ humanæ ubi supra, & inter juniores Hieronymus Romanus, qui ut supra ob hanc rationem antiquitatem nostri Ordinis ab Aymerico censeat computandam.

Tertio inferitur, Ordinis approbationem veriè judicandam esse ab anno circiter 400. in quo JOANNES Patriarcha Hierosolymitanus Carmelitis suo jure Regulam confecit, ut supra parte cap. 2. latius adnotavimus. Quare ab illa ætate Ordo Carmelitarum in Ecclesia Patriarchatum approbatione floret. Quòd si eorum sententiam amplectamur, qui existimant, Carmelitas olim sub B. Basilij Regula militasse, ab eoque vivendi monasticæ normam accepisse, (ut post Antoninum 3. part. historialis titulo 20. cap. 5. multè alii tradiderunt, de quibus nos, eorumque senten-

tia infra jud  
re, vel p  
canda erit  
facta.  
Si verò  
ante INN  
III. approbat  
competit  
thores  
s. ait:  
pam ve  
confirma  
exercit. I  
& Gene  
historiam  
graphi  
mandu  
dam pr  
Der  
opus n  
batione  
cui Or  
torum  
tem C  
NIS I  
rumq  
rober  
Bal. Six. 4 fit in  
Bal. Greg. 13.  
Bull  
Land  
hi. 8  
ab a  
vove  
run  
gen  
C  
Cofianus  
Finis  
proprius  
in quali  
bet arte  
& disci  
plina e  
per priz  
oculis  
habédus  
Vid. Jo  
à Jell  
Maris  
part.  
discipl  
Mon  
cap. 3  
Comm  
in Re  
Carm  
Frans  
à S.  
pag. 4  
ria

tiã infra iudicabimus) ab eodem quoque tempore, vel paulò an ea Ordinis confirmatio iudicanda erit. Et hæc de approbatione à Patriarchis facta.

Si verò ad Apostolicam Sedem convertamur, ante INNOCENTIUM III. Regulam Alberti Alex. III. approbatam ab ALEXANDRO III. facillè comperiemus, ut docent non contemnendi Authores. Tritheimius de laudibus Carmelitarum cap. 5. ait: Postquam Fratres hujus Religionis in Europam venerunt, multi summi Pontifices Ordinem ipsum confirmarunt: de quibus Alexander Papa III. unus exiit. Idem tenet Buchinguerius in sua Chronica, & Genebrardus in methodo ad Chronologiam, & historiam universam, nostrique Petrus Raymundus, & Joannes Grossi Ordinis nostri quondam præpositi Generales.

Demum, cum ante Concilium Lateranense opus non esset Apostolicæ Sedis expressa approbatione, non video, quæ major confirmatio alicui Ordini tunc contingere poterat, quam multorum Pontificum privilegis ornari. Constat autem Carmelitarum Ordinem à tempore LEONIS IV. ADRIANI II. STEPHANI V. aliorumque Pontificum, qui propè annum 850. floruerit, varia privilegia accepisse, de quibus mentio fit in Bullis à SIXTO IV. concessis, maxime in illa, quæ incipit: *Dum attenta meditatione*: & in Bulla GREGORII XIII. cujus initium est: *Ut laudes sanctissimas* &c. in quibus commemorantur hi, & alii antiquissimi Pontifices, qui Carmelitis ab anno 815. in terra sancta oppressis varios favores concesserunt. Quæ etiam privilegia referuntur in compendio privilegiorum, verbo Indulgentia, quoad sæculares.

D V B I V M IV.

Qualis sit finis, sive scopus hujus Regulæ, ac ex consequenti nostræ Religionis.

**Cassianus** Omnes artes, ac disciplinæ (ut Cassianus loquitur collatione 1.) scopum quendam, id est destinationem, & telos, hoc est, finem proprium habent, ad quem respiciens uniuscujusque artis sectator industrius cuncta ordinar, & dirigit, & oblatos labores, pericula, & dispendia universa æquanimiter, atque libenter tolerat, sicut agricola finem habens, securè, copioseque vivendi ex proventu segetum fecundarum, scopum (id est destinationem) gerit, agrum suum cunctis sensibus expurgare, eumque universis instructuosis vacuare gramminibus: sine quo se adepturum finem propositum non confidit. Similiter, qui certis quibusque dignitatibus mundi hujus cupiant honorari, cui se officio, vel ordini debeant

vid. Joã. à Jesu Maria spei tramitem, finem quoque valeant desideratæ part. 1. dignitatis attingere. Hæc & alia Cassianus, ubi disciplina supra. Nostræ igitur professionis, sive Regulæ finem operet ante omnia hujus Religionis athletis fixum hæere mentù: scopumque proprium præ oculis habere, ut in ipsam rotis nervis, ac viribus jaculentur. Hujus enim cognitio, nostræ directionis, ac vitæ caput est, atque principium. Francisci Nam cum in quavis arte, ac disciplina, ut eam red à S. Elia &c. exequamur, ejus finis consideratio maxime necessaria sit: proculdubio in professione mona-

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

stica (quæ ars artium est) multò magis hæc cogitatio & cura finem suum inquirendi, suscipienda est: ut & sic viam destinare, eligere, ac parare media ad finis consequutionem unicuique in promptu sit. Ignoranti enim quem portum petat (ut etiam teste Seneca loquamur) nullus suus proprius ventus est. Ac proinde errant consilia nostra, nisi sciamus, quò dirigantur.

Eam ob rem in hoc opere cum primis constituendum nobis est, quam ad metam nostræ Regulæ sive instituti cursum dirigatur, ut viæ, rationesque omnes facilius inveniatur, quibus eo perveniri possit: & ut cetera, quæ in Regula continentur, ex commensuratione ad proprium finem melius percipiantur. Omnis igitur monastica disciplina duplici fine gaudere solet. Primus finis est ille omnium Christianorum, omniumque Ordinum communissimus, nempe charitas, sive gloria DEI. Alter verò proprius est, qui telos, sive finis proximus appellari consuevit. Qui quidem finis, si cum illo superiori conferatur, medium potius ad illum perveniendi existimari potest. Nobis in præsentem consilium ullum non est, de priori illo fine disserere, sed de posteriori tantum: in hoc enim fine unaqueque Religio suæ directionis figit obturam, ad hunc suos principaliter dirigat conatus, hunc si ejus professores attingant, vorum suorum ac instituti compotes evadent: sunt autem si varii, pro varietate etiam & diversitate Religionum: omnes tamen ad tria genera reducuntur, secundum quod ab omnibus Theologis, tria esse potissimè Religionum genera, traditur: quorum aliud est in agendo, aliud in contemplando versatur, tertium verò iam actionem, quam contemplationem complectitur. Quod adhuc in alia duo membra subdividi potest. Nam vel est mixtum ex æqualibus partibus, ita, ut æqualiter & actioni, & contemplationi vacet: vel plus habet de uno, quam de alio: verbi gratia, minus de contemplatione, & plus de actione, vel è contra. Hoc ergo est, quod nunc investigamus, quisnam horum sit hujus Religionis scopus, sive finis verus, proprius, legitimus, ac immediatus.

Pro cuius resolutione primò (idque certò) statuendum est, proximum, & potissimum nostræ Religionis finem esse, contemplationi vacare. Quod & fuisse olim monachorum omnium primævam institutionem constat ex his, quæ Cassianus collatione 9. cap. 1. luculenter docet: *Omnis, inquit, monachi finis, cordisque perfectio ad jugem, atque indivisibilem orationis perseverantiam tendit: & quantum humana fragilitati conceditur, ad immobilem tranquillitatem mentis, ac perpetuam nititur puritatem. Ob quam omnem, tam laborem corporis, quam contritionem spiritus indefessè quarimus, & jagiter exercemus: & est inter astricturum reciprocis quadam, inseparabilisque conjunctio.* ita Cassianus. Et hunc fuisse antiquam monachorum morem, ac beatissimi Marci tempore, qui primus Alexandria Monachis normam dedit vivendi, observatum, à Nicephoro Calixto lib. 2. cap. 15. & à Sozomeno eodem lib. cap. 17. & sequentibus, & à Cassiano lib. 2. de institutis renuntiantium cap. 5. memoriæ proditum est: de quibus ipse ita scripsit: *In primordiis enim fidei, probatissimi illi Marci annulatores, ac discipuli eo fervore scripturarum divinarum lectionibus, orationisque, & operi manuum diebus, ac noctibus ita incumbens, ut neque escarum quidem appetitus, vel memoria, nisi alio, tertiove die corporis interpellaret in mediam. Scriptis autem horum exercitiis, fuit, atque philosophiam, institutum, mores, vitam, rationemque conversationis omnem celeberrimas Philo-*

R 9 3

Seneca

Finis est omnium Religionum, & Cuius finis est

Quis proprius omnium Religionum

Proprius ac præcipuus Religio Carmel. finis est contemplatio.

Cassianus

Nicephor. Calixtus Sozomē.

Vid. Joã. à Jesu MARIA Scholam oration. Tract. 1. Notab. 5. & discipl.



**Monast.** natione Judaeus, professione verò Pythagoricus, quem ad colloquium Petri Romae divinum verbum concionantis, fama est, pervenisse, ut Ecclesiastica narrat historia. Hæc autem forsitan alicui longè repeita videantur, cum tamen vi propria nostri instituti adduci merito debeant. Fuerunt enim Monachi illi ex Essenis, ELIÆ successoribus, ut supra part. 1. cap. 1. plenius tradidimus. Quare hanc Egyptianorum monachorum in primitiva Ecclesia vivendi normam, instituti puritatem Regula nostra protrahere usque ad nostra tempora, ac consecravitur.

**Tomo 2.** Propius verò ad Regulam nostram accedentes, propositam veritatem efficaciter comprobemus. Ita primum non sit leve argumentum, quia nostra Religionis Dux, & author ELIAS, totum ferè vitæ suæ tempus in oratione consumpsit. Sic enim de eo Waldensis tit. 1. de Sacramentalibus cap. 6. n. 7. scripsit. *Lege (inquit) librum Regum 3. Carmel. & 4. si non noster sanctus Patriarcha Elias, non dico per plures vires, sed pene totam vitam in orando consumpsit.* Post ELIAM verò filii Prophetarum, qui in solitudine juxta flumen Jordanis (ut auhores sunt Hieronymus ad Paulinum, & Isidorus lib. 2. de officio cap. 16.) habitaverunt, hi die ac nocte, hymnis, & orationibus studebant. De his enim ait Joannes Hierosolymitanus, in libro de institutione monachorum, de filiis Prophetarum, eorumque successoribus, institutoque agens, quod ad imitationem ELIÆ, incessanter, & continuè penetrare vastos secus solitudinis montis Carmeli, & aliarum Eremorum terra promissionis solebant: ubi cogitationibus sanctis, & intentione, oratione, ac ceteris armis justitiae muniti, tanto conatu mentes suas ad exemplum ELIÆ Principum eorum sursum in DEI contemplationem elevabant, ut in caelestibus choris putarentur translati, & revelata facie gloriam DEI speculati, perfuentes colloquio DEI, cui puris mentibus inhaerebant. Hæc Joannes.

Deinde in Evangelica lege (ut nunc illos probatissimos monachos Marci discipulos prætereas, de quibus supra,) nostri Ordinis primævos in lege nova cultores orationi maximè studuisse reperimus. Josephus enim Antiochenus, lib. de perfecta militia primitiva Ecclesia cap. 12. inquit: *Perfectorum militum Christi Apostolorum coadjutores surrexerunt strenuissimi viri solitarij, contemplationi dediti, sanctorum Prophetarum ELIÆ, & Elisi sequaces, qui de monte Carmeli descendentes, &c.* Et Armachanus apud Waldensem tit. 9. cap. 89. in sermone de Conceptione beatissima Virginis MARIÆ inter alia sic ait: *Ut dicunt fide digna historia, à tempore ELIÆ & Elisi, qui sapius morabantur in monte Carmeli, solebant homines contemplati secretis inhabitare, usque ad tempora Salvatoris: & tunc illi Eremitæ, prædicantibus Apostolis, inter ceteros sunt conversi.* Et infra docet, eos Fratres beatissima MARIÆ Virginis de monte Carmeli fuisse vocatos. Jacobus quoque de Vitriaco, in libro, qui dicitur Memoriale cap. 22. inquit: *Quidam viri saculo renunciantes, ad imitationem sancti Viri, & solitarij ELIÆ, vitam solitariam agebant in alveariis modicarum cellularum, tanquam apes Dominii dulcedinem mellificantes.* Et verè JOANNES 44. Patriarcha Hierosolymitanus, qui primam nobis in scriptis Regulam tradidit, ferè per totam, nos ad imitationem ELIÆ, & vitæ solitariae finem (assiduam nempe contemplationem) dirigere conatur.

Secundo, quia omni tempore, & sæculo promulgata fuit, & ex textu Regule, ut proprium nostri Ordinis institutum, assidua divini legis me-

ditatio. Et in primis, de temporibus ante Christi adventum, & de his, quæ post ejus adventum immediate successerunt, nec non de Regula Divi JOANNIS, jam dictum est. Postea Religio, quæ sub Regula ALBERTI militavit (ut nunc etiam militat) idem proficitur institutum, ut constat ex cap. 6. Regula, ubi præcipitur, *die ac nocte orare, & meditationi vacare.* Et quia domestici testes in hac re certius reddunt testimonium, prodeat noster Ven. P. Thomas Waldensis, de Sacramentalibus, tit. 9. cap. 24. n. 7. ubi Religionem distinguens penes ordinem ad proprios fines, nostrum designat his verbis: *Veniat Benedictus. & crescat in assidua custodia claustris: succedat Albertus cum Carmelitis suis, & crescat in silentio, & meditatione continua legi DEI, in secretis cellis cum labore manuum, & penuria victus. Sic Dominicus servat in doctrina celestis, & Franciscus in nuditate, & aspectu mundi, &c.*

Tertio accedunt aliquorum summorum Pontificum testimonia, quæ rem propositam clarè & indubitabilem reddunt. GREGORIUS IX. (ut habetur in registro anni tertii sui Pontificatus, & refertur in Speculo Ordinis) Fratribus in monte Carmeli commemorantibus ita rescripsit: *Dilectis filiis, Priori, & Fratribus Eremitarum montis Carmeli salutem, &c.* Ex off. h. nostri circumspectione, tenemus sollicitam adhibere cautelam, ne hi, qui, ascendentes in montem orare cum Domino, pedes suos laverunt, iterum eos conquirent ad contemplationis specula descendendo. & infra: *Hinc est, quod cum loci pedibus speculam Domini ascendatis, vacaturi contemplationibus caelestium, & assumpseritis contra malignos lacramen, terrenis omnibus abdicatis, ideò, &c.* Eisdem quoque utitur verbis INNOCENTIUS Papa IV. qui anno Domini 1245. Regulam nostram confirmavit: quibus subscripsit ALEXANDER IV. (ut in Speculo Ordinis refertur.) Imò ex Bulla mitigationis ab EUGENIO IV. concessa constat, Fratres, dum mitigationem postularent, id potissimum pro causa mitigationis iusta allegasse, valde scilicet onerosum, ac difficile esse, noctu diuque in lege Domini meditari.

Quarto, quia semper nostri Ordinis Fratres Eremos coluerunt, & Eremitæ à summis Pontificibus, (ut ferè ex innumeris Bullis, & privilegiis patet) sunt appellati. In d. hoc præ foribus in ipso Regulae titulo legitur. Ac proprius Eremitarum finis est, DEO, & orationibus, ac meditationibus divinis vacare: ergo iste est nostri muneris scopus. Neque contra hoc urget, quod in civitatibus, aut villis nunc habitemus: quia consulto nostra Regula addit, ut hæc loca nobis concessa in Eremitis, vel alibi, non aliter recipiantur, nisi apta sint ad nostræ Religionis observantiam.

Quinto, quia nostra Regula aliquem finem, & scopum habere debet: & tamen non habet pro fine vitam merè activam (ut constat) neque mixtam ex contemplatione, & actione, nempe, cura proximorum: nam nullum nec minimum de hac actione in Regula verbum reperitur. Habet ergo pro scopo potissimo vitam contemplativam; hic enim verus est finis, qui in Regula exprimitur, & ab ea potissimum intenditur.

Sexto, & efficacissimè probatur. Nam ille est verus Religionis finis, quem cetera religionis exercitia respiciunt, & ad quem diriguntur: sed omnia Regulae exercitia ad orationem præcipuè destinantur: hæc igitur finis erit. Major hujus argumentationis certa est ex ipsa natura finis. Minor verò probanda est, per singula Regulae mandata, & exercitia discurrendo.

Et (ut à principaliori incipiam,) cellæ stabilis cultus.

custodia, & jugis commoratio ad hunc finem præcipue deſt natur, & à Regula in id ipſum eligitur. Probabimus enim infra cap. 6. quantum cellæ aſſidua inhabitatio ad orationem, ac meditationem conducatur; nec ulli dubium eſt, ad orationem ſecretum, & ſolitarium locum poſſimum requiri, ut conſtat ex illo Matth. 6. Tu autem cum oraveris, intra cubiculum tuum, & claſo oſtio, &c. Hac ratione oravit noſter ELISEUS 4. Reg. 4. qui puerum à morte ſuſcitaturus, domum ingreditur, & claſo oſtio oravit ad Dominum.

Quibus adde, quod non ut unquam in celis manere Regula præcipit; ſed ſingulos ſingulas, & ſeparatas cellulas inhabitare conſtituit, ut commodius divinis meditationibus & orationibus vacare, ſine alterius offendiſculo poſſimus quod laus proſequatur infra in Expoſitione cap. 3. Præterea, cum hoc medium ad obtinendam puritatem, & indiſruptam orationem, & meditationem principalis ſit; ideo in Regula tanquam ſini proximus, & magis ei proportionatum, ſimul cum ipſo ſine in 6. cap. præcipitur. Et inſuper, ad hujus medi firmitatem, & conſiſtentiam aliud quoque medium à Regula inculcatur, nempe, labor manuum, qui, ut infra in capite de labore manuum dicitur, ob id tantopere nobis commendatur, ut intra cellam occupati, manus in opere & mentem in DEO fixam teneamus, & utriusque ſtudium pariter impendamus. Nam, ut optime Caſſianus, lib. 10. inſtitut. cap. 24. ob has duas cauſas inter alias, labor manuum exterior ab Aegyptiis monachis excitebatur. Primò, ne ab eis otium admitteretur. Secundò, ne meditationi ſpiritali finis imponeretur, ut ſit (ait) pariter exercentes corporis, animaque virtutes, exterioris hominis ſtipendia cum emolumentis interioris exequantur: & ſic lubricis motibus cordis, & fluctuationis cogitationum inſtabili, operum pondere, velut quandam tenacem, atque iramobilem anchoram præſtantes: cui volubilitas ac pervagaſio cordis innexa, inſtra cella claſtra veluti in portu ſiſſimo, valeat contineri: atque ita ſpiritali meditationi, & cuſtodia cogitationum intentæ, ab omni ſuperſua, & otioſa cogitatione, ſe cuſtodiat: ita ut quid ex quo pendeat, haud facile poſſit in quoquam diſcerni, id eſt, verum propter meditationem ſpiritualem manuum opus exercent: an propter operis jugitatem tam præclarum ſpiritus proficiū ſcientiaque lumen acquirant. Hæc Caſſianus. Qui ibidem etiam docet, PAULUM primum Eremi cultorem pro ſola purgatione cordis, & cogitationum ſoliditate, ac cellæ perſeverantia, manuum laborem elegerit. Et denique idem Caſſianus libro 2. inſtitutionum cap. 14. pulchrè (ut ſolent) docet, quantum ad orationem labor manuum conducat. Idem ſentit Bernardus in Epifſola ad Fratres de monſte DEI: ubi monet, inſtra cellam manibus aliquid operandum, ad nutriendum, & conſervandum ſpiritum. Conſtat igitur ex dictis, tam cellæ aſſiduam commorationem, quam laboris manuum exercitium, ad orationem, & meditationem à Regula prudenter ordinari, ac præcipi.

Oportet igitur, ut ad reliqua capita Regulæ deſcendentes, idem de unoquoque probemus. Poſt Regulæ articulum, qui de cellulæ habitatio tractat, lequitur præcipuum de Hortis Canonice, quæ mentem in DEUM elevat, & interiorum animæ devotionem in ejus honorem, & laudem excitant. Hæc verò non tam media ad orationem, quam ipſa oratio dici poſſunt.

Traditur deinde caput de non habendo proprium, tam in particulari, quam in communi. Hæc verò ſtriſſiſſima paupertas (ut auctor eſt

GREGORIUS IX. ibi adducendus) ideo à regula præcipitur, quia maxime oportet, viros contemplationi addictos, nudos ab omnium terrenorum poſſeſſione pedes habere. Et (ut omittam alia Regulæ ſtatuta, quæ etiam huc fini deſerviunt,) ad præcipua gradum faciam: ad ea nimirum, quæ de jejunio, de carniū abſtinentia, & de ſilentio loquuntur.

Et (ut à jejunio incipiam) in primis ipſi Hæretici, jejuniorum, & abſtinentiæ acerrimi hoſtes, quales ſunt noſtræ ætatis Lutherani, & Calviniſtæ, eſſi alias à jejunio utilitates omnes, & fructus ſecludant, hunc negare non ſunt auſi, nempe, ad orationem, & contemplationem maxime adjuvare: ut videre eſt apud Bellarminum lib. 2. de bonis operibus in particulari cap. 11. in principio. Quod & nos hic breviter exemplo antiquorum Patriarcharum & ſanctorum Patrum comprobabimus. Hi enim jejunio animam ad orationem, & celeſtium rerum contemplationem disponebant. Sic de Moyſe Exod. 34. qui quadraginta dierum jejunio animam præparavit, antequam ad DEI colloquium audeat accedere. Sic ſanctus noſter Patriarcha ELIAS per quadraginta dierum ſpatium jejunium obſervat, ut DEUM in monte Oreb ſub ſpecie auræ tenuis videre poſſet. Daniel quoque trium hebdomadarum jejunio diſponitur ad revelationes Domini ſuſcipiendas. Et ob eandem rationem Eccleſia Catholica in profeſſis magnarum ſolemnitatum jejunia decernit, ut his animi aptiores reddantur ad vacandum tali celebrati; ut docet Divus Bernardus in vigilia S. Andrea. Quare rectè illud dictum eſt à Chryſoſtomo homil. 1. in Geneſin: Jejunium eſt anima noſtra alimentum, leves ei pennas producit, ut in ſublime ſervetur, & ſumma contemplari queat. Baſilius quoque ſermone 1. de jejunio: jejunium (inquit) orationem ad celum tranſmittit inſtar alæ ipſi exiſtens ad profeſſionem ſuſſum verſus. Neque eſt, cui in hoc diutius immoremur, cum paſſim id Patres apertiffimè doceant.

De carniū verò abſtinentia illud eſt certum, maxime conducere ad corporis, & paſſionum ejusdem mortificationem. Nam cum carnes ſint quali quoddam ſeminarium libidinis (ut infra de eſu carniū probabimus,) paſſiones peccatores reddantur per earum carentiam. His autem ſeditis, animus promptior eſt ad divina ſpeculanda. Quare hæc carniū abſtinentia à Regula commendatur, quali removens prohibens mortificationem paſſionum, ac proinde inducens mentis elevationem in DEUM.

Denique de ſilentio non eſt, qui ignoret, quàm ſidus ſit orationis comes: & ob eam cauſam tantopere à Patribus, & à noſtra Regula commendatur, & non ut unquam, vel ſimplici præcepto, ſicut & alia; ſed pluribus verbis, & variis Scripturæ authoritatibus perſuadet, & præcipitur.

Septimò, & ultimò, orationem, ac meditationem finem eſſe Regulæ, non levis conjectura ſuadet. Nam licet finis eſt id, quod primò intendimus, & quod in animo ante omnia alia præfigitur, ad cujus poſtea conſequutionem reliqua deſtinantur: ita Regula inter eas conſtitutiones, quæ ad ſubditorum directionem ſpectant (ut initio capite 6. infra docebimus) primò loco telos, ſive ſcopum ante oculos objicit, ut ad illum reliqua, quæ in Regula continentur, ordinemus. Hoc itaque in mente ſine propoſito, omnes actus noſtri ad ejus conſequutionem dirigendi ſunt. Hic nobis principalis debet eſſe conatus. Hæc immobilis deſtinatio cordibus noſtris firmanda eſt,

ur divinis rebus, ac DEO mens semper inhæreat. Pro hoc sine cellæ solitudo & clausura sectanda est; jejunia, vigiliae, corporis nuditas, silentium, carnis abstinencia, & reliquæ asperitates suscipiendæ sunt. Et denique quicquid ab hoc diversum est, quamvis aliàs magnum videatur; importunum tamen, aut etiã infirmum, seu noxium judicandum est.

Patet igitur ex dictis, post orationem, & meditationem, in nostrâ Regula & professione secundum locum obtinere vitæ asperitatem: in qua etiã potissima pars est, cella, sive monasterii clausura. Ita, ad hæc duo, nempe ad vitæ asperitatem, & clausuram, veluti ad duos orationis pedes, & firmissimas nostri instituti columnas cetera reducuntur. Quare studiosus quisque nostræ professionis sectator, post orationem, colat penitentias, sive vitæ asperitatem, & clausuram.

Qualiter  
vitam  
mixtam  
Religio  
Carmel.  
ample-  
atur.

Secundò existimo, secundariò studendum esse nobis animarum salutem, sine detrimento tamen (quantum fieri potest) principalioris finis. Et (ut clarius loquar,) hæc secunda assertio constituit, nostræ Religionis institutum mixtum esse contemplatione, & actione; non tamen ex æquo, sed principaliter ex contemplatione, secundariò autem, & minùs principaliter, ex actione.

Duo continet probanda. Primum principale objectum & adequatum nostri Ordinis esse divinæ legis meditationem, ac contemplationem; quod satis constat ex dictis. Secundum objectum, secundarium & principaliori annexum, esse studium salutis animarum: quod nobis restat probandum, idque serio DEO favente jam in sequentibus latius probabimus, repetitis iis, quæ aliquando diximus in *Stimulo missionum*, sive in *libello de propaganda à Religiosis per universum orbem fide*.

## D V B I V M V.

### An Religioni nostræ conveniat studium conversionis animarum.

Religiosis omnibus, quantumvis solitudini ac contemplationi deditis, valde esse consentaneum, imò expeditissimum Ecclesiæ conatus in animarum conversione adjuvare, latissimè in 2. parte *Stimuli missionum*, & in 2. parte lib. 2. de *Conversione omnium Gentium*, tam ex Regulis sive institutis Religiosorum omnium, quam ex multis aliis argumentis; imò verò Religiosos omnes præ aliis huic functioni esse apertissimos, cum ex fructu à Religiosis Ordinibus in Ecclesia DEI percepto, tum ex aliis capitibus plenissimè ostendimus. Inter Religiosos verò ad tantam gloriam à DEO fuisse Ordines mendicantes veluti coadjutores fidelissimos electos in 3. parte *prædicti operis*, & ex antiqua horum sanctissimorum Ordinum in Ecclesia institutione, & ex fructu, qui tanquam ex uberimis fontibus in Ecclesiæ arva emanavit, conati sumus demonstrare. Ex quibus in 4. parte *Stimuli Missionum* manifestè, ut puto, deducebamur proximorum curam, ac de propaganda fide sollicitudinem, tantum abesse, ut cum nostro instituto pugnet, quin potius maximè sit illi consentaneum: & quod ad illius finem scopumque specialem reducat, illumque mirificè perficiat.

Vatius  
hujus  
quæstio.

Præmittendum autem illud erit imprimis, quod quantum ad præsens attinet propositum, multiplex potest esse sensus hujus asserti. Primò,

an sit contra nostrum Institutum saluti proximorum studere. Secundò, an sit conforme. Tertio, an etiã pars principalis nostri instituti, ut pote quæ ad finem nostri instituti pertinet.

Secundò præmittendum, institutum Religionis duo includere: primum Regulam ipsam à summis Pontificibus comprobatam, deinde Religionem finem sive scopum, ad quem omnia alia tam in Regula, quam in Constitutionibus præscripta destinantur. Regula igitur præcisè sumpta non constituit institutum, neque Religionem peculiarem, sed est veluti materia, ac generica quædam institutio, quæ specificatur, & contrahitur ad varios fines, quos sibi, ac posteris Religionum Fundatores præfixerunt: ut patet ex Regula D. Augustini, sub qua innumere militant Religiones inter se distinctissimæ, ac in suis functionibus ferè contrariæ. Quare non tam ex Regula, vel saltem non ex ea potissimum, quam ex Fundatorum Religionum sine in Constitutionibus præfixo, institutum Religionis est judicandum: & à fortiori vis & latitudo instituti pensanda erit, præcipuè ex declarationibus, ac Bullis summorum Pontificum; quia cum Regula sit jus quoddam humanum, & (ut nuper dicebamur) veluti materia quædam, à summis Pontificibus, à quibus confirmationem, vimque obligandi accipit, explicatur, declaratur, extenditur, ac pro temporum, & locorum mutatione limitatur, corrigitur, aut ad altiore finem, sive scopum sublimatur. Unde instituti Religionis appellatione, vel potissimum intelligere finem particularem illius Ordinis, ut Prædicatorum prædicare, Monachalium contemplari; aut ipsam Regulam præcisè sumptam: Ac denique instituti nomine comprehenditur tam Regula, & Constitutiones, quam finis specialis Religionis: quare quicquid in Constitutionibus præcipitur, vel alio modo ad Religionem pertinet, solemus dicere, ad Religionem pertinere institutum. De instituto igitur, in hac triplici acceptione erit sermo, an in aliqua illarum Ordinis nostri instituti, præcipuè Regula, Constitutionibus, aut speciali ejus fini pugnent, vel consentaneæ sint Missiones.

Tertio tanquam certum indubitatumque supponimus (latius inferius probandum) nomine, sive titulo salutis proximorum contineri tam fidelium, quam infidelium curam: id enim apertissimè probant rationes infra adducendæ, ac allatæ supra. Quare si probaverimus nostræ professioni valde esse consentaneum, de salute proximorum procuranda tractare; non erit dubium, quin idem censendum sit de infidelium conversione.

Quatuor igitur, aut quinque capitibus rem totam comprehendam. Primò, ex Regula. Secundò, ex summorum Pontificum testimoniis. Tertio, ex auctore ejusdem Instituti, ac ex nostrorum majorum exemplis. Quarto, ex mediis, hoc est, ex legibus scriptis. Denique quintò, ex fine speciali, quem nos communiter scopum nostræ vocationis appellamus. Ex his ergo principiis apertè deducam, ad nostram familiam curam hanc, & sollicitudinem, pro juvandis proximis potissimum spectare: dicturus deinde de eximia illa functione, quæ in infidelium salute procuranda versatur.

Ex

Ex vi Regulæ, quam nos primitivam appellamus, proximorum salutem incumbere tenemur.

## §. I.

**P**ræmitto primò tanquam indubitatum, nullam esse in Ecclesia DEI Religiosorum Regulam, cum qua pugnet studium salutis animarum; quod probat D. Thomas, 2. 2. q. 187. art. 1. ex decreto BONIFACII Papæ VIII. c. nullam 16. in quo expressè it. bilitavit, à nulla Regula id esse vetitum. Quocirca universis Religiosorum Institutiis & Regulis, (ut ibi ex Bonifacii sententia infert D. Thomas) congruit, proximorum animas adjuvare, ut latius in 2. parte cap. 1. Stimulæ missionum, & libro 2. de Conversione omnium Gentium procuranda pars. 2. demonstrat avimus. Quod vero Regula nostra illud ipsum minime interdicat, ex Bonifacii Papæ autoritate constat. Is enim optimè instituti nostri formam, ac Regulæ normam callebat, cum tempore primitivè ejusdem vigoris floruerit, ipsamque ab Innocentio IV. mitigatam & elucidatam declaraverit, nec non amplissima & multiformia Religioni indulserit privilegia, relata in Speculo Ordinis, quorum nonnulla proximè subiecto §. in medium profereamus. Igitur cum decreverit, in nulla regula prohiberi animarum curam, & nostram unà cum aliis sub hoc decreto comprehendendi, manifestum est.

**P**ræmitto II. Regulæ nostræ hanc animarum salutis functionem non modò non advertari, quin potius eidem apprime convenire. Enim verò cum cellæ recessus & solitudinis custodia præcipitur, id absolutè nequaquam, sed cum hac limitatione, (nisi aliis iustis occasionibus impediamur) commendatur. Ad hæc, in fine Regulæ subjungitur: Si quis verò superrogaverit, Dominus cum redierit, reddet ei. Quibus verbis apertum est ostium permagnum, ad omnia divina consilia, quæ Regula non contrariantur. Docete autem vel annunciare verbum DEI, cum Evangelicum consilium sit, vel potius præceptum, ut voluit D. Thomas opus. 19. alicui Religiosorum instituto repugnare nequit.

Tertio ceu indubitatum constituo, in Regula nostra apertissimum contineri præceptum de tuenda, sive procuranda proximorum salute, idque hæc verbis: Dominicus quoque diebus de custodia Ordinis, & de animarum salute tractetis, ubi excessus & culpa Fratrum, si qua in aliquo deprehensa fuerint, charitate mediâ corrigantur. Quo (cum enim INNOCENTIUS ista verba (de animarum salute) adderet, si dumtaxat de Religiosorum profectu ageret & Annon illis verbis (de custodia Ordinis) & similibus aliis, ubi agit de culparum animadversione, satis superque consulum foret? num peculiaria ac certa tempora requireret Pontifex, quibus Religiosorum spiritali emolumento invigiletur, cum id omni tempore à Prælati inquiri debeat? Verum quo clarius horum verborum genuinus sensus innotescat, recolendum est, in Regula olim ab Alberto primitivè tradita, illa verba (de animarum salute) non haberi, ut videre est in ipso textu Regulæ apud Paleonidorum lib. 3. cap. 2. & in præfationibus expositionis Regulæ, quam nos præteritis annis in lucem edidimus, sed eadem postmodum in correctione ac declaratione Regulæ Alberti, ab Innocentio IV. facta, ac postulantibus ipsis Religiosis fuisse adjecta, uti & reliqua, quæ in Regula pruden-

ter inserta fuerunt. Itaque Regula circa prædictum locum sic olim habebat: Dominicus quoque diebus vel aliis, de custodia Ordinis tractetis, ubi excessus & culpa Fratrum, si qua in aliquo deprehensa fuerint, charitate mediâ corrigantur, nulla facta mentione de animarum salute.

Oportet igitur, ut quænam ac quanta fuerit occasio addendi illa verba (Et de animarum salute tractetis) aperiatur, quo sic de mente Regulæ & sensu, dubitandi locus non supersit. Quapropter breviter attingam. Olim invadentibus terram sanctam Saracenis (ut latius profequuntur Ordinis historiographi, præcipuè Guilielmus de Sanvico, Eremita montis Carmeli, in Chronico de multipl. Religionis Carmelitarum, per provincias Syriæ, & Europæ, & Paleonidorum lib. 3. cap. 5. & 6.) non sine DEI nutu, opè, ac revelatione, majores nostri Syriam, Palestinam, & alia terræ sanctæ loca deserte se sunt coacti, & in Europam transmigrare. Quare anno Domini 238. supra millesimum nonnulli natione Cyrii in Famagustam, alii vero Siculi in Siciliam, in Massiliam alii, ac in provincias & regiones Europæ varias, varii transfretarunt, qui in prædictis regionibus, Ordinis Monasteria divina freti gratia crexerunt. Cum igitur in Eremitis Syriæ ob crebras Paganorum infestationes, sine periculo degere non possent, in Europa vero utpote ignoti, à Prælati aliisque personis supra modum vexarentur, nec possent facile, ut olim in Eremitis singuli seipsos servare, statuerunt coire in unum, & civitates villasque conjunctim inhabitando, suæ & proximorum salutem attendere. Testatur ipsum INNOC. IV. qui Europæ Prælati IV. Pontificatus sui anno, (ut refert Paleonid. lib. 3. cap. 6. & lib. 9. cap. 5. Speculi) in hunc modum rescripti: *Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis, & Episcopis, ad quos præsentis litteræ pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Paganorum incurfus dilectis filiis Fratribus Eremitis S. MARIE de monte CARMELI, necessitatem indicasse dignoscitur, quod se ad has marinas partes, non sine afflictione multa spiritus contulerunt, cum in contemplationis dulcedine recreari solitis, ex huiusmodi transita turbata non modicum fuerit quietis mentis. Cum itaque ipsorum ad hoc aspiraret affectio, ut per Apostolicæ pietatis auxilium, statim consequi valeant in quo sibi & proximis, DEO propitio, ad salutem proficere hilarificent, fraternitatem vestram rogandam duximus, & monentem per Apostolicam vobis scriptam mandantes, quatenus ipsos, dum ad vos pervenerint, benigno suscipientes affectu &c.*

In quo rescripto primo animadvertendum est, ipsius litteras expeditas fuisse ante mitigationem Regulæ, quam sequenti tunc anno præstitit INNOCENTIUS.

Secundo ante ipsam Innocentij correctionem Fratres prudenter mutasse consilium, ut qui antea in Eremitis contemplationis tantum dulcedine tenebantur, mox in villis degere compulsi, non contemplationi tantum, sed & proximorum salutem vacare destinabant, ut clarè innuunt hæc verba: *Cum itaque ipsorum ad hoc aspiraret affectio, ut Apostolicæ pietatis auxilio statim consequi valeant, in quo sibi & proximis, Deo propitio, ad salutem proficere hilarificent, expendenda sunt illa verba statim consequi valeant.* Intendebant enim non perfunctoriè, sicut & Eremitis permittebatur proximos juvare, sed ad illud ex vi status teneti. Eum in finem, sequenti anno (ut ex Regula constat) Regulam Alberti corrigi, mitigari, ac declarari, præsertim circa prohibitionem habitandi in villis & civitatibus, ab Innocentio postularunt.

Quo-

Legend.  
Joan. à  
PESCU-  
MARIA  
Tom. 4.  
Tract. cui  
titulus,  
Assertio  
Missionum.  
Orationum  
adversarum  
resolutio.

Et Ven.  
P. Hieronimi  
Graciani  
liber de  
xelo pro  
pagatione  
Fideli.

Quocirca paulo post annexit Innocent. IV. illa  
verba de animarum salute tractatis; quæ declaratio  
postquam à Sede Apostolica dimanavit, statum,  
quem ardentibus votis exoptarant, hæc sunt, in  
quo & suæ & proximorum salutis impensè inda-  
ganda; conatus suos exereere possent.

Ab hac igitur Innocent. IV. Regule correctio-  
ne ac declaratione, arcta illa eremiticè vivendi  
consuetudo, in alteram nempe Cœnobialis vitæ  
methodum mutata est: quæ enim divinæ tantum  
contemplationi priùs insiltebat, cœpit exinde  
proximorum curam ac vigilantiam in se suscipere:  
quod & expressè docuit Specul. Ordinis lib. 9. cap. 8.  
in fin. his verbis: Professores hujus Religionis,  
qui in monte Carmeli tempore ELIÆ & ELISEI  
Prophetarum continuè & incessanter in contem-  
platione DEI perseverant per annos circiter bis

Religio  
Carmeli  
perstitit  
in Car-  
melo an-  
nis 222.

Vaticinia  
de Car-  
meli de  
solatione  
Jerem. 4.  
Isai. 16. c.

A monte  
Carmeli  
Ordo  
propaga-  
tus per  
diversas  
mundi  
partes.

mille ducentos viginti unum, in hac persecutione  
montem illum ex toto amiserunt, quod ideo to-  
tum factum puto, ut adimpleretur, quod varici-  
natum fuerat per Jeremiam Prophetam dicentem:

Aspexi, & ecce Carmelus desertus; jam enim læticiam  
& exultationem, quibus, contemplationis dulce-  
dine, in eodem monte Professores hujus Religio-  
nis recubabant, non esse perpetuo ibidem per-  
mansuros, Isaias dudum prophetaverat, di-  
cens: Auferetur læticia & exultatio de Carmelo.

Ab illo tamen monte dilatati fuerunt professores hujus  
Religionis in diversas mundi partes. Qui etiam no-  
visunt, scilicet à diebus D. Papa Innocentij IV. & san-  
ctissimi Regis Ludovici, ab eodem monte Carmeli, in  
partibus Occidentalibus multiplicati sunt in multas  
provincias provinciaeque in domos; domus in personas  
multas sufficiens & idoneas, per orbem virescendo  
florent, & florento multum fructum adferunt, ad  
signi Catholicae auginctum.

Ab Innocentij etiam IV. temporibus, cum Fra-  
tres ad procurandam salutem proximorum jam  
ex Regule præscripto sese adstringi intelligerent,  
Prælati eorumdem, opportuna capessere media, ac  
de ratione studiorum Theologiae cogitare cœpe-  
runt, eaque Religiosis injungere, eisdem Confes-  
sionibus excipiendis, verboque DEI distemnan-  
do exponere non neglexerunt. Constat hoc sper-  
tissimè ex verbis ipsius Innocentij IV. apud Specu-  
lum Ordinis fol. 96. ubi hic habetur:

INNOCENTIUS Episcopus, Servus servorum  
DEI, dilecti filii Priori, & Generali, & Fratribus  
Eremitis S. MARIE de monte Carmeli, salutem &  
Apostolicam benedictionem. Devotionis augmentum  
vobis DEO propicio provenire confidimus, si super his,  
quæ piè cupitis nos benignos ad gratiam habeatis. Cum  
itaque, sicut ex tenore vestre petitionis accepimus,  
plures vestri Ordinis in Theologica facultate instructi  
competenter existant, nos vestrum supplicationibus an-  
nuentes, tibi fili Prior, presentium auctoritate conce-  
dimus, ut illis ex prædictis Fratribus, quos ad hoc ido-  
neos esse cognoveris, proponendis Fidelibus verbum DEI,  
& audiendo confessiones eorum, de Diocesanorum ta-  
men locorum assensu, licentiam largiaris, sine juris  
prejudicio alieni. Dat. Assisi 7. Kalen. Septemb. Ponti-  
ficatus nostri Anno XI.

Ubi Innocentius Fratribus ipsis Eremitis, ad-  
huc in monte Carmeli habitantibus, concedens,  
ut Prælati Religiosos idoneos Confessionibus  
excipiendis exponant, supponit aperte, id ipsum  
institutum ac Regule eorum normæ congruere,  
quia in illa animarum salus expressè erat com-  
mendata. Ipse etiam Innocentius Episcopo Leo-  
dienti, in Religiosis favorem referens (ut in  
Speculo Ordinis fol. 74. refertur) rem hanc non mi-  
nus aperte confirmat dicens: Cum itaque dilecti

Filij, Prior & Fratres Eremitæ de monte Carmeli in  
Anglia commorantes, ad tuam diatissim divertere cu-  
pant, ut ibidem insistant divinis legibus, & sibi ac alijs  
gloriam perpetua claritas acquirant.

Denique ab hoc tempore, omnes ferè Pontifi-  
ces, qui Ordinem privilegijs gratiisque innumeris  
condecorarunt, uno ore loquentes, vel institum  
Ordinis ex eo commendant, quia bisarium,  
scilicet activæ & contemplativæ vitæ studium am-  
plectatur, vel id ceu certum supponunt, uti latius  
sequenti §. ostendemus.

Illud tamen obiter considerandum, tam IN-  
NOCENTIUM IV. quàm alios Pontifices in suis  
Bullis, dum Fratres nostros DEO & saluti proxi-  
morum addictos referunt, simul eos Eremitas  
appellare, ut ostendant eum Eremitarum nomi-  
ne, curam proximorum salutem propagandi, non  
pugnare, ut clarè constat exemplo Fratrum Au-  
gustinienis, qui adhuc Eremitarum nomine  
gaudent.

Ceterum etsi nullum esset in Regula, hæc de re  
expressum præceptum, sufficeret, ut initio profes-  
sionis sumus, quod in ea non prohiberetur. Ne-  
que enim D. Augustinus in Regula meminit salu-  
tis proximorum, & tamen sub eo diversæ Christo  
famulari congregaciones, quæ licet habitus di-  
versæ sint, variæ in constitutionibus, discretæ in  
Cæremonijs, unâ tamen contentione glorificandæ  
di DEUM, & proximum eidem lucrificandi, se  
exercendo in pijs operibus, defudant.

Summorum Pontificum testimonijs,  
animarum curam nostro Instituto  
inesse comprobatur.

§. II.

NOstrum Institutum mixtum esse ex actione  
spirituali, & divinum contemplatione, ex  
summorum Pontificum testimonijs, ad quos spe-  
ctat proprium uniuscujusque Ordinis Institutum  
declarare, ita clarè convincitur, ut non opus sit  
pluribus uti argumentis. Eorum igitur tantum  
litteras, ac testimonia præferam, qui tempore Re-  
gulæ (quam nos primitivam appellamus) flo-  
uerent. Quare omnes infra adducendi; aut horum  
Pontificum functi, ante Eugenium IV. (qui anno  
Domini 1431. regulam omnino mutavit, ut ex  
temporum computatione clarissimè conspicere  
licebit) claruerunt.

A tempore igitur INNOCENTII IV. ut in  
fine præcedentis §. 1. leviter attigeram, omnes ferè  
Pontifices, per varia sæcula, continua suarum lit-  
terarum serie, nostro Instituto curam animarum  
salutem promovendi consensaneam esse, vel sup-  
ponunt, vel clarissimè exponunt verbis. Et ut  
nunc omittam INNOCENTII IV. præcedentis  
§. allata testimonia, (quæ si attentè expendantur,  
efficacissima sunt, ut credamus etiam illa felicissi-  
ma ætate, majores nostros in montis Carmeli va-  
sta solitudine, cum Eremiticæ vitæ observantia,  
litterarum palæstram, ac animarum curam con-  
juxisse) adducam & alia aliorum Pontificum gra-  
vissima effata, qui INNOC. IV. vestigia, ac men-  
tem secuti sunt, quorum Apostolicæ literæ ha-  
bentur in Speculo Ordinis prope finem, loco, &  
pagina à nobis adducendis.

URBANUS IV. in Bulla, quæ incipit: Pietatis  
opus &c. in Speculo fol. 73. Maxime (inquit) cum  
ipsi (loquitur de nostris Religiosis) studeant sub  
extrema paupertate vivere, ipsorum ergo ad hoc fer-  
venter

In ipso  
Carmelo  
cum con-  
templatione  
literarum  
& animarum  
curam  
conjunctum.

Summorum  
Pontificum  
testimonia

venter  
DEO pro  
lam Urb  
Speculo  
delum o  
fiones, il  
marum f  
savor d  
URB  
do veser  
tatu. D  
stadio i  
pervenit  
secundis  
insignim  
Arnam  
tu fruct  
CL  
qua in  
& pro  
Urban  
secund  
ex alia  
fol. 62  
BC  
Religio  
Ipsi p  
porab  
Ubi  
sint  
Con  
clarè  
felicis  
ita ut  
XXX  
O  
plan  
gati  
sistun  
At  
dicit  
lum  
tium  
rib  
M  
M  
Q  
P

nia de  
copioso  
fructu,  
quem in  
animarū  
salute  
promo-  
venda  
produxit  
semper  
Carmel.  
Oido.

venter spirat affectio, ut per eorum ministerium salus DEO proveniat gratissima animarum, &c. Idem etiam Urbanus in Bulla incipiente, *Vobis ad hoc* (in Speculo fol. 69.) concedit Fratribus licentiam Fidei omnium ad se venientium audite confessiones, illisque reddit rationem: *Quia qua animarum salutem paritura credimus, benigno concedere favore debemus.*

URBANUS IV. in alia Bulla: *Sacer* (ait) *Ordo vester in agro Dominico, divina dispensatione plantatus, Dominicum gregem illuminat, & currentibus in stadio iter insinuat, quo ad salutis bravium facilius pervenitur.* (Et infra) *Hac sacra Religio virtutum fecunditate referta, ex sua institutionis exordio, per insignium meritorum gratiam, & exemplaris vite doctrinam uberes habet in universali Ecclesia honestatis fructus protulit, & salutis &c.* in Speculo fol. 72.

CLEMENS IV. *Praclara Ordinis vestri Religio, qua in agro Ecclesie habet uberes fructus produxit, & producit.* Et infra etiam repetit praedicta verba Urbani IV. nimirum, *Hac sacra Religio virtutum fecunditate &c.* in Speculo fol. 72. Idem colligitur ex alia ejusdem Clementis IV. Bulla apud Specul. fol. 62. p. 2.

BONIFACIUS VIII. in Bulla, quæ incipit, *Religioni vestra meretur honestas, ut peccatoribus vestris praesertim animarum salutem concernentibus favorabiliter annuamus, &c.* in Speculo fol. 69. p. 2. Ubi concedit Pontifex Ordinis Praelatis, ut possint Religiosos exponere ad praedicandum, & Confessiones audiendas. Omnes hi Pontifices clarè supponunt animarum curam, ad nostræ professionis scopum, & finem reduci. Sed & clarior, ita ut nullus relinquatur dubitandi locus, JOAN. XXII. in Bulla: *Sacer.* (inquit fol. 67. Specul.)

*Ordo vester in agro Dominico Divina dispensatione plantatus &c. Cujus professores mundanis a se relegatis illecebris, caelestium contemplationi vacantes insistent jugiter, & profectibus animarum.* Et infra: *Ad ea libenter intendimus, per qua Professores jam dicti nullum interna pacis patientur excidium, nullumque sui status perferant detrimentum, ut eo devotius divino cultui, ac salutis animarum insistant operibus, quo quietior eorum status fuerit &c.* Datum id. Martij, Pontificatus sui Anno I. Quæ verba CLEMENS VI. in alia Bulla, apud Specul. fol. 67. quæ etiam incipit: *Sacer ordo vester* anno VI. sui Pontificatus, ad litteram repetit & confirmavit.

Ac deinde JOANNES ipse XXII. Anno XI. sui Pontificatus in Bulla quæ incipit, *Inter ceteros Ordines, quæ habetur in dicto Speculo, fol. 69. p. 2. inter alia ita Ordinis Fratres descripsit: Sane pro parte vestra fuit in Consistorio propositum coram nobis, quod Ordo vester, cuius institutio Concilium generale praecessit, ab antiquo per sedem Apostolicam approbatus, in diversis mundi partibus, in sacra pagina Magistris, Baccalareis, Lectoribus, Scholaribus, & quam plurimis Sacerdotibus eruditus, ac sufficienter instructus, in praedicationis officio verbi Dei, nititur resplere, ac in iisdem partibus Fratres sufficientes, & utiles ad irrigandum agrum fidelium rore verbi Divini, & excolendum eorumdem Fidelium mentes, non solum eruditione sermonis, sed Confessionum auditione, & penitentiarum impositione salutarium existere dignoscantur, &c.* In hac Bulla idem summus Pontifex Joannes auctoritate Apostolica Constitutionem Bonifacii VIII. relata in Clemens. Dudum, de sepulturis, & in *Extravaganti*, super Cathedralam, quæ loquitur expresse tantum de duobus Ordinibus Mendicantibus, Praedicatoribus scilicet & Minoribus, (ubi eos coadjutores Episcoporum constituit, atque privilegia indulget)

plenissime extendit, ad nostri Ordinis professores. Illud quoque obiter considerandum, ante ipsum Joann. XXII. à tempore Innoc. IV. ut clarè ex superioribus constat, nostri Ordinis professores additos fuisse animarum ministerio, sicut & Fratres Praedicatorum à sua institutione, qui tamen à Bonifacio VIII. & nos à Joanne XXII. ceterique Ordines Mendicantes Episcoporum effecti sunt coadjutores.

Hæc sunt Pontificum testimonia, omni exceptione majora, quibus regulæ primitivæ, (omnes enim ante Eugenij IV. mitigationem claruerunt) ac institutionis nostræ mens apertissime declaratur.

### Ex constitutionibus idem demonstratur.

#### §. III.

UNIVERSÆ ferè utriusque Congregationis, tam Hispaniæ, quam Italiæ conditæ ab initio leges, huic animarum zelum, tamquam nobis consentaneum, nostri instituti athletis injungunt; quod validissimum est argumentum, quo animarum zelum semper fuisse Religioni proprium confirmatur. Neque enim efficacius Religionis aliqujus spiritus aliunde probari potest, quam ex Regulis in eadem scriptis, ac observatis: Nam leges ipsæ, & instituta, clarè vivendi modum, & semitam cujusque Religionis edocent. Quod ut clarior liqueat, breviter perstringam Constitutiones de hoc argumento hæctenus in Religione factas: in iis enim apertè animarum zelus commendatur, & quibus id potissimum fieri debeat medius, demonstratur: Unde ad oculum videre licebit, zelum animarum semper in Religione viguisse, nec non conjunctionem illam vitæ activæ, & contemplativæ, quæ ad æquatus status nostri finis existit.

Præsupponendum itaque est Reformationem nostram initium sumpsisse Anno 1568. prima Dominica Adventus, & ab illa die usque ad quartam Martij 1582. qua Capitulum Complutense celebratum fuit, factaque separatio à Patribus mitigatis, undecim anni currebant. Quo tempore scriptis Legibus, ac Constitutionibus carentes, factis ipsis atque exemplis primi illi Patris hujus novæ Reformationis institutum posteris apertè demonstrarunt. Æstibat tunc apud illos Patres, & contemplationis studium, & ardens animarum zelus: crebræ, ut beata Virgo THERESIA in suis *Fundationibus* cap. 13. recenset, & nos infra latius dicemus, erant ad populum prædicationes, Confessionum exceptiones: crebri pro juvenandis proximis per vicis, & castella excurtus.

Præterea hoc etiam spiritu, & intentione conditæ fuerunt primæ Constitutiones in Capitulo Complutensi Apostolica auctoritate interveniente, in quibus clarè, & apertè pluries animarum zelus commendatur. In prima namque parte cap. 2. num. 1. dicitur, in Ordine nostro tria Conventuum genera distinguenda: Unum pro novitiis, alterum pro studentibus, tertium pro professis, & in eorum quolibet diversa studia, & exercitia secundum cujusque scopum esse stabilienda. Et postea additur: *In primo enim præcipue de educatione spirituali, in II. de litterarum studio, in III. verò de spirituali Monachorum profectu, & animarum aliarum salute est habenda ratio.* Ecce primis

Animarū zelus quanto opere semper viguerit in utraque Congregatione Carmelitarum Discalceatorū docent coplures earum leges ac constitutiones.

primis hujus reformationis legibus animarum zelus non obiter, aut perfunctorie, sed serio, & quasi scopus manifeste præfixus: Ecce Religiosorum nostrorum statum in duas divisum partes: alteram, quæ de educatione spirituali, & animarum nostrarum profectu agit, (quæ ad Ordinis custodiam spectant; alteram, quæ de litterarum studiis, & proximis juvandis, quæ ad illa verba Regulae, *Et animarum salute tractetis*, referenda sunt. In hac igitur Constitutione, (quæ etiam continuata est usque ad nostra tempora) Regulae nostræ mens, & serè ipsa verba, de quibus cap. 2. agebamus, nempe de *custodia Ordinis, & de animarum salute tractetis*, expressa, declarata, ac ut oblectetur in Ordine præfixa, non sine divino consilio exponuntur. Et in eadem prima parte Constitutionum, cap. 17. de studiis, & studentibus, num. 2. sic habetur: *Quia verò Religiosos decet, ut hæresis & vitia extirpentur, eaque legere qua sibi, & proximis, in fide, & moribus prodesse dignoscuntur &c.* Atque hic etiam animarum zelum præcipi manifeste constat, cum in eum finem studiorum exercitia sint ordinata. Constitutiones hæc decem annis continuas, in viridi observantia fuerunt, atque iis durantiibus animarum zelum in Religione floruisse, nemo est qui negare possit.

Post quas Constitutiones aliæ introductæ sunt, & ut verius dicam continuatæ eadem hinc e, in Capitulo Madriti celebrato, Anno Domini 1590. in quo præsidente Religiosissimo viro Patre Nicolao de Oria, statuta omnia, quæ animarum salutem concernebant, auctoritate Apostolica denuo fuerunt stabilita, seu potius confirmata, & ex consequenti eundem Religionis spiritum Apostolica auctoritate firmatum. In prima enim parte cap. 9. num. 6. sic dicitur: *Et quia convenit Religiosos studere vitiorum ac hæresum extirpationi, atque ea legere, quæ ad fidei promotionem, bonorumque operum incrementum, ac proximorum salutem conducunt.* Et in 2. parte cap. 12. *Erunt in Religione nostra tria domorum genera, unum in quo Novitij instruantur, alterum collegiorum pro studentibus, tertium pro Professis.* Et post pauca, *In primo præcipue de educatione spirituali &c.* eisdem enim omnino verbis ac in Constitutionibus Compluti editis, ut nuper retulimus. Potestne clarius, & expressius commendati animarum cura? Faciunt etiam ad hujus veritatis confirmationem ea, quæ in dictis etiam legibus caventur in prima parte cap. 4. num. 2. *Quod scilicet in Conventibus, in quibus generalia studia non existunt, (qui videlicet de numero eorum sunt, quibus cura, & zelus aliarum animarum injunctus atque commissus est) sint duo Regentes, qui sacras litteras legant, eo scilicet fine, ut in Scripturis Religiosi edocti, populo possint prædicare, quia utilis est ad docendum.* Deinde parte 2. cap. 14. num. 8. habetur: *Et quia doctrinam Christianam populum edocere obsequium est Deo acceptissimum, ideo quilibet Provincialis in Conventibus sua Provincia, prout sibi magis expediens visum fuerit, vel in Conventu, vel extra hoc ipsum præstabit.* Hæc leges, & spiritus fervor in Religione perseveravit decem annorum spatio ad annum usque 1600.

Deinde Anno 1600. in Capitulo celebrato Paltranzæ, sive Toleti aliæ leges publicatæ sunt, quas delegati cum auctoritate Apostolica sicuti priores sanxerunt: in quibus uti & in ceteris nobis injunctus atque commendatus fuit zelus animarum. In prima enim parte capite 1. numer. 2. dicitur: *Prima nostra obligatio est, qua nos ante*

omnia Divino obsequio, deinde nobis in Christis, atque ultimo proximorum saluti studere tenemur. Ac in eadem prima parte cap. 19. num. 24. scriptum est: *Et quia non solum in Collegiis, sed etiam Religionis nostræ Conventibus litterarum exercitia esse oportet, ut aptiores reddantur, qui animarum salute incumbunt.* Et eodem cap. num. 28. *Procurent diligenter Pralati Religionis nostræ, ut Bibliotheca Conventuum nostrorum probe instructa sint omnibus libris necessariis ad profectum proximorum promovendum.* Viguerunt leges hæc ad annum usque 1604. in quo Constitutiones novæ conditæ sunt, ac in novam formam redactæ. In his demum legibus quid clarius, quam animarum zelus in ipsarum vestibulo præscriptur? In cap. enim primo ita scriptum invenitur: *Præterea cum sacer Ordo nostris ad excolendam vitam Domini ab Ecclesia sancta vocatus, ad Sandorum Patrum Prophetarum ELIÆ, & ELIÆ, aliorumque vestigijs inherendo, non solum celeste contemplationi insistat, sed & profectibus jugiter vacet ammarum, tam contemplationem quam actionem complectitur.* Quibus verbis clarè satis exprimitur, finem nostrum mixtum esse ex contemplatione, & actione: Et in 2. parte dicitur cap. 1. num. 3. *Quatuor sunt apud nos monasteriorum genera. Primum in quo recipiuntur, & instruantur Novitij: Secundum in quo recipi, & in virtutibus radicati in sacrarum litterarum doctrina, & scientia eruduntur, hujusmodi sunt Collegia: Tertium verò de spirituali Monachorum profectu, & animarum salute est habenda ratio. Plenius id confirmatur ex his, quæ in secunda parte capite 4. num. 19. scripta reperies: *Studeant Pralati, ut in librorum officina omnes libri necessarii, tam ad Religiosorum profectum, quam ad proximorum salutem reperiantur.**

Similes in omnibus terè conditæ sunt à nostra Congregatione Italicæ Constitutiones, quæ etiam cap. 16. part. 2. Missionum Seminarium Romæ, & in aliis Provinciis, erigendum esse decernunt. Quare cum in utriusque Congregationis scopo de juvandis proximis sermo fiat, ac præfiguratur forma Prædicatoribus, Confessoribus, Collegiis, Rectoribus, Lectoribus, Scholasticis, ac aliis functionibus animarum saluti destinatis: & quod fortius est, major & optima Religionis pars in his exercitijs occupetur (& fortè nulla est Religio in Hispania sive Italia, servata proportione, quæ pluribus Prædicatoribus ac Confessoribus gaudeat) magnam Religionis interrogare injuriam, qui dicit: et tot viros, inter quos maxima & præcipua est Ordinis pars, contra vel extra proprium finem, & institutum à Religione occupari.

Hæc sunt à novæ reformationis Patribus ab initio sancitæ, & constitutæ leges, & ut ita loquar, voces DEI scriptæ. Quare quemadmodum fontium aquæ, quod longius à genuina scaturigine dilabuntur, eò amplius confluentium hinc inde aquarum commixtione inficiuntur, & primæ sinceritatem amittunt; ita etiam Reformationis nostræ status, quantum à florentissimo principio recesserit, tantum amittet puritatis.

Ab Authore nostri instituti, & ab exemplo majorum, animarum zelus nobis maximè commendatur.

## §. IV.

58. Elias & Eliseus **M**Ajores nostri eam vitæ institutionem coluerunt, quæ & contemplationi divinarum rerum vacaret, & proximorum saluti, maximè cum eorum necessitas exigebat, consuleret. Sic olim Patres nostri, ac primi instituti monastici propagatores, ELIAS, & ELISEUS, non zelo miscipto sed rebus gestis, ut scripturæ sacræ narrant historiæ, instituerunt, & posteris observandam tradiderunt. Quare magnus ille Athanasius in *Epistola ad Dracontium Monachum* Eremitam, contentiose tenentem animarum curam suscipere, ELIÆ, & ELISEI exemplo urget relictæ solitudine, ad animarum ministerium amplectendum. Recolenda sunt Athanasii verba à nobis *Stimuli missionum 2. part. Cap. 5. in opere de Conversione omnium Gentium &c. lib. 2. part. 2. Cap. 5. allata. Eodem quoque Magni ELIÆ Prophetæ exemplo Ammianus Eusebio Monacho, ut Theodoretus narrat in vita Eusebii, idem persuasit.*

Hanc etiam vivendi normam erumpente Evangelii luce Carmelitæ magna cum animi contentione imitati sunt. Nam à monte Carmeli descendentes ab Apostolis primum baptizati, postea eorum coadjutores in prædicatione sancti Evangelii effecti sunt, ut Josephus Antiochenus *libr. 12. speculi perfecta militie primitivæ Ecclesie scripsit, nosque late retulimus Stimulimissionum 2. parte cap. 4. & lib. 2. part. 2. Cap. 4. de Conversione omnium Gentium procuranda.*

Sed si ad alia tempora, statumque Religionis descendamus, eandem inveniemus institutionem, vitæque rationem servatam. Nam & illi Patres primitivæ nostræ Regulæ olim professores, etiam antequam Religio nostra Ordinibus Mendicantibus annumeraretur, ita Regulam in praxi observarunt. Nam cum tunc Eremiticam vitam in monte Carmelo in singulis, & separatis cellulis commorantes profiterentur, convenientissimum judicaverunt sanctiores illius temporis viri ex solitudine ad imitationem Patris nostri ELIÆ Prophetæ pro animarum salute prodire. Quare B. Pater Cyrillus, qui inter Latinos fuit tertius Ordinis Generalis, vir alias sanctissimus, spiritu prophetiæ illustris, clarosque miraculis, in Armeniam prædicandi Evangelii causa à D. Basilio in visione monitus, se consulit, majoremque illius Provinciæ partem ad Ecclesiæ Romanæ unionem redaxit.

Quid s. *Angelus* Quid de sancto Angelo, qui ardore martyrii, animarumque zelo flagrans, tanquam nubes imbrifera (ut Etardus Carthusianus in *Fasciculo temporum* scribit) prædicando circumquaque discurrens, innumeras Christo lucrificavit animas? Quid vero de sancto Alberto, qui antiquorum Patrum vestigia secutus est, referam? Nonne multos ex Judæis ad veritatem fidei adduxit?

Quid s. *Albertus* Quid demum de beatissimo viro Simone Anglicano, cujus gesta breviter Paleonid. *lib. 3. cap. 8. referens ait: Eloquentissimus erat, ac tam vehementer à Jesu Oper. Tom. 1.*

Quid s. *Simon Stock* Quid demum de beatissimo viro Simone Anglicano, cujus gesta breviter Paleonid. *lib. 3. cap. 8. referens ait: Eloquentissimus erat, ac tam vehementer à Jesu Oper. Tom. 1.*

mens, tamque efficax divinarum eloquiorum enucleator, ut Anglorum animos à vitio ad virtutes mirabiliter commutaret. Nonne isti alique Patres strenuam operam dederunt, ut populos Christo conciliarent? De his ergo viris sanctitate præstantissimis inquiri, an fuerint Carmelitæ? an institutum Regulamque primitivam observarint? si observarunt (quod omnino asserendum est, nec aliter sancti esse potuissent) affirmandum etiam est, omnino eos, qui animarum zelum meditantur, nelato quidem ungue ab instituto discedere, sed potius illud perficere, atque observare: sicut latissimè ex *infra* dicendis apparebit.

Nec minùs urget B. Virg. THERESIÆ, novæ Reformationis erectricis exemplum, quam ardens DEI & proximorum charitas monasterio expulsi, ut animarum salutem, quas perire cernebat, sollicitè procuraret: eoque studio sic effebuit, ut totam ferè Hispaniam viginti annorum spatio, pro animabus DEO lucrandis, magno cum labore peragravit; sæpeque dicere solebat, se potius viris Apostolicis animarum zelum invidere, quo Christo animarum lucrum reportant, quàm sanctorum martyria, quibus tantum sibi gloriam parabant.

Et ut nullum argumenti genus prætermittam, eadem Seraphica Virgo, ac nostræ Reformationis Mater THERESIA, in *libro Fundationis suorum monasteriorum, cap. 13.* agens de prima illa Religionis ætate, maximè commendat illos duos piissimos Patres, à se pro erigendo primo Monasterio electos, quod eo tempore, quo prima Ordinis fundamenta in oppido illo Durvelo jaciebant, & orationi instantes, & Verbo DEI per vicinas villas disseminando non sine magno animarum fructu studuissent. Hæc fuerunt nostræ Reformationis primordia: his duobus sponsi uberibus, oratione, & animarum salute ab infantia lactatus est Ordo noster: in hæc tanquam in scopum tendunt actiones nostræ, ut jam latius ostendam.

Scopum, sive finem specialem vocationis nostræ tam contemplationem quam actionem complecti.

## §. V.

**I**nstituto nostro non tantum conforme consentaneumque esse, sicut & ceteris Monachorum Ordinibus, sed & propriissimum, tanquam uni ex Mendicantibus, opem proximis ferre satis superque constat ex superioribus. Illud restat examinandum, an munus hoc, proximos juvandi, ita ad vitæ nostræ rationem pertineat, ut finis sit: & scopus vocationis nostræ, & ut ita loquar, intret rationem finis essentialis, constituentis & distinguentis institutum nostrum ab aliis aliorum Ordinum: sunt enim veluti gradus quidam eorum, quæ ad Religiosum statum spectare, vel eidem advesari possunt.

Primo est eorum, quæ sunt omnino contraria, quia cum voris, sine, regula, aut constitutionibus pugnant. Secundus eorum, quæ instituto nec contrariantur, nec tamen ad illud etiam per-

Quid s. Theresia

De a Jesu

Spirit. II VIII 2-6

Quadruplex gradus eorum qua ad

Rc



Religio-  
sum sta-  
tum spe-  
ctare, aut  
eidem  
adversari  
queunt.

perinere dignoscantur, quæ propriè præter instituti rationem appellari solent: Ut si Prælatus injungeret jejunia, vel asperitates alias ab his, quæ in Regula aut Constitutionibus, præscribuntur. Tertius eorum, quæ sunt professioni consentanea, qualia sunt ea omnia, quæ sunt media ad finem universalem, vel specialem illius Religionis; ut sunt in nostro Ordine Jejunia, claustra, scientiarum studia, verbi Dei prædicatio, quorum alia ad contemplationem, alia in proximorum dilectionem, & curam diriguntur. Quartus gradus est eorum, quæ sunt de substantia instituti, & veluti bases & fundamenta monasticæ disciplinæ, qualia sunt substantialia vota, & finis, sive scopus illius Religionis, ad quem omnia alia destinantur. Inspiciamus ergo, an animarum zelus sit specialis finis à Patribus præfixus nobis, & veluti scopus, per quem ad Dei amorem, & proximi pervenire debemus.

Tria sunt Scindendum deinde est, quod, quamvis finis, Religio- pro varietate, & diversitate Religionum varius num ge- sit, omnia tamen ad tria genera reducuntur, sen- nera, ju- candum quod ab omnibus Theologis, tria esse xta finis potissimum Religionum genera traditur: quo- proprii rum aliud in agendo, aliud in contemplando diver- versatur; tertium verò tam actionem, quam sitem. contemplationem complectitur. Quod adhuc in alia duo membra subdividi potest. Nam vel est mixtum ex æqualibus partibus, ita ut æqualiter & contemplationi, & actioni vacet; vel plus minus de contemplatione, & plus de actione, vel è contra.

Institutum Nostræ igitur Religionis institutum mixtum nost. mi- esse ex contemplatione, & actione, non tamen xum est ex æquo, sed principaliter ex contemplatione, ex contem- minus principaliter ex actione, omnino est cer- platione tum. Primò ex declaratione summorum Pon- & actio- tificum, qui tempore primitivæ Regulæ florue- ne, cujus rant, ut patet ex his, quæ Cap. 3. 4. partis Stimuli missionum attulimus, præcipuè verò ex verbis illis JOANNIS XXII. & CLEMENT. VI. Cujus professoris celestium contemplationi vacantes insillum jugiter, & profectibus animarum. Id etiam manifestè constat ex Bull. INNOC. IV. aliorumque Pontificum.

Probatur Tum etiam ratione demonstratur, quia scopus sive finis nostræ Religionis non est solum ex Ponti- oratio, aut contemplatio, ut constat, tum ex fic. Bullis prædictis Pontificum Bullis, tum etiam ex fine, quem habent sibi præfixum Ordines Mendicantes, qui, in quantum tales, instituti sunt ad activam vitam spiritualem in proximos exercendam, summum Pontificem, Episcopos, & Parochos adjuvando: igitur finis ex contemplativa, & activa vita coalescit.

Item Ra- Tertio hunc finem ex contemplatione, & tionem. actione compositum in ipso proœmio, Constituciones utriusque Congregationis tam Hispanicæ, quam Italicæ athletis suis præfixere; & primò Hispanicæ de fine sibi constituto dissonantes inquirunt: Præterea cum sacer Ordo noster, ad excelendam vineam Domini, ab Ecclesia vocatus, ac sanctorum Patrum ELIÆ, & ELISÆ, aliorumque vestigiis inharendo non solum celestium contemplationi insillat, sed & profectibus jugiter vacet animarum; tam contemplationem, quam actionem (licet non ex æquo) complectitur: nam illam ut finem proximum; hanc verò, ut

illi annexam respicit. Et infra: Et licet Regula nostra aperte tradiderit media ad hos fines consequendos &c. Ecce qua ratione Patres Ordinis nostri clarè, & aptissimè, duos hos fines agnoscunt; sive ut Theologi dicunt, unum mixtum ex contemplatione, & actione.

Similiter in proœmio Constitutionum Congregationis Italicæ, idem designator scopus, cum in eis ita caveatur: Nostra verò Religioni duplex hoc bonum (nempe vacare DEO, & proximorum saluti) ordine servato, divinitus collatum est: ut potior ejus pars esset arcana unio, qua per amorem, & contemplationem DEO anima sociatur; posterior autem proximis impenderetur: quam vita rationem amore utroque flagrantem Patres nostri ELIAS, & ELISEUS non scripto, sed rebus gestis instituerunt, & posteris observandam tradiderunt. Quid igitur opus est in his immorari, cum ex antiquis Pontificum traditionibus, ex novis, & apertissimis ipsius Ordinis decretis, ac Constitutionibus, ex Ordinum Mendicantium institutione, ex ratione ipsa constat, Religionem nostram hoc altissimo fine gaudere, qui illam perfectionem reddit, quam si solum contemplationem amplecteretur, ut 2. part. Cap. 6. Stimuli missionum ex D. Thomæ doctrina laus tradidimus.

Et ut nullum argumenti genus pro hujus veritatis confirmatione desideraretur, sufficeret B. Virginis THERESIE, novæ hujus reformationis erectricis auctoritas & exemplum, cujus præcipuus scopus in nova suæ familie restauratione ille fuit, (ut novissimum est apud omnes, magisque ex sequenti capite constabit) ut oratione, exemplo, & doctrina tuorum Monasteriorum quamplurimas Christo animas lucraretur, ac omnibus modis sibi possibilibus Ecclesiæ, fidei propagationi, & conversioni Hæreticorum ac infidelium opem ferret.

Habemus igitur ex dictis, animarum zelum, non solum instituto nostro non adversari (stulium enim censuit D. Thomas 2. 2. quæst. 187. art. 1. & opusc. 19. imò & erroneum, quod & nos ejus præcipuis argumentis demonstravimus Stimuli miss. part. 2. Cap. 1. & lib. 2. de Conversione omnium Gentium, part. 2. Cap. 1. affirmare animarum salutis studium contrarium esse alicui Monachorum instituto; sed & omnino esse consentaneum, utpote à Regula præceptum, Pontificum decretis declaratum, Constitutionibus quamplurimis firmatum, ab institutoribus ac majoribus nostris eorum vitæ exemplis commendatum: ac demum (quod & gravissimum & maximum est) non tam pertinere ad nostrum institutum, quam esse ipsissimum scopum finemque instituti.

Quibus positis illud etiam videtur consequens, omnes nostras actiones, omnesque regulatis disciplinæ profectus, tantò amplius utilitatis & perfectionis continere, quanto huic scopo plus fuerint affines, nihilque salutaris, & ad omnem spiritualem profectum aptius posse excogitari, quam proprio fine assequendo omnem operam ac studium impendere. Deinde etiam sit, in dignoscenda ac judicanda instituti nostri ratione, non esse investigandam antiquam illam Eremitarum in Palæstina degentium vivendi formam & regulam: cum jam illa

illa penè exoleverit, & summorum Pontificum decretis, correcta, mitigata, & declarata fuerit; sed inspicienda ea est, quæ post Innocentij IV. correctionem, in præfenti & olim fuerit observata.

Satis fit cuidam evaluationi. Sed forsàn aliquis harum rationum vim se evasisse a bitetur, dicens, Religionem nostram huic animarum curæ, sibi tot titulis incumbenti satisfacere, si Religiosi intra suorum Conventuum claustra, suis prædicationibus, & Confessionibus audiendis, huic studeant animarum ministerio, salva tamen manente optima instituti nostri parte, quæ in rerum divinarum contemplatione sita est. Sed etsi daremus probabilem esse hanc sententiam (maximè si secladamus, vel obedientiam Summi Pontificis Missiones in iungendis; vel extremam aut gravem salutis parvulorum necessitatem, doctinæ Evangelicæ panem postulantium, in quo forsàn eventa nulla Ordinum Mendicantium Religio ultra id teneretur; quod adhuc durissimum videtur, si Mendicantium Ordinum institutionem, de qua latè *parte 3. Stimuli missionum & lib. 2. de Conversione omnium Gentium parte 3. disseruimus*; attendamus:) tamen ex hac sententia, etsi vera esset; non sequitur, cum instituto nostro missionum opus pugnare. Unde igitur colligis, potendam esse metam Evangelio inter privatos parietes; num à Constitutionibus formam Missionibus præscribentibus; num à spiritu Fundatricis; num à factis; & exemplis majorum; & ut ad aliora, & firmiora argumenta perveniam, num ab ipso Christi Evangelio, aut ab Apostolorum, aliorumque Patrum doctrina, & exemplo; Si enim non pugnat, Romæ Evangelium in propria, vel aliena Ecclesia prædicare; cur id in Perside, vel Japone pugnat; & frivola sunt hæc, & sine fundamento ullo excogitata.

Et alteri etiã objectioni. Diversam verò esse, inquirunt, utriusque rationem: quia Missionum studio, illæsa servati nequit præcipua instituti nostri pars, quæ post vitæ asperitatem, DEO, & rebus divinis contemplando adhæret. Sed & in hoc primo falluntur. Nam clausura, vitæ asperitas, aut similia alia, licet media sint, vel à Regula, vel à Constitutionibus præscripta, valdeque conducant ad Monachorum profectum, minimè tamen comprehenduntur sub præcipuo nostræ vocationis scopo: solum enim optimâ illâ parte (quam Mariam elegisse Evangelica narrat historia) rerum caelestium theoria sive contemplatio comprehenditur: Contemplativæ verò vitæ tantum abest, quod noceat activæ spiritualis studium, ut porius illam compleat atque perficiat. Quare Divus Thomas, ut nos latius *2. part. Cap. 6. Stimuli missionum, & lib. 2. de Conversione omnium Gentium part. 2. Cap. 6.* ostendimus, sequutus D. Gregorium alioque Patres, verè docuit, perfectiorem esse vitam ex contemplatione, & actione mixtam, illâ, quæ sola contemplatione delectatur. Cujus etiam sententiam, ex Patrum doctrina à nobis *2. etiam part. cap. 5. Stimuli missionum, & Cap. 5. operis citati* allata, & quod firmius est, ipsorum gestis, & exemplis roboratur. Hi enim, etsi se totos vitæ contemplativæ addixerunt, omnem tamen quietem ob proximorum salutem uti Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

Christi strenui milites à se amovebant, ut in vinea Domini stenuissime laborarent.

Præterea, quia cum his, qui in conversione gentium aliorumve infidelium laborant, opus sit, ut Apostolorum fungantur officio, oportet, ut & Apostolorum sequantur vestigia. Apostoli verò alia aliis omnia demandantes, duo tantum sibi sumpserunt, ut nimirum orationi, & verbi ministerio instantes essent. His enim duobus functionibus, oratione ad DEUM, & spiritali solitudine ad homines Apostolica functio continetur: non igitur unum pugnat cum altero, sed potius inseparabili vinculo inter se annectuntur: aliàs Christus Dominus, qui Apostolis præceperat, ut sine intermissione orarent, non præciperet, ut euntes in mundum universum Evangelium omni creaturæ annuntiarent.

Quod si alicujus negligentia, & incuria hæc ita disjungantur, ut oratione aut contemplatione prætermissa, ac proprio neglecto profecta, totum se tradat verbi ministerio; vel quod deterius est, missa ad aratrum manuretro deinde aspiciat, ac labatur in vitia, non propterea damnandum est Missionum consilium; neque horum inertia tantum & talem instituti splendorem obscurare debet. Nam Apostoli, nam Ecclesie totius sanctissimi Prælati, num tot sanctorum Monachorum agmina, qui lucrandis animabus infudarunt, divinatorum contemplationi damnus aliquod attulerant? Quod si Religiosis Monachalibus, quorum instituti ratio tota in caelestium contemplatione sita est, non obesse, sed & quam plurimum profuisse Missionum opus, experientia ipsa, fructusque in Ecclesia uberrimi precepti testantur; nobis quibus simul cum oratione iuncta est animarum cura, ut ex superioribus liquet, harum cultura, si debite assumatur, afferat detrimentum?

Denique nostri finis esse præcipuam partem, orationis studium, nemo est qui possit dubitare: oportet tamen advertere adhuc optimam tantum partem esse, & non totam instituti rationem. Restat igitur altera pars, cui suus etiam locus in Religione debetur: & sicut qui hanc à priori separat, scopum sive finem suæ vocationis non attingeret; ita qui primam à secunda distaheret, partem instituti teneret, non totum: igitur utraque necessariò tenenda est, à S. Elia ut debite finem assequamur. Quare contemplationem præcipuam esse finis nostri portionem, ita accipiendum est, ut nulla ratione actiones nostræ, quibus in DEUM tanquam in universalsimum omnium finem medio contemplationis scopo tendimus, in ipsa contemplatione ejus allecti dulcedine sistant; sed potius ex ipsa, tanquam ex fonte animarum zelus derivetur, ita ut ex contemplatione ad proximorum curam descendentes, iterum ad interiora revertamur, ut sic ingredientibus, & egredientibus, charitate DEI & proximi pascamur.

Vid. 707.  
à JESU  
MARIA  
Tract. 1.  
Schola  
oration.  
Notab. 7.  
nostri  
Francisci  
à S. Elia  
ut debite finem assequamur.  
Cõment.  
in Regul.  
Carmel.  
pag. 45.  
& seqq.  
& noit.  
Emmanuelis à  
JESU  
MARIA  
Discursus  
moral.  
39. supra  
Regul.  
eandem.

MISSIONES NON SOLVM  
esse nostro instituto consentaneas, sed  
& ad finem specialem nostræ  
Religionis pertinere.

## §. VI.

PRæmissimus §. præcedenti, & anterioribus aliis, nostram Religionem unam esse de Mendicantium numero; tum etiam nobis finem, sive scopum mixtum ex contemplatione, & actione spiritali fuisse à majoribus nostris, à summisque Pontificibus, à regula ipsa, à nostris denique novissimis legibus præfixum. His jam in genere constitutis, nunc reliquum est, ut in specie ostendamus, proximorum curam tam Fidelium quam Infidelium suscipi à nobis debere, si nostro instituto perfecte satisfacere velimus, ac à nobis susceptæ professioni correspondere: ac proinde Missiones etiam non solum consentaneas, sed & expediëntissimas nobis esse, juvareque quæ plurimum ad nostri instituti finis perfectam adæptionem. Potissimum vero hujus asserti illud sit argumentum, quia cum ex speciali nostri Ordinis sine charitatis vinculo teneamur etiam infidelium procurare salutem, & Missionum studia in hunc finem dirigantur, rectè fit eas juvare, atque ut perfectius finem & scopum nobis propositum attingamus.

Prima igitur ratio inter alias, qua ducimur, ut teneamus Missiones ad finem specialem Religionis nostræ pertinere, ea sit: quod cum constet: Ordines Mendicantes in Episcoporum auxilium ab Apostolica Sede designatos, ac ideo multis privilegiis auctos fuisse, manifestissimum erit, nos juxta Ordinis nostri institutum ab Apostolica sede confirmatum, ad populos erudiendos, Episcopis opem ferre non modo posse, verum etiam debere: Si autem cæteris Episcopis auxiliares milites esse debemus, cur non summo Episcopo, hoc est summo ipsi Pontifici, qui de universo terrarum orbe, ac præsertim de reducendis ad ovile Christi infidelibus, curam gerere ac assidimè obligatur? Profecto nihil rationi huic firmum opponi valet: Quicquid enim de primæ illa Religionis forma dicendum esset, post institutionem tamen Pontificiam, qua inter Mendicantes recessit sumus, nihil objici potest. Per quod aperte confutatur, quod ab Eremitarum nomine nobis opponi posset: quicquid enim vocemur, inter Mendicantes à summis Pontificibus relati sumus.

Angetur rationis pondus. Nemo est inter nos, qui Missiones intra idem regnum improbet, ut præcedenti §. breviter attigeramus: quis enim neget, cum de condendo, Verbi gratia, Cœnobio aliquo agitur, eo destinare Patres aliquos, qui omnia tentent, concionentur, hortentur, sacras Confessiones audiant, Provinciam laustrent, antequam locum extruendo Cœnobio seligant? si ergo id intra Italiam liceat, cur non extra? Cur ex eadem propagandæ Religionis causa in Germaniam, Moscoviam, Persidem, Angliam, Congum, ac in universum orbem Fratres migrare non possint, imo cur non debent, cum Episcopum summum, cui hæc legatio cordi est, id optare facile perscipiant?

Secundo, quia etsi rationes aliz minimè sup-

peterent, quis non videat à ratione alienissimum esse, asserere Missiones instituto nostro minimè consentaneas esse, cum, nemine excepto, omnes fateantur munus inter Christianos concionandi instituto nostro nequaquam repugnare: si enim non repugnat Christianis prædicare, cur repugnet Infidelibus? Si autem non repugnat, hoc est ipsissimum Missionibus opus, præterquam quod Missiones pensatis omnibus circumstantiis DEO acceptiores sunt, quia plus emolumentum referunt.

Tertiò à Regula nostra nobis inungitur animarum cura, illis ve bis, de animarum salute tractatis, ut clarè ostendimus supra, nec distinguit inter curam juvandi Fideles, vel infideles, quo ergo jure nos distinguemus? Præterea Regula ait disertè, oportere nos frequentius mendicare itinerantes: quæ certe verba ab Innocentio IV. Pontifice de novo, non sine magno consilio fuerunt inserta, quorsum igitur addita? nisi ut Majores nostri, qui jam tunc proximorum salutem invigilabant, possent tutius à Eremito egredi, ac cum opus esset, per varia loca peregrinantes animarum salutis studio insudare? Vix de re alia, quam de Missionibus Apostolorum more, sine baculo, & sine pera, verba illa interpretari valeamus: quorsum enim frequenter peregrinentur, qui dies, noctesque in cellis jubentur permanere, nisi ut spiritalia bona multa, & perfectissima, ac DEO gratissima, quæ in Cellis parari nequeant, peregrinando patrentur? hoc certe modo peregrinatio frequens cum illa permanentia non pugnat, cum discretis temporibus utrumque fieri possit, permanere scilicet in Cellis, ubi causa justa ex eundem non subest; hoc enim sibi vale illa Regulæ ipsius moderatio, nisi alia justis occasio occupentur. Quas autem occasiones justiores, vel æquè justas excogitare possumus, quam eam, quæ ior Monachos, & Eremitas relicti claustris, & solitudine, pro animarum infidelium conversione prodire cœgunt, & quæ DEI Filio, ut exiret ex æterni Patris sinu, occasio justa visa est? Profecto aut asserendum est causam omnino nullam ex eundem inveniri posse; aut Missionum, sive animarum juvandi causam iustam esse; nam quod responderi potest, justas occupationes à regula appellari, quæ ad ministeria Eremitis necessaria tantum requiruntur, palam rejici debet: nam neque sacras externorum confessiones audire, neque concionari, præsertim extra Ecclesias nostras, liceret: & Sancti, qui diutius peregrinati sunt, regulæ violatæ accusandi essent.

Quartò, exemplis tam externorum, quam nostrorum Monachorum confirmatur: nam Ordines Monachales, quorum est proprium contemplationi vacare, & intra claustrorum septa contineri, tam ipsi, quam sui instituti Authores, ferè per universum Orbem fidem propagarunt, Evangelique lumen primi innumeris Regnis, ac nationibus inulerunt, & hoc tunc præcipuè, cum regularis observantia vigeat. Nec unquam quis ausus est affirmare prædictos viros animarum conversioni studentes, sui instituti munus excessisse, sed potius eos laude, & gloria dignos commendat Ecclesia, cum multorum præcipuè ex his, qui Sanctorum numero fuerunt adscripti, animarum zelum laudet, & sacre etiam historie usque ad cælum extollant. Quis ergo sanæ mentis similem animarum zelum, quantumvis fer-

Mendicantes  
Ordines  
à Sede Apostolica  
in Episcoporum  
auxilium  
destinati.

venissimum  
amabit, &  
quatuor  
quid de M  
E as  
Christo  
Religio  
bus con  
nova  
Quod a  
& ELI  
attines  
legerit  
platione  
dos, ad  
da, ad p  
nioni da  
compe  
num,  
pareat  
neum  
Missio  
holtes  
vus as  
E  
stolis  
except  
gram  
supra  
bus  
Mif  
Eva  
con  
dan  
Eji  
de  
Mi  
va  
van  
Car  
fer  
de  
mag  
zelo præ  
in  
stancia  
te  
n  
C  
I  
Quid in  
hoc ge  
netepæ  
fiterit S  
M. Ter  
fia.

ventissimum, in Ordinibus Mendicantibus da-  
mnabit, & præcipue in nostro Ordine, in quo  
quatuor aëres recensere possumus, è quibus,  
quid de Missionibus censendum sit, iudicemus?

Quatuor  
Ordinis  
Carmel.  
aëres, &  
quid in  
singulis  
præstite-  
rint circa  
salutem  
proximo-  
rum.

*Ætas prima*, Prophetis, *secunda*, Patribus, qui  
Christo primi nomen dederunt: *tertia*, propriis  
Religijs Carmelitis primæ regulæ cultori-  
bus constat: *quarta*, à tempore quo cepta est  
nova hæc reformatio, merito computatur.  
Quod ad antiquissimos Patres nostros ELIAM,  
& ELISÆUM, à quibus originem ducimus,  
attinet; nemo est, qui sacram Regum historiam  
legerit, qui non animadvertat sic eos contem-  
plationi deditos fuisse, ut sæpè ad Reges ungen-  
dos, ad populos erudiendos, ad miracula patranda,  
ad proteivos oburgandos è locis, quæ orationi  
dicaverant, fuerint evocati. Porrò res tam  
competita est, Prophetas illos ad opus Missio-  
num, sæpè fuisse destinatos, cum è sacro textu  
patet, ut hic probare, vel exponere supervaca-  
neum sit: præterquam quam ELIAS ipse ad  
Missionem quandam contra seivissimos Christi  
hostes, Antichristum, eique satellites adhuc vi-  
vus amatur, quem ejus posteros decet imitari.

*Ætas secunda*, complectitur Patres illos, Apo-  
stolis coævros, qui Evangelii sementem primam  
exceperunt, & serendæ Christianæ veritati egre-  
giam operam navarunt: de quibus (ut jam dixi  
supra) à Josepho Antiocheno, aliisque au hori-  
bus multa memoriæ prodita sunt: hos verò de  
Missionibus serio egisse, convincitur ex ipsa  
Evangelii prædicatione.

*Ætas tertia*, ad eos pertinet, qui jam extra  
controvertiam constitui monasticam metho-  
dum imbibebunt, è quibus, qui præ cæteris san-  
ctitate claruerunt, quicquid de aliis, ac proinde  
de ipso instituto sentiendum sit, judicabunt.  
Missos faciamus eos, qui ob temporum clades in  
varias velut formas mutati sunt, & eos, quos in  
sanctorum Catalogo adscriptos veneramus, ob-  
servemus. Quis unquam de Missionibus tam ar-  
denter, ac præclarissimus Martyr, & sanctissimus  
Pater noster Angelus cogitavit? Quis nisi aliquis  
instituti nostri cultor Carmelium, non in Italiam  
solum, sed in Angliam ultra quam nihil in Orbe  
terrarum antiquitus innoverat invexit? Quo-  
modo sine Missionibus ex professo susceptis  
Carmelus Europam totam pervasit? Quid de  
Patre nostro Cyrillo, nonne ut jam diximus, to-  
tam Armeniam peragravit, eamque summo Ec-  
clesiæ Capiti reconciljavit? U: nunc omni tam  
D. Albertum Siculum, sanctum Simonem Anglum,  
qui non semper in antris latitantes, strenuam  
operam dederunt, ut Christo animas lucifacerent.

Nónnulli  
è pluri-  
mis Carmel.  
animarum  
zelo præ-  
stantes.

Quid in Denique, ut propius ad Reformationis no-  
hoc ge- stræ tempora, quæ quartam complectitur: aca-  
nere præ- tem, accedamus, hæc elarius reperimus primum  
stiterit S. B. Virginem TERESIAM Fundatricem no-  
M. Teres- stram Missionum opus, hoc est, tam Fidelium,  
sa. quam Infidelium animas DEO reconciliare, ar-  
dentius quam ipsam martyrio desiderasse, &  
ad eum finem suos, suæque familie labores, ora-  
tiones, & exempla, ac doctrinam direxisse. Nam  
in initio fundationis suorum monasteriorum,  
antequam de erigenda Religiosorum virorum  
Congregatione nedum cogitasset, Monialibus  
eam vocationem, & finem præfixit, ut assiduis  
orationibus Infidelium conversiones juvarent.  
Quis igitur neget in erigenda virorum Congre-  
gatione ejus mentem fuisse (quod & ipsa verbis  
expressit, ac manifestavit) per Fratres nostros  
ejus filios præstare, quod per filias nequiret?  
Quis enim dicat, Virginem animatum zelo ar-  
dentissimam, & ut ipsa faretur, in hanc rem propen-  
sissimam, ipsam tantummodo eandem sibi  
optasse, à suis verò Religiosis exerceri noluisse?  
maxime cum ipsa vivente, tempore, quo nova  
reformatio hujus sanctissimæ Virginis, & consilio,  
& providentia regebatur, statim à primo  
Capitulo Compluti celebrato Missiones à præ-  
latis in Regna Congi, & Angolæ, & in alias Æ-  
thiopum Provincias fuerunt destinatæ, ac decre-  
tæ: Ac demum missi Religiosi aliqui pro illo-  
rum Infidelium conversione, ut infra dicam.

Sed ut ad beatam Virginem TERESIAM  
erecticem nostram redeat argumentatio, quid  
opus est in re manifesta conjecturis? Nonne  
certum est, non tam ipsam, quam DEUM per  
ipsam Ordinem nostrum, præcipue pro juvan-  
dis Infidelibus in Ecclesia restitui, ac in pristi-  
num statum, decorem Carmeli revocari voluif-  
se? nam cum Virgo ipsa post institutum primum  
Abulæ feminarum Monasterium, ejus eam vol-  
uit esse vocationem (ut ipsa recenset) assiduis  
precibus hos, qui Infidelium conversioni stu-  
dent, ut feliciter agant, juvare: nec quicquam de  
aliis erigendis cogitaret, cum fortè ad ejus no-  
ticiam pervenisset innumeras Indorum, & alio-  
rum Infidelium animas, ministrorum inopia in  
æternum damnari, tanto fuit affecta dolore, &  
anxietate, ac si sagitta cor ejus transfigeretur.  
Quare cum Dominum anxie deprecaretur, ut  
ipsi concederet gratiam has animas juvandi,  
ipsam Dominus volens consolari, ita est allo-  
quutus: *Especta filia, & videbis magna*. Quæ verba,  
licet ipsa tunc non intellexisset, (dependet enim  
sæpè verus, & genuinus prophetiæ sensus  
ex eventu) postea rei exitus prophetiæ sensum  
lucè clarius aperuit: nam, ut ipsa refert, post  
brevissimum tempus à Generali Ordinis fun-  
dandi alia Monasteria, tam feminarum, quam  
virorum, ac perinde novam Congregationem  
erigendi facultatem accepit: Ecce jam res planè  
mirabilis à DEO promissa: Ecce qua ratione ab  
ista Christi revelatione Congregatio nostra du-  
cat originem.

Quod luculentius constabit, si breviter in re-  
velatione prædicta expendamus, primo eam  
fuisse factam tempore, quo serva DEI pro con-  
versione infidelium lachrymis, & suspiriis  
DEUM anxie deprecabatur, ut sibi concederet  
esse instrumentum aliquam DEO animam lu-  
crandi. Secundo illa verba à Domino illi fuisse  
dicta eo fine, ut ipsam consolaretur, ut expressè  
ipsamet Virgo testatur. Tertio, brevissimo tran-  
sacto tempore de aliis fundandis Monasteriis  
tractasse, cum id neque antea cogitasset. Quar-  
to, nullam rem majorem, excellentioremve  
præstitisse beatam hanc Virginem, etiam per to-  
rum vitæ spatium, hæc novæ reformationis ere-  
ctione. Ex his evidenter colligitur, reformatio-  
nem hanc nostram esse factam ex zelo illius Vir-  
ginis pro salute infidelium conceptum, ac in lu-  
cem editum, & in conversionem infidelium  
Christi consilio destinatum: alias si res illas mi-  
ras Christus ad infidelium conversionem non  
direxisset, profectò non respondisset sufficienter  
votis Virginis pro infidelium spirituali salute de-  
precantis.

Missiones ipsa  
vivente factæ  
Carmel.  
Discalceatorum  
ad varia  
Regna  
pro Infidelium  
Conversione.

Revelatur divi-  
nitas S.  
Theresiæ  
futura  
Carmel.  
Discal-  
ceatorum  
instituto

Quem  
ob finem  
ea facta  
videatur.

LESU  
Spiri.  
II  
VIII  
26



Quæ sint illa magna, quæ visuram s. Theresiam Dominus prænon-tiaverat?

Deinde, quia cum Dominus magna ipsam vi-  
suram virginis promittebat, aut hæc magna in-  
telligenda erant in conversione animarum, vel  
in aliis rebus: & hoc non, quia alias Dominus  
Virginis votis postulationeque non satisfacerebat:  
si primum, ergo magna, quæ in conversione  
animarum DEUS videnda promiserat, à filiis  
beatæ Virginis exequenda erant; cum ipsa per se  
ipsam pro iuvandis infidelibus nihil aliud præ-  
fuerit, quod huic functioni posset deservire:  
igitur ne prophæta evacuetur loquutio, neces-  
sario interpretanda erit de erectione nostræ Con-  
gregationis per manus Virginis plantatæ, à qua  
uberrimi fructus DEO irrigante ex infidelitatis  
vineæ colligentur. Et quamvis B. Mater TERE-  
SIA morte præventa, fructus magnos à suis Re-  
ligiosis in Ecclesia perceptos non gustaverit; vi-  
dit tamen, antequam è vivis decessisset, ut ita  
dicam, in virtute, ac in radice, cum ante ejus  
mortem multa erecta essent virorum Monaste-  
ria, studiorum collegia, ac Missiones aliquæ exe-  
cutioni mandatæ, ut supra dictum est.

Deinde speciatim Missiones in Hispanicis  
constitutionibus, ut nostro instituto propriæ, af-  
feruntur: nam lib. 3. cap. 3. dicitur: *Ad definitio-  
rium pertinet mittere ad Missiones, sive conversiones  
Infidelium*: ad definitorium autem non pertinet  
exequi illa, quæ sunt contra finem, & Religionis  
institutum, sed potius ea, quæ ipsum perficiunt,  
& augent.

In Constitutionibus verò Italicæ Congrega-  
tionis varia, ac charitate flagrantia edita sunt de-  
creta: in primis *secunda parte Constit. cap. 16.* cu-  
jus inscriptio est, *de Conventu Missionum*, in hac  
forma præcipitur: *Sic in Congregatione nostra Mis-  
sionum Conventus Roma conditus, qui sit tanquam  
Seminarium, quò de Præpositi venia conveniant Re-  
ligiosi ituri ad disseminandum inter Infideles Evan-  
gelium.*

*Fratres nostri, qui de Præpositi venia in eo Con-  
ventu moraturi sunt, instituantur linguarum peritia,  
controversiarum doctrina, & aliis, quæ ad errores  
Infidelium refellendos, & Catholicam veritatem con-  
firmandam, & mores etiam componendos, oportuna  
videbuntur.*

*Exibunt fratres nostri è Conventu Missionum de  
Priori venia, ad vicina oppida, Dei verbum paupe-  
ribus, ac derelictis prædicaturi: & licet eis absunde  
victus suppetat, ut veri paupertatis cultores, mendi-  
cabunt.*

*Præter Romanum autem Missionum Conventum,  
in aliis quoque Provinciis de venia Definitoris, alij  
Conventus Missionum poterunt adificari.*

Ac demum eisdem legibus constituitur, ut  
constat *extertia parte Cap. 8.* ut in Capitulo Ge-  
nerali eligatur Procurator Generalis Missionum,  
qui sit eisdem qualitatibus, ac totius Ordinis  
Procurator, & præsertim conversionis Infide-  
lium zelo præditus.

Nec legibus tantum, quæ sunt velut Regulæ  
emortuæ Missiones nobis, ut nostræ professioni  
consentaneæ offeruntur, sed & factis ipsis ab  
initio nostræ reformationis, usque ad tempora  
nostræ Missionum studium nobis à majoribus  
cernimus commendatum. Nam statim ferè à  
primo Capitulo Compluri celebrato, superflite  
adhuc B. Virgine, nostræ Congregationis piissi-  
sima erectrice, Anno 1582. Missionum opus  
inceptum per aliquot annos fuit continuatum.

De his  
Missio-  
nibus,

In primis hoc anno missi sunt in Regna Cong-  
& Angolæ Patet Antonius à Matre Dei, P. Fran-  
ciscus à Cruce, P. Joan. ab Angulo, simul cum  
duobus aliis fratribus, Francisco nempe ab Asten-  
sione, & Didaco à sancto Brunone. Anno verò  
sequenti 1583. Patet Petrus ab Apostolo, P. se-  
bastianus à sancto Andrea, associati duobus aliis  
fratribus, Baribolomæo à sancto Michale, &  
Ludovico à sancto Paulo. Deinde Missionum stu-  
dium fuit continuatum: nam & Anno 1584.  
pro Regnorum prædictorum conversione, missi  
sunt tres viri Religiosissimi Patet Didacus à Sa-  
cramento, P. Franciscus à Jesu, (alio nomi-  
ne Indignus, nuncupatus,) vit alias admirandæ,  
& excellentissimæ sanctitatis, & Patet Didacus ab  
Incarnatione, qui brevi tempore ex vinea illa in-  
cultæ maximos fructus perceperunt.

Anno etiam immediatè sequenti versus Oc-  
cidentales Indias in Mexicana Regna destinati  
sunt Religiosi alij, ut in illo immenso tractu  
animarum conversioni staderent. Demum in  
Capitulo Generali Vallisoleitano Præsidente Pa-  
tre Nicolao à JESU MARIA primo hujus Re-  
formationis Generali, Missionum ardor non  
fuit extinctus. In eo enim actum est de Missio-  
nibus pro Sinatu Regno promovendis, depu-  
tatiq; sunt duodecim Religiosi pro hac fun-  
ctione obeunda, licet postea ob certa impe-  
dimenta non fuerint executioni mandatæ. Nec  
ullus unquam tunc ne cogitavit quidem præcla-  
rum Missionum opus alienum esse à nostræ pro-  
fessionis studio. Et hic ardens Missionum zelus,  
qui eo tempore, tantopere in Congregatione  
Hispanica vigeat, postmodum in Italica, à  
Clemente VIII. erecta non minus viguit; nam Tom. 1.  
mox sub ejus vix erectæ primordia, missi sunt ab  
eodem Pontifice in Petrarum Regna An. 1604.  
viri Religiosissimi, pro illorum conversione, &  
quotidie in alias hereticorum atque infidelium  
regiones à prælatis hujus Congregationis desti-  
nantur, ut suis conatibus Ecclesiam DEI adju-  
vent, animarumque salutem promoveant. Et MAR-  
ti ut nullum argumenti genus omittamus, mitas, & Petri  
ac fide dignissimas circa hanc rem prædicationes  
asseram.

Olim cum Patres nostri intra Carmeli Mon-  
tis claustra continebantur, congregato Generali  
Capitulo actum est (ut Paleoni. libro tertio, cap.  
5. & 6. aliique Ordinis Historiographi referunt)  
an oporteret in alias Orbis partes religionem  
propagari. Orantibus verò illis Capituli Præsidi  
beata Virgo visa est, illumque sic affata dicitur:  
*Hic sermo filij mei est, ut non solum Palastinam, &  
Syriam, sed etiam universum Orbem Carmeli Ordo  
illustret.* Statim absoluto Capitulo Religiosi in  
varias Orbis partes missi universam Europam  
peragrantes, alij martyrii palam, alij verò Eccle-  
siae fructus magnos perceperunt.

Nec desunt revelationes aliz, quibus præ-  
sentis ætatis Religiosi ad insistendum Prædeces-  
sorum vestigiis inflammari debeant. Fuit quip-  
pe persona quædam, raræ sanctitatis, divini fru-  
itione insignis, Catharina de Cordona nuncu-  
pata, in univèrsa Hispania ob præclaram vite  
sanctimoniam celeberrima, cui supra Montem  
quendam ingens spelunca apparuit, quam fre-  
quens multitudo Religiosorum nostrorum in-  
habitabat, qui pro fidei Christianæ prædicatione  
sestro occumbebant. Alius in super Religiosus  
inter

Inter an-  
quenda  
quamp  
cocona  
probac  
datio  
Den  
scribit  
se reve  
lum fi  
maga  
rum  
liz fa  
quere  
cepit  
duces  
jas  
lent  
est,  
fieri  
acce  
Vaticini  
alia  
S. Hilde-  
gardis de  
turo  
Ordine  
Carmel.  
fura, de-  
datantur  
de  
illa  
ta  
gi  
m  
d  
p  
i  
i  
Con-  
lend-  
Hier-  
Grati-  
lib. de  
propa

Inter audiendum sacrum , supra altari globum  
interdum velut crystallinum conspexit , ac in eo  
quamplures Discalceatos Carmelitas Martyrio  
coronatos. Hujus viti visionem refert , & ap-  
probat beata Mater *Theresa* in libro *suarum Fun-*  
*dationum*.

Demam Mater ipsa , *Cap. 40.* suae vitae,  
scribit tibi , de quadam Religione ( quae à sua  
primæva institutione declinaverat ) à DEO fuisse  
revelatum , futuris temporibus Ordinem il-  
lum fidei veritatem acerrimè propugnaturum,  
magnumque Ecclesie emolumentum allatu-  
rum : Ac iterum refert , sibi ejusdem fami-  
liæ sanctum è celo apparuisse , apertoque libro,  
quem præ manibus tenebat , ut legeret , præ-  
cepisse : erat autem in eo hæc scriptura , *Tem-*  
*poribus futuris , florabit Religio hæc , multosque pro-*  
*ducet Martyres , & licet beata Virgo Theresa hu-*  
*jus Ordinis nomen , prudens , & sciens si-*  
*lento præterierit , constans tamen sententia est ,*  
*idque circumstantiæ ipsæ revelationis con-*  
*firmant , de nostro Ordine prædicationem esse*  
*accipiendam ,*

Quæ certè meo judicio comprobati videntur  
alia antiquiori ( nec tamen minus vera ) prophe-  
tia B. Virg. *Hildegardis* , cujus etiam meminit  
Paleonid. lib. 3. *Cap. 9.* Hæc igitur lib. de no-  
vissima Christianæ fidei persecutione , *Cap. filiae*  
*Sion , Venient ( inquit ) equi varii coloris , quorum*  
*egressio ab Oriente in Occidentem : sed mutato vel-*  
*lere paulatim incendent , horum progressio ab Occi-*  
*dente in Orientem , hi primi , & novissimi .* Hæc  
illa : & ut non incongruè Paleonid. interpret-  
tatur , varii coloris equi sunt nostri Ordinis Reli-  
giosi , qui olim in Palæstina coacti à Saracenis , di-  
missis cappis albis , eas assumpserunt varii , &  
mixti coloris . Postea verò in Europam descen-  
dentes tempore *Honorij IV.* reassumplerunt cap-  
pas albas , quibus à tempore *ELLÆ* , & *ELISÆI*  
Prophetarum , usi fuerant : ac ob id in prophe-  
tiæ verbis additur : *sed mutato vellere paulatim*  
*incendent .* Horum ( deinde ait ) *progressio ab Occi-*  
*dente in Orientem ,* forsan significans hujus Or-  
dinis profectum versus Orientem futurum , ac  
aliquando ad patrias sedes , pristinaque Carme-  
li Montis , totiusque Syriæ loca magna cum glo-  
ria reditum .

Hi demum ( ait ) *primi , & novissimi : Primi*  
tanquam , qui in lege veteri , Authore *ELIA*  
Propheta , Monasticæ vitæ jecerunt funda-  
menta , ac ex Monachis primi , qui Aposto-  
lorum vestigia sequuti per Ægyptum , & Palæ-  
stinam , aliasque Asiæ provincias Evangelium  
disseminarunt ; *novissimi* vero , quia in no-  
vissimis etiam temporibus pro fide Christi stre-  
nuissimè certabant , ac magno *ELLÆ* Pro-  
phetæ contra Antichristum dimicanti associati ,  
quamplurimi martyrii palmam consequuntur :  
& ob id non immerito B. *Hildegardis* novissi-  
mam hanc Ecclesie persecutionem , ipsosque  
fore novissimos , qui pro Ecclesia dimicabant  
prædixit .

Hæc visiones , ac revelationes aliæ quam-  
plures multoties exhibitæ , non ita animam  
meum percellunt , quam quod in hac Con-  
gregatione , ex quo fuxdata fuit , adverterim  
maximam animi propensionem , ac deside-  
rium , quo omnes Religiosi nostri pro Christi

nomine in animarum conversione , nullo mortis  
metu percussi inflammantur .

Igitur cum Congregatio nostra à DEO,  
atque à summis Pontificibus , à nostris primis  
fundatoribus , à Regula ipsa , à Capitulis et-  
iam Generalibus multis editis Constitutioni-  
bus , à divinis demum inspirationibus , ad  
hanc animarum culturam , serius tamen evo-  
cata sit ; tamen de benignissima Domini pro-  
videntia certum mihi persuasum habeo , nullo  
unquam tempore ab hac functione cessaturam,  
cum tot , ac tantis rationibus procurandæ , tam  
fidelium , quam infidelium saluti teneamur : qua-  
re militiæ desertores , penè etiam proditores ha-  
bebitur necesse est , si non omnes nervos in hoc  
opus Domini explicemus .

## QVÆ MISSIONVM FORMA nostro Instituto magis congruat.

### §. VII.

Um in libris supra non semel citatis Missio-  
nes Religiosas omnibus expediensimas  
esse probaverimus , illas tamen judicamus  
omnibus commodiores , quæ magis proprii  
instituti observantiam cum animarum zelo  
conjungunt : hæc enim Missionum forma non  
enervat proprii instituti vires , ac ideo expe-  
diensissima omnibus Religiosis merito judica-  
tur . Hanc enim juvandi proximos curam con-  
stat viros sanctissimos cum proprii instituti ob-  
servantia , quantum fert charitas , conjun-  
gere sollicitè procurasse : neque enim pugnat  
proximorum etiam infidelium cura cum pro-  
priae professionis arcta custodia , ut eleganter  
*S. Athanasius* Dracontio Monacho nolenti  
Episcopatum suscipere rescripsit , obiciens  
illi quamplura Monachorum exempla , qui ad  
Episcopalem dignitatem promoti , nihil ferè  
de proprii instituti observantia remisere , imò  
vitæ asperitatem cum Pontificio munere , hu-  
militatem cum dignitate , Rachelum cum Lia-  
mirè conjunxere ; & hanc quidem gregi sibi  
commisso , illam vero sibi , ac DEO impen-  
dè . De Archivio ad Episcopatum tracto , ead-  
dem ferè refert *Cassianus Coll. 1. 1. Cap. 2.*  
Idem certè de B. *Anselmo* , *S. Andrea Corsino* , *S.*  
*Antonino* , ac aliis sanctissimis viris legitur , qui  
ita curam susceperunt animarum , ut Religiosam  
vitam non abjicerent .

Nec opus est Episcoporum mendicare ve-  
stigia , cum exempla nobis expressissima sup-  
petant multa in eadem re , de qua agimus :  
nam & hodie apud Patres Dominicanos , qui  
per totum Orbem , maxime per Philippinas  
Insulas prædicandi Evangelium infidelibus cau-  
sa discutunt , nullibi æquè , ac in his Insulis ,  
regularem vigere observantiam comperimus :  
nam & rudioribus vestibus , cibo parviori , ac  
majori orationis studio , aliisque asperioris ,  
& perfectioris vitæ institutis spontaneè student .  
Idemque de Augustinensibus apud Persas in  
Evangelio laborantibus testes oculati fatentur .  
Quare Missiones si debite assumantur , mirificè  
regulare institutum perficiunt .

Sed & illud meo judicio efficax est argumen-  
tum : nam quis Religiosorum Ordinum colla-  
tum : nam quis Religiosorum Ordinum colla-

tionis fidei  
in prologo  
& dedica-  
tione.

PP. Præ-  
dicatores  
& Augu-  
stiniani  
commen-  
datur.

Vid. nost  
Joan. à  
plus

JESU MARIA  
Tom. 4.  
lib. in-  
scripto,  
Afferio  
Missionū,  
&c.

plus unquam fuit, aut ubi Regularis disciplina fuit extenuata eo præcisè, quod in ministerio propagationis fidei per varias Orbis Religiones excurrens Ecclesiæ deseriveret: Quantum vero quotidie delabuntur, ac corruant monastica instituta propter Religiosorum tepiditatem, aut otiam, sentiunt, ac gemunt viri optimi, & prudentissimi Religionum. Ego cerè non dubito, quin majori providentia, ac cura illos Ordines Dominus JESUS prosequatur, qui setoros, studiaque sua huic animarum ministerio consecrarunt, quod eo charius, jucundiusque est DEO nostro, quo per se insuavius, difficilius, ac ab hominibus otio torpentibus neglectum: Quare ad eandem etiam spectat providentiam illorum conatus, non solum ad juvandam, procurandamque proximorum salutem, sed ad propriam instituti perfectionem tuendam juvare; res est experientia ipsa comperta ferè in omnibus Ordinibus Mendicantibus.

Que Mis-  
sionum  
forma  
magis  
cõveniat  
Carmel.  
Discalc.

Ex his inferendum, nostro Carmelitarum instituto, quod in contemplativam potissimum vitam dirigitur, & in actionem, prout ex contemplatione derivatur, illas congruere Missiones, in quibus contemplativæ vitæ exercitia illæsa servantur: Quare vitandæ sunt Missiones illæ vagæ, & quæ oppidatim sine certis sedibus excurrunt, maxime si id fiat per diuturnum tempus: nam brevi aliquo temporis spatio oppidatim Missionum studio vacare, ac postea domum, sive ad Conveniunt redire ad reficienda rema, spiritumque renovandum nullatenus sunt damnandæ: cum in Europa tempore Quadragesimæ, pro habendis ad populum concionibus, aut æstatis, pro re temporali à Mendicantibus, quantumvis reformatis, idem fieri solet.

Deinde etiam existimo illas Missiones, in quibus præcipua nostræ regulæ capita, aut regularis observantia servari nequeunt, statui nostro non omnino expedire: quare nullatenus sunt propria electione à Prælati assumendæ, nisi vel extrema, aut gravi urgente necessitate, aut summo Pontifice mandante, qui scienter præcipiens justissimè dispensat, ut minora bona propter majora omittantur, & tunc sine hesitatione patendum erit. Quare illæ Missiones consentaneæ nobis censentur, quæ ad eas infidelium Regiones instituuntur, ubi sine detrimento principalium austeritatis nostræ capitum Cœnobita condantur, ubi exercitia observantia frequentari possint, quantum fert tempus, & loci occasio, & quod reliquum est proximorum salutis erogatur.

#### ARGVMENTA IN CONTRARIUM adducta diluuntur.

##### §. VIII.

NON desunt, qui strictioris observantia zelo ducti, multa excogitaverunt argumenta, ut probent nostro instituto salutis proximorum sollicitudinem, ac curam (multo magis Missiones) pro infidelium conversione ex diametro pugnare. *Primò*, quia nostra Regula hac inscriptione, & titulo gaudet, *Fratribus Ere-*

mitis, qui in Monte Carmelo juxta fontem ELIA morantur: Eremitis autem non convenit prædicare &c. *Secundò*, quia potissimum nostræ Religionis finis est divinum contemplationis at, ut sancti Patres passim affirmant, debet exterioribus implicata mens, à studio contemplationis retardatur, de qua Ecclesiasti Cap. 38. (*Qui minoratur actum, percipit eam*;) quare cum spiritus Missionum in exteriora in eandem contemplationi, quæ ad interiora fertur, videtur adverteri: non licet ego cum periculo principalis instituti persequi id, quod ad nos vel non pertinet, vel saltem minus principaliter. *Tertio*, quia Missiones à multis desiderantur, vel radio Divinæ contemplationis affectis; vel ut fugiant regularem observantiam, majorique fruuntur libertate: ab aliis vero ex quadam quasi naturali inclinatione vagandi, ac curiositate vidèdi, & discutiendi &c. *Quartò*, quia nobis strictissimè, ita in regula illis verbis: *maneat singulis in cellulis*, &c. recessus, & clausura commendatur: si ergo à Cella egredi non liceat, quomodo licebit maria sulcare, peregrinas, & longinquas regiones prædicationis gratia adire? *Quintò*, quia finis principalis exiit, & evacuat ex continua cum proximis conversatione, ex variis discursibus, ex longinquitate itineris, quæ distraxerit animum, & pericula creat, ac ex aliis impedimentis, quæ in procuranda proximorum salute occurrunt. *Sextò*, quia pars nostri instituti præcipua est vitæ asperitas, quæ necessariò videtur laxanda, si proximorum salutem, maxime si Missionibus, linguarum exteriarum studio, & aliis exercitiis operam demus. *Septimò*, ducitur ex paucitate Religiosorum, cum via sufficienti conventibus jam erectis. *Octavum*, ex periculo, & occasionibus conversandi, & agendi inter infideles, inter milites, & mercatores: inter quos sæpè accidit, ut hi, qui in initio Missionum fervere videbantur, brevi tempore retro aspiciant, & cadant. *Nondò*, quia nostræ novæ Reformationis sanctissima Patrona Mater *Theresa* à JESU, inter alia, quæ à DEO divinitus ei fuerant revelata pro nostræ reformationis augmento, & conversatione, illud fuit potissimum, ut hujus Ordinis professores, non tam verbis, quam exemplis prædicarent: quid clarius? *Decimò*, ab effectu, quia cum tribus, aut quatuor vicibus Religio nostra infidelium conversionem fieri aggressa, mittens ad Congi Regna aliquos Religiosos, omnes prædicatæ Missiones infelici exitu sunt terminatæ. *Ultimo*, quia Prælati Superiores, quibus DEUS solet suæ voluntatis sinum aperire, & à quorum ore divinum beneplacitum, & leges, eorumque ratio requirenda est, censent Missionum studium nostro instituto penitus contrarium, Ordinis ruinam, imperfectorum, ac inquietorum subterfugium, ut regularem observantiam evadant.

Quæ omnia argumenta ferè ad duo capita reducuntur. Primum Missiones, sive alias animarum curam pugnare cum nostro instituto in fine, vel in observantiis, in quem etiam scopum omnia Guilielmi argumenta jaculabantur, ut ex superioribus patet. Secundum, ex effectibus in Missionibus non ita feliciter sequi, illas non esse DEO acceptas colligi, quare argumenta, quæ ad primum caput spectant D. Thomæ solutionibus *supra* Cap. 2. relatis diluuntur.

dilatantur, alia vero non minus feliciter dissolventur.

Ad primum de Eremitarum titulo Regulæ præfixo nobis cum Augustinianis communi, respondeo primo, rem hanc non ex scripto, sed ex veritate pensandam esse, quare cum nunc nos non Eremitarum, sed Mendicantium professione Eremitis omnino contraria gaudeamus, parum refert antiquum illud vestigium nostræ professionis in Regula relictum.

Secundo, quia expressè Eremitica vita, siue Innocentii mitigatione, siue ipso factò in nova reformatione, in Cenobiticam vitam est translata: quid ergo refert Eremitarum nomine gloriarì? forsitan nunc Eremitæ, an Carmelitæ tantum, vulgo, & à Pontificibus, & à nostris Constitutionibus, exterorumque historiis nuncupamur? Tertio, quod etsi Eremiticam vitam, & re, & nomine proficeretur, adhuc huic instituto Missiones minime adferrentur, ut exemplis sanctorum Patrum, tam aliarum, quam nostræ Religionis, qui Eremiticam vitam coluerunt, supra demonstravimus.

Ad secundum, patet solutio ex his, quæ supra docuimus, contemplationis dulcedinem sæpè derelinquendam esse ob proximorum salutem.

Ad tertium, ex mente D. Thomæ Opusc. 18. cap. 23. respondetur, quod etsi perfectio charitatis in plerisque proximorum utilitati vacantibus, non invenitur, quos magis contemplativa vita radium ad exteriora deducit, quam in desiderio habiatur, ut sic in eis ad perfectionem dilectionis pertineat, quam eam tanquam bonum dilectum ad tempus postponat. sed quorundam defectus statui, vel officio præiudicium adferre non potest. Hæc D. Thom. Ex quibus satis clare colligitur, quod etsi hoc fiat ab aliquibus imperfectis, non esse desumendum argumentum ex his, quæ per accidens eveniunt: nam & Judas Apostolatu fuit abusus, nec propterea à functionibus Apostolicis cessandum est.

Ad quartum, invenies solutionem 3. part. cap. 5. Stimuli Missionum, & in opere de conversione omnium Gentium procuranda lib. 2. part. 3. cap. 5. in responsione ad secundum, tertium, & 4. Guilielmi, ubi D. Thom. respondet primo non esse inconveniens propter utilitatem communem aliquas observantias à Monachis prætermitti: nam & in claustris manentes sæpè in talibus dispensationem accipiunt propter aliquas causas; quare non est inconveniens, ut Monachus Claustrum, Cellamque deserat, ut bono communi consulat, etsi id non necessitas, sed utilitas major animarum exposcat: ut idem D. Thom. ubi supra, clarissimè docet: & idem (quod de claustris) censendum est de aliis observantiis, ut D. Thom. scribit. Secundo respondetur, quod si Missiones debite assumantur, non solum observantiæ regulari non obesse, sed & illam mirificè perficere, ut ratione, & exemplis supra comprobavimus. Tertio respondetur nobis absolute in regula non præcipi Cellæ clausuram, sed potius ibidem à consilio excepto illa addita est. Quid autem iustius quam Christo ad salutem animarum cooperari, ac finem nostrum adipisci valeamus: alioquin injustè Fratres nostri è Cella ad Conciones, vel ad alia charitatis officia, etiam inter Christianos prodirent.

Ad quintum, jam diximus in solutione ad secundum ex mente D. Thom.

Ad sextum dictum est jam, vitæ asperitatem,

aliaque exercitia Missionibus perfici, quod non speculative tantum, sed & praxi diuturna compertum est: nam verè, ut supra attigimus, unà cum spiritu Missionum virtutes, omnes mirum capiunt incrementum: nam ibi oratio purior, corporis castigatio severior, fides fortior, pro qua tuenda pugnatur, spes firmior, quæ in periculis roboratur; charitas ardentior, quæ pro salute proximorum propriam contemnit vitam, paupertas major; obedientia perfectior, & ne prolixior sim, eminentiori forma ibi virtutes exercentur, ut latè simè supra demonstravimus.

Ad septimum, respondetur, non debere ob stare vitæ paucitatem, quæ Religionibus nascentibus communis est; frivolum enim continet excusationem; nam si sacrarum Religionum auctores, qui Divina fuerunt providentia ornati, conspiciamus, facile inveniemus tempore, quo erant numero pauciores, majori animi magnitudine, ac in DEUM fiducia locos in diversis Orbis Provincias pro anima tum luero spaciisse: ac in primis Christus Dominus pusillo congregato Apostolorum gregi præcepit per universum Orbem Evangelii propagare semina, D. Benedictus Maurum in Galliam, & D. Franciscus, cum primi sui instituti socii senarium numerum non excederent, ac B. Ignatius, cum ad denarium suæ Societatis alumni vix pertingerent, illos in divites mundi partes, ut saluti animarum considerent, destinavit: existimantes nullum tempus Missionibus oportuni, quam nascentis Religionis exordium: Ac ita experientia compertum est, ut hæc Religiones fortius ac cum majori animarum fructu propagarentur, cum numerus esset minor, quia tunc pietas erat major, & ex paucissimis seminibus grana plurima feget interdum collecta est.

Ad octavum, etsi inficiari nequeam occasiones in Missionum studio, esse majores, quæ duriora bella militibus Christi interdum excutere solent: sed fidelis est DEUS, qui non patietur quemquam tentari supra id quod potest: quinimò faciet cum tentatione provencum: ex alia etiam parte gratia est uberior, ita ut ubi abundaverit pugna, superabundet Divina protectio, ut factis ex innumeris sanctorum Martyrum, & Confessorum patet exemplis.

Ad nonum, Resp. illa verba B. Matthei THERESIÆ, ante ipsam esse ab Evangelistis commendata, cum dicunt: *Cæpi IESUS facere, & docere*: quare Apostolis etiam dictum illud convenientissimè poterat adaptari, ut magis exemplo, quam verbis prædicent.

Primum Argumentum sumptum ab effectu contingenti nihil probat; nam quid Dominus vineæ, cum misisset servos, occisis illis, dixit, deseramus vineam. Imò misit alios, quibus iterum interfecit, cum dereliqui vineam? misit & Filium suum, quo mortuo misit Apostolos, & adhuc Prædicatores quamplurimos Judæis, qui erant vineæ cultores, misit, ut relicta peccata, & cæcitate Dominum vineæ agnoscerent, & revererentur. Non ergo deserendæ sunt animæ, quia Evangelio resistunt, & multo minus si aliunde fructus non impediatur: neque ex impedimentis licebit conjecturare voluntatem DEI esse, ut opus relinquatur. Secundo respondetur, Religiosos in Congui missos, quamplurimos fecisse in animabus illis fructus, clarissimis miraculis confirmatos, quare cum ipsi

Videtur.

nostr. *Joannes à IESU MARIA Tom. 4. Tract. sup. laudato cap. 4.*

1. Cor. 10. cap.

Consult. nost. Hieronymus Gracianus Tract. de zelo propagationis Fidei



Et Francisc. à S. MARIA Tom. 2. Annalium Congreg. Hispan. Carmel. Discal. lib. 6. cap. 29. & 30

ipfi copiosam messem conspicerent; ac cum paucitate ministrorum compararent, quasi invento thesauro in Hispaniam redierunt auxiliares operarios à Prælati postulatari. Quis ergo ex his non inferat Missiones esse nostro Instituto convenientissimas? siquidem tempore quo incipere fuerunt, mirabiles progressus sancti Evangelii prædicatio egit, Domino etiam cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis: ita ut usque in hodiernum diem Carmelitarum Discalceatorum memoria, & desiderium apud Regem, proceresque alios iterum eos visendi, eorumque fruendi doctrina permaneat: quæ omnia signa manifesta sunt Divinæ voluntatis. Quod si semel, aut iterum in illas Provincias missi Religiosi, vel in mare submersi, vel ob alia impedimenta re infecta redierunt, quid inde? num quia Divus Franciscus ad Soldanum profectus, eum ad fidem non perduxit, aut quia innumeri alii Religiosi Divino iudicio ab incepto itinere sunt impediti, Franciscani, aut Religiosi alii ab incepto desisterent, & Missiones sibi non convenire prudenter judicabunt.

Ad ultimum respondetur, voluntatem Divinam per Superiores in inferiores derivari, illisque hac via, & non alia certiori, aut æquè certa innotescere: ad rem igitur accedamus. Nobis de voluntate Divina ex duobus capitibus clarè constat; primo ex constitutionibus ipsis, in quibus Missiones, ut nostro Instituto consentaneæ asseruntur, cum dicitur ad Definitorium spectare mittere ad Missiones, sive conversiones infidelium. Secundo, de eadem Divina voluntate etiam constat, quia Summi Pontifices, & Capitula Generalia pro speciali nostri Instituti scopo, DEO vacare jugiter, & profectibus animarum præfixerunt. Quid expressius de voluntate Divina requiritur? Sed ut nullus restaret circa Divinæ voluntatis beneplacitum dubitandi locus, Summus Pontifex PAULUS V. sapissimè vivæ vocis oraculo patribus Congregationis Italiae, ac deinde Patri Generali Congregationis Hispaniæ suam, ac perinde Divinam tribus expeditis Bullis patefecit voluntatem: in quibus etiam in Regna Ethiopia Missiones promovendas monebat, deprecabatur, ac tacitè compellebat. Durissimum est enim imperandi genus, ut quidam dixit, deprecari, qui jubere potest. Et quod vulgare est, preces Principis æquivalent præcepto. Ac denique ipsum summum Pontificem, non semel dixisse certissimè accepimus, se habere pro comperto nullam Religionem in Ecclesia DEI aptiorem esse nostrâ, ad opus Missionum; quare ipse Indulgentiam plenariam omnibus Religiosis concessit, qui publicè bis in anno suam renovantes professionem, Missionibus juvandas se offerrent.

D V B I V M VI.

Ad quam ex quatuor Regulis hæc Alberti Regula reducatur.

Quatuor sunt in Ecclesia DEI approbatas Regulas, quæ veluti quatuor perfectionis elementa sunt: & sub his quatuor omnes Ordines Ecclesiæ militare, communis tenet Auctoritatem sententia. Ceteræ verò Regulæ (si quæ sint) læ, quasi harum quatuor appendices, & quasi corollaria

appellatur, ut videre est apud Volartianum lib. 21. Geographia. Polydorum lib. 7. de inventione cap. 4. Genebrar. lib. 4. circa annum incarnationis 1285. Inter quatuor igitur prædicta Regulas prima fuit Basilij. Basilii enim in Orientali Ecclesia normam, ac vivendi Regulam Monachis Syriæ constituit. Docet id Antoninus 2. part. sua historia tit. 15. cap. 12. & esse hanc communem omnium Scribentium sententiam. retuli Cassianus in Catal. glo. mun. 54. consideratione. Basilio successisse Augustinum in Occidente, omnes etiam sine controversia tradunt. Post hanc sequitur Benedicti Regula, quæ tertium iure occupat locum. Ultimo Ecclesia à B. Francisco non sine magna utilitate Ecclesiæ edita est.

Carmelienses tamen sub Regula aliqua non militanti; sed propria habent statuta, quæ mutari possunt per prælatos sui Ordinis, ac proinde non reducuntur ad aliquam ex prædictis Regulis, sed proprio ordine, inter aliosque perfectissimo, & sub Constitutionibus Instituto gaudent.

De Regula verò Fratrum Carmelitarum vel Authores plurimi non meminerunt, vel ii, qui de ea sermonem instituunt, appendicem ejus, quæ D. Basilij est, non verentur fateri: licet alii ex Paulino, & Basilio; alii ex Joanne Hierosolymitano, & Basilio extractam tradant. Prioris sententia, nempe, quod Carmelitas sub Regula Basilij quondam in Occidentali Ecclesia militaverint, author est Antoninus 3. part. sua summa tit. 16. cap. 1. §. 8. prope finem, ubi sic ait: Sub Regula Basilij (quæ prima fuit) Fratres Carmelites alimur quando fuerunt: quibus anno Domini 1247. Dominus Innocentius 17. addidit quasdam ordinationes aliquando per modum Regula, traditas eis à quodam Patriarcha Hierosolymitano, dicto Albertus, extractas à Regula Basilij cum quibusdam additis, &c. Hæc Antoninus: quem sequuntur plures alii gravissimi Scriptores, ut sunt Cassianus, in Catal. gloria mun. 4. part. consideratione 70. qui de Carmelitis loquens, ita ait: Carmelites præferendi sunt fratribus Prædicatoribus, sancti Augustini & Minoribus: quia primò fuerunt instituti: cum fuerint sub Regula B. Francisci, quæ fuit solam anno Domini 1218. Sentit idem Sylvester verbo (Religio 1.) num. 7. & Armilla eodem verbo; & Antoninum sequuntur turba Canonistarum, & aliorum Authorum: & præcipuè quantum ad id, quod asserit, Albertum dedisse Regulam mutuatam ex Basilio, cum eo sentiant Polydorus lib. 7. cap. 3. de ritum inventorum, Sabellio. libr. 5. Ænead. 9. & Platina: quorum etiam sententiam probat Author Theatri vitæ humanæ volumine 2. libro 3. folio. 41.

Alii verò alia via procedunt, asserentes, Carmelitas non immediatè sub Regula D. Basilij fuisse, sed eam accepisse circa annum Domini 412. à Joanne Patriarcha Hierosolymitano, de quo supra mentionem fecimus. Hunc tradunt Regulam Carmelitis dedisse, extractam verò ex doctrina D. Basilij. Ita affirmat noster venerabilis ac celeberrimus Thomas Waldensis de sacramentalibus titulo 9. cap. 89. Pro qua sententia affecti ibi Armacanum Hiberniæ Primatem. Censet idem Paleonydorus lib. 2. cap. 5. Plato de bono status Relig. lib. 2. cap. 22. Morigia lib. 1. de Origine Relig. cap. 301 & denique inter juniores Emmanuel Rodriguez in questionibus Regular. question. 1. de Origine Religionum, art. 5. & alii ordinis Historiographi.

Nobis vero in hac parte primum videtur, Carmelitas non immediatè sub Regula D. Basilij fuisse, sed eam accepisse circa annum Domini 412. à Joanne Patriarcha Hierosolymitano, de quo supra mentionem fecimus. Hunc tradunt Regulam Carmelitis dedisse, extractam verò ex doctrina D. Basilij. Ita affirmat noster venerabilis ac celeberrimus Thomas Waldensis de sacramentalibus titulo 9. cap. 89. Pro qua sententia affecti ibi Armacanum Hiberniæ Primatem. Censet idem Paleonydorus lib. 2. cap. 5. Plato de bono status Relig. lib. 2. cap. 22. Morigia lib. 1. de Origine Relig. cap. 301 & denique inter juniores Emmanuel Rodriguez in questionibus Regular. question. 1. de Origine Religionum, art. 5. & alii ordinis Historiographi.

Carmelitas non immediatè sub Regula D. Basilij fuisse, sed eam accepisse circa annum Domini 412. à Joanne Patriarcha Hierosolymitano, de quo supra mentionem fecimus. Hunc tradunt Regulam Carmelitis dedisse, extractam verò ex doctrina D. Basilij. Ita affirmat noster venerabilis ac celeberrimus Thomas Waldensis de sacramentalibus titulo 9. cap. 89. Pro qua sententia affecti ibi Armacanum Hiberniæ Primatem. Censet idem Paleonydorus lib. 2. cap. 5. Plato de bono status Relig. lib. 2. cap. 22. Morigia lib. 1. de Origine Relig. cap. 301 & denique inter juniores Emmanuel Rodriguez in questionibus Regular. question. 1. de Origine Religionum, art. 5. & alii ordinis Historiographi.

Carmelitas nunquam sub Regula Basilii militasse, & D. Antoninus sine fundamento loquutus fuisse videtur. Nam in primis excogitari non potest ullum tempus, in quo Carmelitas sub Regula Basilii fuerunt. Regula enim Joannis Hierosolymitano, (ut supra part. 1. docuimus) tradita fuit Carmelitis circa annum Domini 412. & hæc perduravit usque ad Aymetici tempora, qui (ut supra etiam retulimus) institucionem à Joanne Hierosolymitano Carmelitis datam, & idioma te Græco conscriptam, Latine verti, propter Latinos in monte Carmeli commorantes iussit. Floruit autem Aymeticus (ut præcedenti dubio tradidimus) circa annum Domini 1141. Cui ferè immediatè successit Albertus, qui anno 1205. Regulam nobis concessit. Quo ergo tempore sub Basilii Regula Carmelitas vivere potuerunt? Et minus etiam probabile apparet id, quod idem Antoninus, & alii censent, Regulam Alberti extractam, ac desumptam fuisse ex ea, quam Basilii condidit. Cum potius, si nostra Regula cum Basilii, & aliorum Regalis conferatur, in nullo se ei eam, quæ Basilii est, referre videatur: cum ceteris vero frequenter concordet. Nam si per singula Regule nostræ capita discurtamus, nullum ex Basilii desumptum faciliè inueniemus.

Nec Regulam Carmelitis ex illius desumptam fuisse.

Nam primum, quod est de Priore habendo, ac de tribus voris ter vandis, (in quibus Regule disciplina consistit,) non mirum, quod in Basilii Regula inventatur: cum hoc commune sit omnibus Religionum institutis. Differt tamen in diversis. Nam quem Basilii in sua Regula *Præpositum*, sive *Abbatem* nominat, Albertus *Priorem* appellat.

Secundum & tertium Caput in quo de Eremitico, de cellularum singularitate, distantia & dispositione agitur, non solum à Basilii Regula petita non sunt, verum et omnino contraria apparent. Basilii enim cœnobiale, ac communem vitam in uno monasterio, sine hac cellularum separatione, in suis Regalis sæpe instituit. Albertus verò eremiticam vitam, ac solitariam deseruit.

Quartum verò Caput de communi refectioe traditur. An igitur quia idem in Regula S. Augustini & Benedicti inuenitur, nostra Regula ex Augustini & Benedicti Regulis desumpta est? Aut fortè, quia Basilii communem mensam statuit, & hanc suis Regulis Augustinus & Benedictus confirmarunt, Regula Augustini & Benedicti à Basilii emanasse dicenda erit? Sed quid moror in hoc? cum Regula Alberti communis refectioe mensam Eremitis non sternat, sed hoc ab Innocentio IV. additum fuisse constet?

Præterea Caput 5. nostræ Regule, quod de situ cellulæ Prioris agit, eam esse construendam juxta vestibulum monasterii tradens, nusquam in Regulis Basilii reperies.

Sextum verò de oratione ac meditatione continua nec apud Basilium, nec apud alios Religionum institutores sub præcepto cautum inuenitur.

Septimum, quod circa Horas Canonicas, & Officium diuinum persolendum versatur, potius Benedictum quam Basilium redoler.

Octauum, quod de abdicandis rerum usu, ac proprietate tractat, fortè Basilii est, quia omnium commune esse debet. Nam cum paupertatis votum, à quo hæc abdicatio provenit, Religionibus omnibus commune sit, quid mirum, si in Regula Basilii inueniatur?

Nonum verò Caput de oratorio in medio cellularum erigendo, neque in Basilii, neque Augustini, neque alia cœnobitica Regula scriptum reperies. Hujus verò quod in eodem Capite statuitur, ut ad audienda missarum solemnia Fratres conveniant, etiam non meminit Basilii.

Caput verò decimum de Capitulo & correctione Fratrum agit, ubi autem in Basilii Capitulum, aut aliquid, quod illud sapiat legitur? Et ut omnia concludam, ubi Basilii jejunium ab exaltatione sanctæ Crucis usque ad Dominicam Resurrectionis suis monachis commendavit? ubi abstinentiam à carnibus decrevit? Certè nec de jejuniis in Regula Basilii aliquid peculiare statutum inuenio: & carniæ esum non solum non interdici, verum & expressè concedi video, ut patet in Regulis superioribus. *Interrogatione* 19. & 20. ubi Basilii apertè monachis, se nolle carniæ esum negare, fatetur.

De silentio quoque nocturno in Basilii Regula sermo non fit. Quod si de labore manuum in ea tractatur (quod quidem non inficior) hoc tamen laborandi studium ita fuit monachis Syriæ & Egypti commune, ut nullus ad eorum consortium admittetur, qui alicujus artis mechanicæ munere non fungeretur. Nec solum in Orientalibus Religionibus id receptam comperies, sed in Occidentalibus apud Benedictum, Augustinum, & Franciscum idem statutum videbis. Quid ergo commercii, societatis, aut similitudinis Alberti Regule, cum Basilii institutionibus? ut prædicti Auctores ausi sint affirmare, nostram Regulam ex Basilii extractam, ejusque appendicem esse? cum tam latè, longèque inter se dissent.

Et certè inter hæc duo dicta Antonini, nempe, quod Religio nostra fuit aliquando sub Regula B. Basilii, & præterea, quod Regula Alberti sit extracta ex institutionibus Basilii, hoc secundum magis cum ratione ac experientia pugnat. Nam de priori non miror, quod, cum Religio nostra in remota Syriæ partibus commoraretur, ejus initia, ac progressus ab Antonino, & aliis Latinis Scriptoribus ignorarentur, & sic falli potuisse, existimantes sub Regula Basilii Carmelitas famularum DEO præstitisse.

Non parum prædictis obstat videtur nostri Ordinis Auctorum sententia. Nam Waldensis ubi supra & Paleonydorus & Mantuanus in *Apologia de antiquitate Ordinis* affirmant, Regulam nostram extractam fuisse ex Regulis Basilii. Huic objectioni respondetur, quod (ut ex Amphil. Iconii Episcopo, & ex aliis docet Paleonydorus lib. 2. Cap. 5.) Eusebius Cæsareæ Episcopus, cum primum Basilium agnovit, admirans profundissimæ sapientiæ ejus pelagus, vocatis quibusdam montis Carmeli Fratribus, in monte Didymi eis Monasterium constituit, cum quibus Basilii omni humilitate conversando, post mortem Eusebii meruit provehi ad summum Cæsareæ sacerdotii gradum. Et insuper addit Paleonydorus: Ille est Basilii, qui Monachorum institutum duplici sub forma composuit: unam per modum dialogi, & hanc ejus confratres Carmeliæ in monte Didymi assumpserunt: & eundem in Partionum eligentes, de Ordine S. Basilii vocati sunt: aliam per modum commu-

communis admonitionis, quam S. Joannes 44. Hierosolymorum Episcopus suo libro inseruit, & Carmelitus tradidit. Sub hac Carmelita vixerunt quousque ab Alberto compendiosam regulam acceperunt. Hæc Paleonydorus.

Id mihi in hac re magis probatur (quod latius sum prosecutus libro 1. Cap. 10. de ordinis antiquitate) D. Basilium, præter regulas, quas monachus communiter in cœnobis degentibus composuit (quæ etiam inter sua opera habentur) aliam Regulam tradidisse his, qui solitariam vitam in Ponto Euxino agebant, quorum ipse simul cum D. Gregorio Nazianzeno collega fuit, ut sæpe tam ipse, quam Nazianzenus Epistolis suis repetunt. Consulendus de re hæc Baronius, qui hæc & alia D. Basilii gesta Tomo 4. circa annum 362. plena oratione scripsit. Et quantum mihi fas est colligere, has institutiones Basilium simul cum Nazianzeno composuit: ut aperte ipse Nazianzeno Epistola 9. demonstrat. Ab his fortè regulis, Eremitis illis Euxinum colentibus, impositis Joannes Hierosolymitanus partem aliquam suam institutionum est mutuatus: à quo Albertus Patriarcha (ut infra dicam) suam Regulam accepit, & ideo Albertus dicitur suas institutiones à Basilio mutuas. Quibus bene consonant ea, quæ nostri Ordinis Historiographi de Basilio dicunt: nempe, Regulam Joannis extractam fuisse ex Regula Basilii, non ex his, quæ inter scripta Basilii circumferuntur, sed de aliis Institutionibus, quas ipse Eremitis Ponti sive voce, sive scripto tradidit. Et ex hoc communis Authorum sententia occasionem sumpsit affirmandi, Carmelitas in Occidenti sub Regula S.B. sibi militasse.

Cur tam variè & ambignè sæpe Authores de rebus Ordinis Carmeliticis loquantur? Sed certe (quod verius existimo) horum avaritè & thorum errandi occasio non alia fuit, quam quod cum ipsi solum in Europa quatuor prædictas Regulas agnovissent, & Carmelitas neque sub Augustini, neque Benedicti aut Francisci Regulis viderent, ita tam suspicati sunt, sub Regula Basilii originem sumpsisse. Maxime, cum eorum iniqua, utpote in Syria, & aliis remotissimis Regionibus peracta ignorarent. Nec mirum est, quod Historiographi Latini ea, quæ in tam diffusis partibus contingere, non cognoverint. Et hæc causa est, ut tam variè, tam incertè, & frequenter tam longè à veritate deviantes de hujus Religionis gestis loquantur.

Ex prædictis igitur luculenter patet, Carmelitarum Regulam à Patriarcha Alberto eis traditam, non esse appendicem Regulæ Basilii, neque ad aliquam aliam ex quatuor superius allatis reduci. Quare cum omnino diversa sit ab illis, non jam tantum quatuor Regulæ, sed quinque inter approbatas erunt annumerandæ: præcipuè, cum Regula Alberti nec tempore (ut dictum est supra,) nec perfectione, ut jam pergitur explicare, aliis posterior sit. Patet etiam secundò, Albertum in sua Regula nulla ferè inseruisse, quæ antea in institutionibus Joannis Hierosolymitani non essent appositæ. Quod facile esse ostendere, per singula Alberti capita discutendo, ut probatur in Speculo Ordinis libr. 8. Capit. 4. ubi fustus demonstratur, prædictam Regulam ferè in omnibus, eam, quæ Joannis est, æmulari: præcipuè verò legenti Cap. 21. Joannis Regulæ, constabit, ab eodem circa oratorium, cellarum separationem, & silentium, idem quod ab Alberto fuisse stabilitum. Quare Albertus in sua Regula id so-

lum præstitit, ut, quod Joannes in dictis institutionibus suadendo in generali dixerat, Albertus statuendo in speciali determinaret. Ita expressè sentit Waldensis, de Sacramentali. tit. 9. Cap. 89. dum ait, Ordo Carmelitarum à Joanne Patriarcha Hierosolymitano Regulam vivendi Gratiè conscriptam accepit, quam pleniori post sub Alberto Patriarcha forma digestam insequitur. Sentit ergo Waldensis in hac re nobiscum.

## D V B I V M VII.

### De perfectione Regulæ Alberti, nostræque Religionis.

Varia sunt in Ecclesia Religionum genera, quibus DEUS variis hominum conditionibus consultam esse voluit. Nam cum diversa sint hominum ingenia, varæ propensiones, nec pares omnibus vires insint, unus enim d. ligis solitudinem, alius frequentiam gaudet, alius libertatis legit, alius operatur, vel orat: non sine divino consilio, Religionum institutum in multas professiones, stud. aq. dividitur: & ut recè Nestorius Abbas apud Cassianum Collatione 14. loquitur, Quidam summam intentionis suæ erga Eremiticæ, & cordis consistunt puritatem: ut in præteritis ELIAM, & ELISEUM, nostrisque temporibus beatum Antonium familiarissimè DEO persiludinis silentium cohasisse cognovimus. Quidam erga institutionem Fratrum, & pervigilium cœnobiorum curam, omnem studij sui sollicitudinem dederunt. Quisdam Xenodochij, & susceptionum piæ curam, alij intercessionem, quæ pro miseris ac oppressis impenditur, exequentes, aut doctrina instantes, aut elemosinas pauperibus largientes, inter magnos, ac summos viros vigerunt. Hæc Nestorius ut supra. Hoc autem singulis uniuscujusque artis ac vitæ professoribus innam cernimus, ut illam omnibus aliis excellentiorem existiment, ac variis laudibus effertant: quod multis exemplis in artium professoribus reuocet. Laudant enim iurisperiti suam artem, ut eorum disciplina nihil parent conferendum: ab hac enim totius mundi administrationem ac præctam disciplinam pendere putant. Medici vero nihil humano generi eorum facultate utile esse cognoscunt. Philosophi hæc omnia, tanquam vitia & caduca, aspiciantur: nihilque sublimius ea disciplina exclamant, quæ à terrenis his rebus homines abducos, ad caelestem contemplationem convertit. Theologi denique (ut alios intemittam) tanquam cum DEO versantes, ejusque arcana penetrantes, scientiarum omnium famulatum Theologie debent contendunt. Adeo enim unicuique pulchrum, ac excellens suum institutum videtur, ut omnibus aliis præferendum merito censent. In quo, de propria facultate & instituto, à nobis lato judicio nescio quid proprietatis ac philantia lateat: nam, dum de professione propria quis gloriatur, in sui laudem ac commendationem, suæque artis gloriam retorquet.

Idem quoque in suscipiendis religiose vitæ institutis plerumque accidere videmus, ut quod propriè sibi quisque magis accommodatum videtur, id Religionum solum ut præstantissimum jactet: cetera verò pro nihilo ducat. Ex quo variæ sunt inter Religio-

nes exortæ questiones, & controversiæ magnæ de excellentia, ac perfectione uniuscujusque Regulæ instituti: ita, ut ferè nulla sit, quæ aliis etiam perfectissimis palmam concedere velit: cum tamen verè & absque ulla dubitatione, multæ sint aliis digniores, ac perfectiores. Ex quo autem hæc perfectio pensanda sit, non est locus hic ex aliis examinandi, cum de hac materia latius in *Tractatu de professione* sumus dicturi.

Tamen ut ad propoliti dubii resolutionem descendamus, aliqua circa hæc præfari oportet: ut, præmissis his, nostræ Regulæ, ac Religionis architectura, ac perfectio luculentius pateat. Consulto addidi (& Religionis) nam ex sola Regula, Religionis perfectio mensuranda non est: cum plures Religiones perfectione inæquales, sæpe sub eadem Regula militent. Quare ab alio principio, præter Regulam, pensanda est in Religionibus perfectio, ex utroque tamen complete: nempe, tam ex Regula, quàm ex aliis Religionis statutis, sine, & exercitiis, religiosi status perfectio consideratur. In hac dubitatione nostræ intentionis non est, sanctissimas aliarum Religionum instituta quicquam derogare, sed tantum nostræ Regulæ, ac instituti perfectionem ejus a hæreticis, ac professoribus ostendere: ut sic ad brævium suæ vocationis alacrius, ac velocius ab omnibus expediti currant, eique tenacius inhæreant, non ut de altissima professione gloriantur, sed ut cum timore, & tremore suam salutem operantes, potius reddendam DEO rationem pertimescant.

**Hominis** Primùm igitur ad resolutionem hujus difficultatis notandum est, veram perfectionem Christiani in charitate consistere. Nam cum charitas in uniuscujusque ei perfectio in eo sita sit, ut suo ultimo fini quàm arctissimè conjugatur, & finis hominis sit DEUS, cum quo eum charitas sive dilectio maximè unit, juxta illud Joan. 4.

*Joan. 4. Qui manet in charitate, in DEO manet, & DEUS in eo: & ad Coloss. 3. Charitas est vinculum perfectionis, id est, vinculum, quod ligans hominem cum DEO, illum reddidit perfectum: si ex consequenti, quod in charitate & dilectione DEI, omnis perfectionis Christianæ summa sita sit.*

Secundò notandum est, quòd quamvis in charitate perfecta, essentialis perfectio consistat: est tamen præter hanc alia perfectio, quæ perfectio status, sive status perfectionis dicitur: de quo D. Thom. 2. 2. q. 183. art. 1. & q. 184. & alibi sæpe; & communiter Theologi, qui dividunt perfectionem in absolutam, quæ in charitate consistit, & in statum perfectionis, qui est modus vivendi, certis legibus & consuetudinibus obnoxius, quibus perfectio acquiritur, vel exercetur. Qui perfectionis status adhuc subdividi solet, nempe in statum perfectionis jam adeptæ, sive exercendæ, (qualis est status Prelatorum, utpote Episcoporum,) & in statum adipiscendæ, sive acquirendæ perfectionis, qualis est status Religiosorum. Hoc enim inter Episcopos, & Religiosos, quòd non tenentur continuo esse perfecti, sed tantum ad perfectionem aspirare: versantur enim in palæstra, & exercitatio ad statum perfectionis virtutum, & remouentur impedimentorum: illi verò tenentur esse perfecti, & in eo gradu charitatis inveniri, ad quem Religiosi per sua vota, & exercitia tendunt. Quare Episcopi debent esse perfecti, ac perfectionis veluti Doctores, & Magistri, qui eam exercere, & docere

*Thom. à Jesu Oper. Tom. I.*

tenentur. Religiosis vero tantum convenit discipulorum perfectio, quibus expedit addiscere, & profectum in disciplina curare. Tendit igitur Religiosi ad perfectionem, & eorum status est via charitatis, sive perfectionis acquirendæ.

Tertiò observandum est, in statu Religiosorum, ad perfectionem parandam duplex esse instrumentorum genus. Aliud est communissimum, qualia sunt tria illa substantialia vota, obedientiæ, castitatis, & paupertatis: aliud verò solet esse proprium uniuscujusque Religionis instrumentum, qualis est finis, sive proprius scopus illius Religionis: ac deinde peculiare uniuscujusque ordinis observantiæ, ut vigiliæ, jejunia, meditatio scripturarum, oratio, nuditas, solitudo, & similia, quæ propriis Religionum Regulis, ac Constitutionibus decernuntur.

Inter hæc verò instrumenta, potissimum est, & omnino necessarium illud primum, quod tria substantialia vota complectitur, in quo substantialia Religionis salvatur, ac sine quo Religio perfecta esse non potest. Nam hæc sunt, quæ à Christo Domino, ut potissima ad perfectionem media, in Religione sunt instituta: cum cerè, ut quis perfectè DEUM diligat, debeat & se totum DEO tradere, & omnia impedimenta remove. Utrumque verò consequitur per virtutes obedientiæ, castitatis, & paupertatis. Tradimus enim DEO nos totos, quādo tradimus animam, sive ejus libertatem, corpus, & res externas. Nihil enim habemus aliud. Animus verò per obedientiam, corpus per continentiam, res externæ per paupertatem à nobis in Religione DEO traduntur. Ac proinde hæc virtutes cum primis in Religione sunt necessariæ ad perfectionem acquirendam. Nec solum ad hanc juvant prædicto modo, sed insuper illis remouentur omnia impedimenta divini amoris.

Nam cum *radix omnium malorum sit cupiditas*, teste Paulo ad *Timoth. 6.* sic è contratio radix omnium bonorum est charitas, teste D. Augustino, *sermone 12. de verbis Domini.* Omnis verò mala cupiditas ad tria capita reducitur: ad luxuriam, avaritiam, & superbiam, ut habetur *1. Joan. 2. Quidquid est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Hos igitur tres impedimentorum fontes obruant tres illæ prædictæ virtutes. Nam & concupiscentiam carnis, continentia: superbiam vitæ, obedientia: oculorum denique concupiscentiam, sive avaritiam, vitæ paupertas destruit. De quibus latius D. Thom. 2. 2. *questionibus 185 & 186.* & doctissimè inter juniores Plato *lib. 1. de bono statum Religiosi* per plura capita, præcipuè à *Cap. 4. usque ad 11.*

Secundum genus instrumentorum, quod in Religione reperitur ad parandam perfectionem, est duplex. Vel enim est finis particularis Religionis, vel sunt exercitia, quæ in tali Religione sunt instituta. Hoc autem discrimen inter utrumque versatur. Primò quia finis semper debet esse aliquis actus virtutis: vel misericordiae, (teste D. Thom. 2. 2. *quest. 188. art. 1. & Cajet. ibi.*) ut sunt prædicare, docere, xenodochiis inservire, &c. vel Religionis, ut est oratio, sive contemplatio. Exercitia verò non semper sunt ex se actus virtutum, ut sunt corporis maceratio, vigiliæ, cameuniæ, solitudo, &c. Quæ licet intinsece actus virtutum non sint: si tamen de-

Si bene

In statu Religioso duplex datur instrumentorum genus proprium adipiscendæ perfectione: aliud commune omnibus, aliud proprium cujusque Religionis.

Tria substantialia Religionis vota sunt potissimum & necessarium perfectiois assequendæ medium.

Ad Tim. 6

1. Joan. 4

Quis sit status perfectionis, & ejus divisio ac subdivisio.

Quomodo inter differentias, quoniam perfectio, & Religionis, & Episcoporum & Religiosorum?

biè assumantur, sunt actus virtutis, ut D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 2. ad 3. docet: & perfectionis instrumenta, ut idem ipse *quæst.* 188. art. 7. in corpore faretur: Imò & media non solum opportuna, verum (supposita communi hominum fragilitate) ferè omnino necessaria, ut experientia ipsa, & Sanctorum innumera exempla testantur, ad perfectionem Christianam acquirendam, & conservandam. De quo nos fortè alibi latius dicemus.

Secundò differunt finis particularis, & exercitia Religionum, quod hæc semper ordinantur ad majorem observantiam trium votorum (ut docet D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9.) Itaque omnes istæ observantiæ habent pro scopo immediato perfectionem trium votorum observantiam, mediâ verò ipsam charitatem: finis verò peculiaris non semper ordinatur, nec respicit majorem, vel minorem votorum observantiam, ut patet de fine prædicandi, docendi, &c. Ex enim nullam ordinationem habent cum obedientia, castitate, & paupertate: sed immediatè respiciunt charitatem ipsam, qui est universalissimus finis Christianæ Religionis. Ac denique inter exercitia particularia, alia ordinantur ad observantiam trium votorum, ut dictum est: alia ad consequentiam finis particularis, ut studium litterarum ad prædicandum.

Ex his clarè constat, in quo conveniant, & distinguantur Religiones: in duobus enim omnes conveniunt, & in duobus aliis omnes ferè distinguuntur. Conveniunt enim in universalissimo, & potissimo fine, nempe, dilectione DEI, in communissimis deinde instrumentis, & mediis, in tribus scilicet votis. Differunt verò frequenter in fine particulari, vel exercitiis, aut instrumentis particularibus, tam in ordinatis ad observantiam trium votorum, quàm ad assequutionem illius finis particularis.

His præmissis breviter, nunc constituo primò, quod excellentia unius Religionis supra aliam potest attendi tripliciter, ut ex D. Thom. constat 2. 2. q. 188. art. 1. & art. 6. Uno modo ex parte finis: & sic illa dicitur perfectior Religio, quæ ordinatur ad perfectiorem finem. Secundò attenditur excellentia unius Religionis ad aliam, secundum quod in eodem genere finis una ordinatur ad altiore actum, quàm altera: ut inter Religiones, quæ ordinantur ad contemplativam vitam, perfectior erit illa, quæ ad contemplandum, quàm ea, quæ ad legendum ordinatur: & inter opera vitæ activæ, potior finis est, redimere captivos, quàm recipere. Et ideo Religio, quæ ordinatur ad redimendum captivos, erit excellentior eâ, quæ ad hospites suscipiendos ordinatur, cæteris paribus. Attenditur etiam ex parte finis excellentia, quando ad plures fines una, quàm alia ordinatur: ut, quæ ordinatur ad contemplandum & prædicandum, perfectior erit, eâ, quæ ad unum istorum tantum designatur. Tertio iudicatur de præminencia unius Religionis ad aliâ, ex parte exercitiis, non quidem quantum ad quantitatem, sed quantum ad proportionem ejus ad finem intentum. Hæc sunt, quæ ex doctrina D. Thom. communiter observant Theologi, qui perfectionem omnem ex fine particulari, & meditationis, sive exercitiis ad illum assequendum proportionatis, desumendam esse decernunt.

Canonista Canonistæ verò, non ponderatis his subtilita-

tibus non à fine, sed ab exercitiis positus, Religionis perfectionem judicant. In quo solum considerare solent, in qua Religione sit arctior, strictior, durior, vel fortior vivendi modus: solumque attendunt in omnibus communissimum charitatis finem, non inspectis aliis particularibus, sed tantum distinctiorem vivendi rationem. Quibus faver Innocentius Papa in *c. licet de Regul.* ubi *sanctior vita dicitur arctior.*

Non est locus hic differendi, quæ harum opinionum verior, ac magis juri consona sit: parum enim ad propositum dubium spectat, an hæc, vel illam amplectamur. Et ideo hujus controversiæ ad alium locum rejecto examine, secundum utramque opinionem placet nunc de excellentia, & perfectione nostræ Regulæ, ac Religionis philopphari: & prius de Regula in comparatione ad alias Religionum Regulas: postea vero de Religione respectivè ad alias dicemus.

Secundò constituo, quòd nostra Regula primitiva, tam secundum Theologorum, quàm Canonistarum sententiam perfectior est quibuscunque aliis Religionum Regulis. Primò ex sententia Patrum, & Theologorum probatur. Nam eremiticæ vitæ institutum est culmen, & saluberrimum Religiosæ vitæ, ac proinde eremitica vita perfectior est omnibus aliis. Testatur id appetere ab hac sententia dissentiat, in quam omnes ferè Patres conveniunt, dum docent, non debere quenquam transire ad vitam eremiticam, nisi prius diligenter in cœnobio se exercuerit, propterea quod hic modus vivendi non adferat perfectionem, sed præsupponat, ut Hieronym. docet in *Epistola ad Rusticum*, Cassianus *collatione* 10. *Ca. 3.* Augustinus libro 1. *de moribus Ecclesiæ* Cap. 3. Benedictus in *Regula* Ca. 1. Bernardus *sermone 3. de circumcissione*, & sic eremitica vita est perfectiorum, similis (suo modo) Episcoporum statui. Sic ergo (ut verbis D. Thom. utat) id, quod jam perfectum est, præeminet ei, quod ad perfectionem exercetur, ita vita solitariorū præeminet vitæ sociatili. Et hæc est potissima causa, quare Pontifices omnium aliarum Religionum monachos ad Carthusienses, vel Camaldulenses, qui eremiticam vitam proficiunt, transitum permittunt.

Imò inter hos duos Ordines, quia Camaldulenses vitæ Eremiticæ institutum perfectius exequuntur, utpote qui singulariter in cellulis separatis degunt, concessam est à Leone X. ut Carthusienses licitè ad Camaldulensium Ordinem transire possint. Cum ergo in nostra Regula, eremitica vita in rigore perfectissima instituta appareat, (ut patet ex *Cap. 2. 3. 4.* & aliis *Regulæ capitulis*, in quibus, ut singuli separatim in cellulis divisi ac separatis vivant, statuitur, & solum præcipitur, ut Dominicis diebus in capitulo, & singulis aliis ad audiendum Missarum solennia convenire debeant, ut patet ex his, quæ in *Cap. 2. & 3.* dicimus, cujus verba sunt: *Præterea juxta situm loci, quem inhabitare proposueritis, singuli vestrum singulas habeant cellulas separatas, sicut per dispositionem Prioris ipsius, & de assensu aliorum Fratrum eadem cellula cuique fuerint assignate; ita, ut quamvis Innocentius VI. in mitigatione addiderit, ut in Reformatorio quotidie omnes conveniant, tamen nihil aliud circa rigorem, ac perfectionem Eremiticæ vitæ temperaverit: rectè sit, ut ex hac*

parte

parte sine ulla controversia aliis omnium Religionum Regulis præemineat. Nam neque Basilii, nec Benedicti, nec Augustini aut Franciscus de vita eremitica in sua Regula meminerunt. Nam etsi Augustinus Fratibus Eremitis Regulam dedit: tamen de eremitica vivendi forma ac instituto nihil Augustini Regula tractat. Neque sufficit in eremo vivere, nisi solitariè, & separatim vivatur, ut jure Eremitæ dici possint.

De Carthusiensium verò & Camaldulensium Religionibus etiam censo, cum nostra Regula non esse eas conferendas: eo tamen modo, quo hæc propositio inferius explicanda, & temperanda est. Primò quia Carthusienses non ita strictam vitæ eremiticæ formam, sicut nostra Regula præcipit, observant, cum in claustris simultaneè degant. Et præterea, cum id habeant ex Constitutionibus, quæ quotidie mutari possunt aut solent, non sunt comparandi cum eo eremiticæ vitæ instituto, quod in aliqua Regula constituitur. Camandulensium verò Religio D. Benedicti Regulam observat: & sic, quamvis perfectior sit talis in solitudine, modus tamen eorum, & vitæ institutio adhuc si cum eo, qui à nostra Regula decernitur, conferatur, excellentior illo non est: imò ab eo in multis superatur, potissimum verò in hoc, quod illæ Regula, hic verò à constitutionibus statuitur.

Et fortè minus propriè utrumque institutum atque eremiticè vivendi modum comparamus: cum hic sermo non sit, nec controversia, nisi inter ea, quæ in Regulis Religionum constituntur. Quare, cum illi vel Regulam eremiticam non habeant, (nempe Carthusiani) vel qui habeant, ut Camandulenses, in ea de eremitica vita nihil agatur: manifestè fit, ut nostra Regula non solum perfectior sit ex hac parte omnibus aliis Religionum Regulis, sed potius sola sit, & unica ex Regulis ab Ecclesia approbatis, quæ eremiticam vitam decernat.

Tertio dico, quod nostra Regula ex parte exercitii, non solum quantum ad quantitatem, sed quantum ad proportionem, est perfectior aliis. Quod ex eo manifestè probatur, quia austeritas & solitudo sunt optima media, & magis proportionata ad finem eremiticæ vitæ. Nam finis austeritatis & solitatis vitæ, est contemplatio DEI æternique celestium, ut patet ex Cassiano *Collat. 19.* quæ est de fine vitæ eremiticæ: quia medium ad contemplationem omnium optimum est, habere animum collectum, & intentum: cui rei valdè deservit solitudo, quæ omnem strepitum rerum, quæ animum distrahere possunt, procul arceat. Idem quoque de jejuniis, & reliqua vitæ severitate dici potest: & nos supra, dum de fine nostræ Regulæ ageremus, diximus. Cum igitur in nostra Regula cellas distinctas, ac omnino separatas Albertus constituat, ac præterea jejunium, silentium, manuum laborem distinctè commendat, fit, ut simul eremitica vita, proportionata ac convenientia media pro ejus perfecta executione decernatur, ac proinde, quod, ex parte exercitii ad finem proportionati, perfectior sit aliis Religionum regulis.

Imò, quamvis nostra Regula vitam eremiticam non amplecteretur, adhuc ex parte finis perfectior est aliis Religionum Regulis. Nam, ut ex præcedentibus constat, finis, & scopus ejus est oratio, ac meditatio continua: quod in nulla Religione ex vi Regulæ statutum invenitur.

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

Legat, ac revolvat Lector Basilii, Benedicti, Augustini, aut Franciscus normas, quas tradidit vivendi, & præceptum simile de mentali, ac jugi oratione non inveniet. Quod si quis dicat, in aliis Regulis actus docendi, aut prædicandi præcipi, qui contemplationi præstant: respondeo, quod adhuc nostræ Regulæ perfectioni non derogat. Primò, quia in Augustini, Basilii, aut Benedicti Regula vix de prædicatione mentio fit solum Franciscus Regulam prædicationis munus ejus professoribus injunxisse invenio. Quod tamen parum prædictis obest, quia tunc prædicationis munus præferendum est contemplationi, quando simul est cum illa, & ab ea derivatur. Nam præcisè si contemplatio, & prædicatio sumantur, contemplatio prædicationi præfertur, ut ex D. Thom. patet, ut supra articulo 6. in corpore. Quare, licet finis Regulæ beati Franciscus sit prædicatio, quia tamen illa non conjungitur cum contemplatione (nullum enim est in Regula Franciscus de contemplatione statutum) aperte sequitur, finem nostræ Regulæ præferendam esse ei, qui in Regula Franciscus præfigitur.

Dico quartò. Si vitæ perfectio ex arctiori vivendi modo (ut Canonistæ non immeritò volunt) pensetur: nostra Regula perfectissima est inter alias, cum inter omnes sit strictissima. Probatur. Quia etsi sola ea, quæ ex solitudine oritur, austeritas sufficeret, ut eam arctiorem redderet, habet præterea continuam in cellis clausuram, simul cum assidua, & jugi oratione. Deinde ab exaltatione sanctæ Crucis usque ad Dominicam Resurrectionis prolongata jejunia. Quæ omnia (imò nec singula) apud ullam aliam Religionis Regulam præscripta inveniuntur, quibus si addas paupertatem in communi, à carnibus (nisi pro infirmis) abstinentiam, manuum labores, ac ita arctum silentium, ut in nulla Regula ei æquale proponatur, proculdubio hæc Regula aliis omnibus severior, ac distinctior apparebit: & quamvis in ea aliud non esset, nisi vitæ eremiticæ institutum, omnibus in vitæ severitate præemineret.

Hæc dicta sunt de nostra Regula secundum se considerata. Quæ proculdubio, si, quantum ad eremiticæ vitæ formam attinet, in eo rigore, in quo condita est, servaretur: nec Camandulensium, nec Carthusiensium institutum ei esset conferendum.

Nunc verò de nostra Regula, prout à nobis servatur, adjunctis aliis à Religione excogitatis ad majorem obsequantiam exercitii, differamus: & nostram Religionem cum aliis tum ex parte finis, tum ex parte exercitiorum comparemus. Loquor autem nunc de Religione, prout complectitur tam Regulam, quam statuta à Capitulis generalibus condita: & suppono, nostram Regulam in omnibus ad unguem servari exceptis his, quæ de separatis cellulis, & commoratione in eremis statuit, ut videre est in nostris Constitutionibus.

Dico quintò. Religio B. MARIE Virginis de monte Carmeli, prout à Carmelitis Discalceatis servatur, aliis Religionibus in perfectione inferior non est. Loquor nunc de Religionibus illorum, qui eremiticam vitam non profitentur. Nam Carthusiani, & Camandulenses, nobis, & aliis cœnobiticam vitam degentibus, ratione vitæ solitariæ, in perfectione sunt præstantiores. Quare omnibus cœnobitis ad eo-

Ex Canonistarum sententia probatur ejus supra alias Regulæ perfectio

Probatur Religionem Carmel. Discal. nulli cedere in perfectione.

St. 2. rum

rum consortium transitus est permissus. Probat-  
tur id efficacissima ratione: quia ex duplici ca-  
pire, ut ex dictis constat, attendi potest in Re-  
ligione perfectio: primum ex parte finis, & con-  
stat inter omnes, finem mixtum ex contempla-  
tione, & actione, sive praedicatione perfectio-  
rem esse alio quolibet. Praeterea, constare debet,  
inter mixtos fines, praefendum esse eum, qui  
plus habet de contemplatione, illis, qui ex aequo  
vel ex contemplatione & actione, vel minus ex  
contemplatione, & magis ex actione constat:  
quia plus participat de contemplatione, quae  
perfectior est aliis finibus: sed nostra Religio, ut  
ex dictis patet, habet hunc finem mixtum; ita  
tamen, ut principaliter constet ex contempla-  
tione, minus vero principaliter ex actione: ergo  
ex hac parte nulli Religioni posterior est.

Secundò hæc perfectio considerari potest ex  
parte mediocritatis, & constat in Religione nostrâ  
de mediis ad contemplationem ordinatis, ab-  
undè provisum esse, de quibus laicè diximus  
difficultate tertia. Patet etiam de illis, quæ ad  
praedicationem conferunt: qualia sunt studia,  
& exercitia litterarum, quæ in nostris Consti-  
tutionibus distinctè præcipiuntur. Ergo neque  
ex hac parte inferior est aliis. Quod si in sensu  
Canonistarum de perfectione loquamur, qui  
eam tantum ex arctitudine vitæ conspiciunt, si  
hæc in nostra Religione consideretur, etiam  
non est minor aliis: nam tam ex Regula, quam  
ex Constitutionibus, ut videre erit in ultimo  
Dubio nostræ Regulæ, plures habet, & non  
contemnendas asperitates, in quibus à nulla su-  
peratur.

Soler etiam una Religio alterâ excellentior  
ac dignior dici ratione antiquitatis: quoniam,  
qui prior est tempore, ponitur est jure, ut patet  
ex *Cap. Antiqua, de privileg. & Regul.* Qui prior  
de *Regul. jur. in 6.* ut tradit Cassianus in *Catalogo  
glor. mun. quarta pars. consideratione 52.* Praeterea  
excellencia, & præminencia considerantur ex  
parte instituentium, ita, ut omnes illi, qui à ma-  
jori, vel digniori sunt instituti, præferantur ex  
parte hac eis, qui à minus digno originem ha-  
bent: ut patet ex *capite quia sac. capit. si cum  
de prob. in 6.* & tradit idem Cassianus. *Ubi supra.*  
Ultimò consideratur, quod una Religio sit ex-  
cellentior altera ex approbatione: & ita illa Re-  
ligio dignior erit, quæ prius fuerit approbata, ut  
notatur in *Cap. finali de Religiosis domibus,* &  
hæc tria potius ad dignitatem quam ad perfe-  
ctionem substantialem pertinent. Adhuc tamen  
in his, quæ accidentalia sunt, hæc Religio indi-  
gnior non est: nam de antiquitate patet ex di-  
ctis: de dignitate, & excellentia institutoris  
(nempe sanctissimi prophetae ELIÆ) tacere  
potius, quàm loqui par est: de approbatione  
verò superius visum est, nostram Religionem  
saltem omnibus aliis, quæ Mendicantes sunt,  
prius fuisse approbatam: quod ex Genebrardo,  
& aliis gravissimis viris, & veritate ipsa confir-  
mabimus.

Hæc sunt, quæ de nostræ Regulæ, ac instituti  
perfectione breviter attigimus.

## D V B I V M VIII.

De obligatione Regulæ: an scilicet  
obliget ad mortale, an verò ad ve-  
niale peccatum, sive po-  
tius ad nullum.

Hujus dubii resolutio adeò gravis & diffici-  
lis auctoribus visa est, ut Cajet. 2. 2. q. 198.  
*articulo 9. in fin.* dubii magni summum Pontifi-  
cem adeundum pro ejus declaratione putet. Ang-  
gelus verbo (*præceptum*) eandem, circa D. Augu-  
stini regulam, declarationem desiderat. Nav-  
arrar. verò, vir aliis rebus moralibus apu-  
simus, hanc investigationem *Cap. 230. n. 48.* ita  
difficilem, & arbitrariam arbitrat, ut ibi asserat  
præcipisse se, ut à Concilio Tridentino diffini-  
retur. Quod & expectasse Henricum & Caje-  
tanum, *ibidem* asserit ille. Et tandem Sylvestre  
verbo (*lex*) nihil se potuisse in hac re explora-  
tum, & certum habere, confitetur.

Hæc enim est illa difficultas, quæ adeò olim  
Fratres Ordinis Minorum vexavit, ut tunc Cle-  
mentem, Ecclesiæ summum Pastorem suis præ-  
cipibus cogerint, illum celebrem Clementinam,  
*Exiit de Paradiso,* occasione suæ Regulæ in lu-  
cem edere. Et utinam hujus Pontificis, & alio-  
rum circa suam Regulam declarationibus postea  
factis, adhuc eorum conscientia sedantur.  
Adeò arduum, & difficile est Institutoris, sive le-  
gislatoris Regulæ mentem dignoscere, aut ape-  
rire. Sed quia pendet hujus dubii solutio ex no-  
tione alterius aequè ignoti, ac difficilis, penes  
quid inquam conspici possit, quando lex in con-  
scientia obliget, & præceptiva sit; quando verò  
directiva tantum, aut pœnalis solum: ideo præ-  
sens difficultas in duas secabitur partes. In prima  
de dignoscenda legis obligatione, in secunda de  
hujus regulæ obligatione differemus.

## PRIMA PARS.

Penes quid dignosci debeat, an lex sit  
præceptiva, & obligans in con-  
scientia.

PRæmittendum est, præceptum dupliciter su-  
mi. Primum strictè, & propriè, sive autonoma-  
sticè pro illo præcepto, cujus transgressio est  
mortalis. Secundò sumitur laxius, pro totum  
eius transgressores venialis culpæ reos constituunt:  
in quo sensu ab aliquibus præceptorum mandatum  
appellatur, ut ab Archid. post Hugonem 14. q. 1.  
*6. Quisquis:* ubi affirmat, hæc ratione sumptum  
præceptum esse mandatum, medians inter præ-  
ceptum obligans ad mortale, & consilium, sive  
exhortationem: quia inter obligationem ad  
mortale, & libertatem ad opera consiliorum,  
mediare debet hæc obligatio ad veniale. Quæ li-  
cet mandatum sive statutum ab aliquibus appel-  
letur, (in quo modo non moror) tamen tam hæc,  
quàm illa obligatio aequè mortale, cadit sub nomi-  
ne præcepti genericè sumpto, de cujus ratione est  
obligatio ad culpam, abstrahendo à mortali, &  
veniali. Docent hoc Antoninus 3. p. tit. 16. §. 7.  
Geson *alphabeto 63. lit. G.* Cajet. 2. 2. q. 186. art. 9.  
*opus 21. art. 1. Nav. de pen. dist. 5. c. Negotii n. 7.*  
Corda-

Cap. An-  
tiqua,  
priv.

Cap. quia  
sape c. si c. in  
de Prob.  
in 6.  
Cap. finali  
de religiof.  
domibus.

Corduba in Regulam beati Francisci Cap. 10. questione 3. puncto 1. Et ratio est manifesta: quia peccatum veniale est etiam prohibendum, ut constat de mendacio, aut verbo jocosio: ergo est contra praeceptum, quia prohibitio inter reliquos actus legis connumeratur à D. Thom. 1. 2. quest. 90. art. 2. Tenentque id Doctores in materia de peccato veniali, illud esse in hoc sensu contra praeceptum. Igitur praeceptum in generica & latiori sui significatione utramque obligationem comprehendit.

Restat nunc, ut aliquibus conclusionibus, sive regulis aperiamus, quibus signis, aut conjecturis sit investigandum, quando lex, sive praeceptum imponat venialem, quando vero lethalem obligationem. Oportet tamen prius de lege distinguere. Nam aut loqui possumus de lege secundum se, antequam usu, & consuetudine recipientium interpreteretur, vel ubi gratia, de lege per litteras edita, aut promulgata: vel potest esse sermo de illa, prout jam usa & consuetudine recepta est: multum enim interest, an hoc, vel illo modo loquamur. Nam in priori sensu ferendum est iudicium de lege secundum se inspecta, antequam consensu populi ejus vis minuatur, augeatur, obsecuetur, aut omnino extingatur. Posteriori vero compellimur, de lege consuetudine declarata aliter sentire: quia tanta est consensus recipientium legem vis, ac potestas, ut variè ejus obligationem immutare possit. In utroque sensu aptenda est difficultas, & investiganda sunt certiora signa, ex quibus institutoris, aut legislatoris mens, obligandi hoc, vel illo modo intelligatur.

Legem considerare, prout nuper promulgata est, vel prout illam jam usus recepit, plurimum refert.

Legislator intentionem obligandi declarat, per quaecumque verba, aut signa id faciat, tunc sine dubio talis lex obligat secundum voluntatem, & intentionem legislatoris, dummodo qualitas materiae id ferat. Haec regula certissima est. Nam si legislator potestatem habet obligandi ad culpam, tum maxime credendum est, eum obligare, id faciat quando ipse suam intentionem obligandi aperitis signis, aut verbis manifestat. Dixi, si materia id ferat: nam si haec levis, & parvi momenti sit, obligat, si non potest (quantumvis legislator velit) gravem obligationem inferre, ut infra dicemus.

Quid si non delectet se intendere obligare ad mortalem?

Ex qua regula colligo contra Soto libr. 1. de justitia quest. 6. art. 4. & alios, legislatorem, si legem absolvi ferat, neque ullo verbo aut signo declarare suam intentionem obligandi ad mortalem, minime tunc ad id obligare, quamvis alia materia sit gravis. Ita sentit Navarr. Cap. 23. numero 50. In d. etiam si addat verba praeceptiva, sentit, in dubio praesumendum esse de culpa veniali, non vero de mortali. Ratio est, quia in dubio praesumendum est de mente legislatoris, (maximè Ecclesiastici, & potiori jure de Institutibus & Patribus Religionum,) nonuisse conscientias subditorum illaqueare, nec oneribus importabilibus filios suos gravare, ut rectè docet D. Thom. quodl. 1. quest. 9. art. 4. Si enim id voluissent, aliquo signo, sive nota suam expressissent voluntatem. Præterea, quia cum in Clementina Exivit, de verborum significatione, definitur, obligationem legis ad culpam, colligendam esse ex verbis praeceptivis, aut aequipollentibus, si haec deficiant, (nisi alias evidenter constet de Conditoris voluntate) non est, cui suspicari similem obligationem teneamur, nisi

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

quis velit (ut dicitur) nodum in scilicet quaerere.

Secunda Regula: Quoties legislator in ferendis legibus verbis praeceptivis utitur, tunc signum est, eum voluisse ad culpam obligare: loquimur autem in hac regula de culpa, prout abstrahit à mortali, & veniali: nam de his latius in specie differemus. Verba autem praeceptiva sunt: precipimus, mandamus, prohibemus, inhibemus, vetamus, interdiciamus, jubemus, & similia: & à fortiori, cum aliquid praecipitur districte, vel in virtute sancta obedientia, sub obestatione divini iudicii, sub indignatione Apostolorum Petri, & Pauli, vel aliis aequipollentibus verbis, quae mandantis animum magis declarant. Hac regula, ut magistralis & certa, traditur in dicta Clementina Exivit, ubi Pontifex explicans B. Francisci Regulam, tunc docet illam ad culpam obligare, cum per similia verba praeceptiva aliquid decernit: & ex ejus mente colligitur, eandem Regulam observari debere ad leges omnes Ecclesiasticas, imò & civiles dignoscendas: praecipue vero ad Regulas aliarum Religionum, quarum occasione praedicta Clementina edita est. Fatetur hoc maxima Theologorum & Canonistarum pars, saltem loquendo de Ecclesiasticis legibus: & constat, quod decisio dictae Clementinae sit etiam pro regula habenda, ad civiles leges interpretandas: quia ibi Pontifex ex generali principio, scilicet, quod verba praeceptiva habeant hanc obligandi vim, interit & concludit, id specialiter esse servandum in avertienda mente B. Francisci. Ecce quomodo Clementina ibi tradat quasi generale juris principium, quod omnibus Constitutionibus, tam Ecclesiasticis, quam civilibus adaptari, & convenire potest, & debet.

Proposui amigitur regulam, ut universalem, & veram amplectuntur Joannes de Medina. C. de jejuniis q. 7. & Castro lib. de lege poen. Cap. 5. documento 4. Sylvestri verbo (praeceptum) q. 2. Armilla eod. tit. n. 7. Cajer. dicta q. 186. art. 9. dub. penult. Nav. ut supra n. 50. & seq. Covar. regula peccatum 2. p. 9. n. 2. & 3. Sot. ubi sup. Med. 1. 2. q. 94. art. 4. & communiter Canonistae, in dicta Clementina Exivit & c. quod praecipitur 14. q. 1. c. Concupiscentiam, de constitutionibus.

Quamvis Sylvestri, & Armilla ubi supra de verbo Mandamus, asserant, non denuntiare praeceptum, nisi dicatur, precipiendo mandamus: immerito tamen. Nam licet aliquando extra Constitutiones & leges hoc verbum positum non inducat praeceptum, ut patet ex Ca. Man. Cap. mandastis 2. q. 1. ubi Sixtus Papa quibusdam Emis copis rescribens, sic ait: Mandastis, ut scriberem q. 5. vobis: nunquam tamen verbum (mando) in lege ponitur, quin vim praeceptivam praeseferat se ferat (inquam) ex propria natura, & significatione, nisi alias ob aliquam circumstantiam, aut alia specialem rationem, haec praecipienda vis impediatur. Et idem sentiendum est de ceteris verbis praeceptivis. Quod eo argumento probari potest: quia similia verba ex vi suae significationis connotant decretum voluntatis, alicujus Superioris, subditis intimatum & impositum, ut illud exequantur: quod pertinet ad virtutem obedientiae, quae pro objecto habet praeceptum Superioris. Quare, cum talis intentio fiat per praeceptiva verba, consequens est, ut quoties illa ponuntur in legibus, semper inducant obligationem obediendi.

LESU  
Spiri.  
II  
VIII  
26

II.  
scilicet  
dve.  
diffici.  
192  
Ponifi.  
Augu.  
N.  
8. in  
affera  
diffini  
Cajer.  
vellet  
plora.  
olim  
Cle.  
is pre  
nam,  
in lu  
alio.  
offica  
ntur,  
vele  
x no  
ones  
con  
verò  
pra  
ma de  
fit  
sa. P  
na. d  
est ter  
im por  
am  
1.  
im  
ve  
d  
3.  
e



diendi. Loquimur autem nunc de obligatione, prout abstrahit à mortali, & veniali.

Idem, quod de verbis expressè præceptivis dictum est, extendi debet, ex mente prædictæ Clementinæ, & ferè omnium prædictorum Authorum, ad verba præceptis æquipollentia, qualia sunt: *debeant, teneantur, necesse, aut necessarium, non licet, non potest*. Et addit Joannes Medina, quem sequitur Navarrus, numero 53, verbum (*oportet*) saltem quo ad leges Ecclesiasticas, significare etiam obligationem præcepti. Et quamvis oppositum verius existimet Castro *ut supra*, asserens, verbum hoc solum deceniam & honestatem sepe significare: opinio tamen Navarræ communior, & probabilior videtur. Ceterum, quicquid sit de verbo (*oportet*) illud sine controversia est apud viros doctos, verba imperativi modi esse præceptiva: ut manifestè traditur in dicta Clementina §. *Nam est*. Quem textum ut mirabilem & singularem in hoc proposito, commendat Abb. dicto Cap. *Concupiscentiam* (& cum eo communiter Canonistæ) de Constitutionibus.

Ex hac regula primò observandum est, quòd, cum prædicta verba ex vi sua habeant hanc vim obligandi, sive illa in lege civili, sive in Ecclesiastica reperiantur, eandem vim retinere necesse est. Et sic eodem modo de lege civili, & de Ecclesiastica judicandum est. Quare non rectè limitavit Navarrus ea tantum de lege legibus Ecclesiasticis: quia Pontifex in dicta Clementina nihil declarat aut decernit circa jus canonicum, quod non possit commodè juri civili adaptari.

Secundò colligo, per hæc verba, *ordinamus, stabilimus, sancimus, volumus, decernimus*, si in legibus ponantur, nullam colligi posse obligationem ad mortalem culpam, quamvis materia aliàs gravis sit. Affirmat Navarrus dicto Cap. 23. numero 49. & præludio 9. numero 16. ubi hanc dicit esse communem cum Cajetano dicta questione 186. art. 9. & Castro *ut supra*, & videt expressè sententia D. Thomæ quodlib. 1. questione 9. articulo 4. Ratio hujus est, quia tunc, cum lex simili verborum tenore fertur, potius directiva, quam præceptiva videtur: & ut rectè notat Navarrus, illis verbis significati videntur, quod legislator quamvis habuerit animum, quod actus transgrediendi, qui antea erat indifferens, sit deinceps vitiosus, & consequenter voluerit obligare ad veniale; quia tamen non præcipit, neque prohibet, videtur noluisse obligare ad mortale. Hucusque de verbis, quæ obligationem in conscientia transgressoribus imponunt, dictum est: nunc de qualitate hujus obligationis differamus.

**Ulex ex Tertia Regula.** Non sufficiunt prædicta verba obligata præceptiva, ut lex ex se obliget ad mortale, sed amplius requiritur, ut materia præcepta sit veniale, non gravis, & alicujus momenti. Hanc regulam ita sufficiunt certam, & veram existimant Authores, ut inter verba eos nullus sit ex his, quos ego viderim, qui eam præceptiva, sed reneget, aut jure negare possit. Nullus enim affirmare ausus est, in materia levi legislatorem imponere posse culpam gravem, quantumvis etiam, ut verbis clarè præceptivis utatur. Quare ad dignoscendum, quando lex gravem & lethalem imponit transgressoribus censuram, præter præceptiva verba, spectanda est gravitas materiae. Ratio hujus ea est, quia, cum ex dictis, verba

præceptiva abstrahant ab obligatione veniali vel mortali, sit, ut ex se non sufficiant ad inducendam potius unam, quam alteram obligationem. Quare ea conjicienda est ex gravitate materiae. Tanta enim considerationis est gravitas, aut levitas materiae, ut non sit in potestate legislatoris, circa levitorem aut parvam materiam, gravem culpam indicere. Quod mihi ex eo evidenter constat.

Primò, quia ferè omnia præcepta naturalia & divina, aut saltem aliqua, traduntur per verba clarè præceptiva, quæ tamen in materia levi non obligant transgressores ad mortale peccatum: quia contra naturam est, ut pro rei levis transgressione æterno supplicio quis puniatur: ergo à fortiori in lege positiva talis obligandi vis inesse non potest.

Confirmatur: quia, ut legislatoris voluntas obliget, debet esse justa, & rationabilis: nam si nulla, aut levis est causa præcipiendi, & Prælati vel subditos gravibus onerare præceptis, quædam species tyrannidis erit. Nam, sicut quinto *Ethic.* docuit Aristoteles, non iustus Principem dominari, sed rationem: quia cum sibi hoc agit, tyrannus efficitur: ergo Prælati præcipiens sine utili, vel necessaria causa, (si graviter transgressores punire velit), tyrannicè & injustè ageret, & sic ejus lex non obligaret. Dices, in materia gravi potest legislator levem obligationem indicere: ergo in materia levi potest imponere gravem, & lethalem: quia non videtur ulla discriminis ratio.

Aliqui ex junioribus Theologis censent, non esse in potestate legislatoris, (supposita materia gravi) obligare ad culpam venialem, & levem. Ita docent Bellarm. Tom. 1. de iurib. lib. 3. Cap. 11. *prope finem*. Medina 1. 2. *quæst.* 96. art. 4. & alii volunt, esse sententiam Driedonis *ubi supra*. Qui eo nituntur fundamentis: quia, quamvis in potestate legislatoris sit, præcipere, vel non præcipere rem gravem, tamen non est in ejus facultate, ut præcepto indicato in re gravi, malum grave non sit, ei non obedire: & ita existimant, in præceptoposito in materia gravi, quasi ex opere operato, consequi obligationem gravem.

Contrarium tamen verius & probabilius videtur: nempe, quòd possit legislator, ferens legem circa gravem materiam, suam intentionem non obligandi, nisi tantum ad culpam venialem declarare, ac proinde, quòd lex ab eo lata in ejusdem transgressores tantum præ se ferat hanc culpam. In primis id mihi sentit videtur D. Thom. quodlib. 1. q. 9. art. 4. ubi docet, quòd neque ea, quæ traduntur in Regula per modum statuti, sive ordinationis, nec si militer Prælati (qui est Regula animarum) obligat semper ad peccatum mortale in suis mandatis. Et supponere videtur D. Thom. id eam contingere, supposita quacunque materia adhuc gravi: nam loquitur de esu carnis, & aliis observantiis, quæ utiles & graves in Ordinibus reputantur: & in quibus inest capacitas & pondus, ut possint sub gravi præcepto imponi: imò & passim sub tali onere præcipiuntur. Quod fieri non possit, nisi alias esset gravis materia.

Imò expressè ipse Divus Thomas ait, esum carnis non esse peccatum mortale, quia in Regula Divi Benedicti non est sub præcepto (nempe

pe diffi- & sumpto) & idem affirmat de fractione silentii. Sentit ergo, quod si hæc essent sub præcepto, obligarent ad culpam mortalem: & tamen tradita per modum statuti obligant solum ad veniale: ergo sentit Divus Thomas, quod potest fieri statutum in materia gravi, cum sola obligatione culpæ venialis. Et hoc in sensu intelligit Navarr. *Cap. 23. n. 49.* hunc locum D. Thomæ, & communiter Canonistæ.

Præterea adhuc clariùs fatetur id D. Thomas *1. 2. quæst. 105. articulo 2.* ubi gravitatem præceptorum & eorum obligationem, docet, desumendam esse ex voluntate præcipientium. Ex quo infert, aliter esse dignoscendam gravitatem divini præcepti, aliter verò humani. Nam illud quanto datur de meliori materia, tanto ejus inobedientia & transgressio gravior est. Quia, cum voluntas legislatoris (nempe DEI) semper feratur in bonum: quanto aliquid est melius, tanto magis DEUS vult, illud impleri. Unde, qui inobediens est præcepto de dilectione DEI, magis peccat, quam qui transgreditur præceptum de non furando. Voluntas verò humani legislatoris non semper fertur in melius: & ideo ubi obligamur ex solo hominis præcepto, non est majus peccatum ex eo, quod majus bonum prætermittatur; sed ex eo, quod præteritur id, quod est magis de intentione præcipientis. Apparet ergo, D. Thom. gravitatem transgressionis humanæ legis non pensare ex gravitate materiæ solum, sed etiam ex intentione præcipientis.

Ex quo fit, secundum mentem Divi Thomæ, posse subditum minus peccare, si præceptum circa materiam gravio-rem ab homine latum prætermittat, dummodo sibi constet, intentionem præcipientis non fuisse in illo ita acriter obligandi, ac si transgredatur aliud præceptum sibi impositum circa materiam minus gravem, dum constet in eo strictius prælatum obligare voluisse. Si ergo ex mente Divi Thomæ omnis obligatio legis tanquam ex principali & potissima radice, à voluntate legislatoris dimanat, ita, ut legislator possit in materia gravi, ut octo, imponere obligationem gravem, ut unum: cur etiam non erit in ejus potestate (supposita materia gravi) obligare tantum ad culpam levem? cum pat sit utriusque ratio. Nec video, cur possit intra limites culpæ mortalis, ejus gravitatem, stante eadem materia, augere, aut diminuire, & non possit hanc gravem obligationem auferre, & solum levem imponere: cum certè difficilius primum, quam secundum appareat.

Tenet præterea hanc sententiam expressè D. Bernardus qui *lib. de præcepto & dispensatione* sic ait: *Majora, minusve velle consiverit ipsum, qui precipit, sive dominem, sive DEUM.* Et infra loquens de præceptis positivis in sua Regula traditis, & ut distinguuntur contra præcepta naturalia, & contra alia præcepta positiva leviora, (ex quo clarè constat loqui de illis in materia gravi,) ait: *Præceptum superioris obnoxium facere subditum suo mandato, mandatumque peccato, non tamen magno, si contemptus defuerit. & infra: Hac ergo generalis regula sit: si universorum, que per senec bona, nec mala sunt: aut divina institutione, aut propria consuetudine præfixa non sunt: ut non iussa quidem, licet utrumlibet vel admittantur, vel omittantur: iussa verò, sine*

*culpa non negligantur, sine crimine non contemnantur.* Hæc Bernardus. Intelligit tamen ibi nomine culpæ, non mortalem, sed venialem, ut distinguitur contra crimen lethale, ut ipse sæpius clarè innuit, & patet ex illis verbis antecedentibus, in quibus loquens de risa, vel silentio interdixit ait: *In peccatum reputantur, non tamen in crimen.* Ubi distinguit crimen, quasi mortalem culpam, contra peccatum, quod accipitur ibi pro veniali culpa.

Præterea hujus sententiæ fautores sunt omnes illi, qui docent, posse fieri votum in materia gravi, quod solum obliget ad venialem culpam: in quo expressè eam amplectuntur omnes Doctores, qui docent, civilem legem solum obligare sub veniali, ut Richard. *quæst. 1. quæst. 19.* Angelus *verbo obedientia §. 1.* & alii Canonistæ apud Sylvest. *verbo (lex) §. 8.* expressius tamen omnibus Navarr. *d. Cap. 23. n. 49.* absolute docens, omnes leges, etiam Canonicas, quæ non habent expressa verba præceptiva, sed solum constitutiva, aut ordinativa, non obligare ad peccatum mortale, sed tantum ad veniale, dummodo ferantur de materia, quæ de se aliàs non sit præcepta, nec obliget ad peccatum mortale. Solum enim apponit hanc expositionem Navarr. quia loquitur ibi universaliter, etiam de his legibus, quæ in materia gravi feruntur. Hancque censet fuisse D. Thom. sententiam *d. artic. 9.* & communiter approbatam à Panor. *in ano*, & ceteris Canonistis in C. *Nam concupiscentiam* de constitut. quam novissime amplexi sunt Gutier. *C. 7. n. 20.* asserens, quod lex humana iusta, & de re gravi obligat illius transgressorem ad culpam mortalem, aut venialem, juxta variam legislatoris voluntatem: Henríquez *libro 4. cap. 7. numer. 1.* & *Cap. 8. numer. 2. in 3. Tomo* suorum operum, qui licet publicè editus non sit, eum tamen jam typis excusum Salmanticæ vidi. Inclinat apertè Cajetanus *d. quæstione 186. articulo 9. dubio penultimo*, & clariùs colligi potest ex *opusculo 25.* & probat Navarr. *ubi supra.*

Primo, quia actus agentium non operantur ultra eorum intentionem. Secundo probatur, quia potest legislator in materia gravi transgressoribus majorem vel minorem pœnam infligere: ergo & culpam, quia major est connexio pœnæ ad culpam, quam sit obligatio culpæ mortalis cum materia gravi præcepta: sed potest legislator pœnam sine culpa transgressoribus infligere, vel minorem pœnam, quam sit culpa, & causa in transgressione legis: ergo similiter, supposita materia gravi, potest imponere solum levem, & venialem culpam. Antecedens probatur, quia pœna semper includit relationem ad culpam, saltem præsumptam: culpa verò gravis nullam habet connexionem cum materia gravi, cum hæc præcipiatur sæpius sine impositione ullius culpæ.

Tertio, quia si non est in potestate præcipientis, in materia gravi transgressorem sub levi culpa ligare, maximè, quia non est in ejus potestate, ut tunc subditus grave mandatum prætermittens graviter non peccet, ei non obediendo (ut assertores contrariæ sententiæ prædicant) sed tunc adhuc est in ejus potestate, ut hæc gravis transgressio, inobedientia non sit: ergo & ut sub levi culpa ligare possit. Minor probatur: quia inobedientia formaliter sumit specificationem à transgressione rei præceptæ, in

quantum procedit à voluntate superioris : & sic, cum tunc voluntas superioris non sit, graviter subditum obligare, nec velit subditum ita arctè obedire, fit, ut in ejus potestate sit, ut inobedientia hæc gravis non sit.

Ultimò, quia communis consensus tenet, multa juris præcepta, ut sunt ea, quæ traduntur in *Cap. Cũ ad monasterium, de statu Monachorum*, & in aliis juribus, quæ disponunt circa Religiosorum vestes, silentium, refectorium, & alia, tantum esse obligatoria ad veniale; de quo videndus est Antoninus 3. parte titulo 16. §. 7. Verè igitur affirmari potest, in materia gravi posse ferri præceptum, quod tantum obliget sub culpa levi. Quæ autem sit materia gravis, vel levis, non est hujus loci determinare.

Sufficiat ex alibi disputandis supponere, materiam gravem non posse definitione aut Regula certa comprehendi, sed potius relinquendam tem non esse prudentis arbitrio. Quando verò, vel quibus circumstantiis consideratis, prudens arbitratore ad id pensare debeat, latius in *materia de obedientia* dicemus.

Ad objectionem contrariæ sententiæ dicendum est, quòd eo ipso, quòd legislator declarat, suæ intentionis non esse, graviter obligare, ex consequenti aufert à subdito onus gravioris transgressionis, sive inobedienciæ.

Quarta Regula. Dnm legislator explicat, suam voluntatem non esse obligandi ad culpam, etiam si verbis præceptivis in materia gravi utatur, ejus constituto nullatenus etiam in materia gravi ad culpam ullam obligat. Hæc regula constat clarè ex communi omnium ferè Religionum consensu, in quibus Constitutiones variaz verbis præceptivis, & in materia gravi traduntur: & tamen, quia ab eorum Conditoribus declaratum est, suæ intentionis non esse, subditos ligare in conscientia, fit, ut ab hac obligatione omnino liberi maneant.

Quinta Regula. Quando neque ex verbis præceptivis, neque ex alio signo colligi potest obligatio legis, recurrendum est ad pœnam, quam legislator transgressoribus imponit: ex gravitate enim hujus non incongruè legislatoris voluntatem conjectamus. Hæc regula, ut jacer, communis est; sed quia à nobis pro nunc ad unguem examinanda non est, quia parum conducit ad præsens propositum; ideo ea, quæ de lege pœnali tam temporalis, quam spiritualis pœnam infligente adduci hic possent, consulo prætermittimus. Hactenus de Regulis ad investigandam & dignoscendam legis obligationem secundum se sumptæ disputavimus: restat, ut jam de lege, prout usû & consuetudine recepta est, disseramus.

Ideo sit ultima regula. Vera, & potissima interpretatio obligationis cujuslibet legis jam promulgatæ & receptæ est communis populi consensus, communisque usus, & consuetudo priorum, aut majoris partis Communitatis. Nullus est enim alius legis fidior interpres, nec securior, ac certior glossa, quam consensus populi consuetudine firmatus. Hanc regulam ita perspicuam, & notam judicat Cajetanus, ubi *supra d. art. 9.* ut existimet, nulla probatione indigere. Probari tamen potest ex *Cap. Dilectus de consuetudine*, ubi Innocentius: *Consuetudo (aut) est optima legum interpres.* Idem docet D. Thomas 1. 2. *quæstione 97. art. 3. in corpore*, &

communiter Summissæ verbo (*consuetudo*) & Canonistæ *dillo Cap. Dilectus.*

Et ratione confirmatur: primò, quia si consuetudo vim haberet abrogandi legem, & aufertur ab ea omnem obligationem: cur non & interpretandi? Consuetudo autem in hoc proposito dicitur communis consensus eorum, qui sub tali lege vivunt. Nec in hac consuetudine, sicut in aliis, requiritur temporis diuturnitas, sive præscriptio, sicut etudè docent Calsentis, Aretin. Socinus senior, & alii relati à Menochio, *de arbitrariis Tom. 1. lib. 2. Cap. 1. §. 9. n. 11.*

Secundò probatur, quia in Regula D. Augustini, & Benedicti, multa antonomastice præcipiuntur, & tamen neminem obligant ad mortale: cum tamen professores Regulæ B. Francisci variis implicentur præceptis. Cujus diversimodæ obligationis non invenio aliam causam, nisi quòd, consuetudine interperante, in Ordine Minorum ab ipso Religiosis primordio apud omnes ejus proceres, & literatos receptissimum semper fuerit, universa suæ Regulæ mandata prævaricantes lethalis criminis fuisse participes: cujus contrarium in Ordine D. Benedicti, Augustini, aut aliis, contrarium etiam consensu, & consuetudine introductum est. Quare, cum neque utrobique deficiant præceptiva verba, & subit materia gravis, si, ut tota obligandi, vel non obligandi ratio à consuetudine derivata sit.

A quo autem accipiat consuetudo hanc interpretandi potestatem, primò affirmari potest, eam ex vi legis naturæ, consuetudini innatam esse: lex enim naturalis dicitur, singulas Communitatis partes debere obedire, & conformare se cum voluntate totius Communitatis: ex quo fit, ut securè sequantur consensum totius Communitatis. Vel præterea alia ratio reddi potest non minus certa aut firma, nempe, legislatores tacite velle obligare Communitatem, sicut ipsa pro majoris suæ partis consensu se voluerit obligare.

## SECUNDA PARS.

### De obligatione nostræ Regulæ.

Hæc igitur præmissis, ad principalem quæstionem accedamus, & nostræ Regulæ obligandi vim ex dictis coniciamus: est enim hæc difficultas jam pridem inter nos simul cum Reformatione exorta: & tam inter nostris Ordinis professores, quam inter alios extra Ordinem Authores pios, & doctos, sæpe exagitata: quorum alii rigidissimam censuram, alii mitiorem, alii verò nullam de hac Regula proferentes, in varios sensus, & opiniones divisi sunt. Nam ex his Authoribus plerique ad mortale, alii ad veniale peccatum, nonnulli vero neutro modo obligare censebant.

Priorum sententia, quod Regula ad mortalem culpam obliget, sequentibus rationibus probari potest. Pristina, quia (ut author est D. Thomas, 2. 2. *quæstione 186. articulo 9.*) communiter ab omnibus in hac parte receptus) in Regula, præter tria vota, quodcumque aliud præceptum positum obligat sub mortali, & res est evidens

Propo-  
nuntur  
argumē-  
ta, quæ  
videntur  
probare  
Regulam  
Carmel.  
ad culpam  
mortalem  
obligare  
evidens

evidens ex superioribus dictis: sed in nostra Regula omnia, quae in ea continentur (exceptis his, quae per modum monitionis, & exhortationis traduntur) cadunt sub praecipio: ergo omnia in ea contenta cadunt sub mortali. Minor hujus rationis ex eo constat, quia quovis cumque in aliqua Constitutione ponuntur similia verba: *Praecipimus, mandamus*, sine dubio Constitutio est praecipiva, maxime verò, si eis adjungantur alia verba, quae horum vim augere solent, ut: *districte praecipimus, &c.* quod supra etiam latius ostendimus. Cum ergo in nostra Regula vestibulo statiliatur quoddam generale praecipium, extendens se ad omnia, quae in ea continentur, ut patet ex illis verbis, quibus utitur INNOCENTIUS Pontifex, nempe: *Religioni vestre qua fungimur auctoritate mandamus, ut eam firmiter observetis*: imò & in fine ejusdem Regulae simile huic apponatur universale praecipium, totam regulam respiciens, illamque comprehendens illis verbis: *Hac breviter scripsimus vobis, religioni vestre formulam statuente, secundum quam in posterum vivere debeatis*: verbum enim (*debere*) (praecipue si de imperativo loquatur) inducit praecipium, ut supra ostendimus: si profectò, manifeste omnia, quae in Regula continentur, obligare ad mortale, cum ea omnia sub his duobus praecipis in initio & regulae sine appositione includantur.

Nec valet, si quis vim argumenti conetur evadere, dicens, simile praecipium reperiri in Regula D. Benedicti. Is enim suam Regulam sic exorsus est: *Ausulta, & filii, praecpta magistri, & efficaciter comple, &c.* & praeterea D. quoque Augustinus in sua Regula ait: *Hac sunt, quae ut observetis, praecipimus*. Et tamen, quamvis horum Patrum praedicta verba praecipium sonare videantur, adhuc eorum Regulae statuta ex communi consensu Doctorum (exceptis his, quae de tribus votis feruntur) non obligant ad mortale.

Nam contra hoc in primis militat, non esse ita certum, praedictas Augustini & Benedicti Regulas non obligare sub mortali. Nam in primis de Augustini Regula expresse id sentiunt Henriques de Gandavo, & Joannes de Neapoli, & alii, quorum meminit Umberto in expositione ejusdem Regulae, & D. Antoninus 3. parte, titul. 16. §. 6. qui non multum ab hac sententia dissentire videtur. Praeterea de Regula D. Benedicti D. Bernardus in libro de dispensatione & praecipio, sic ait: *Omnia contenta in Regula Divi Benedicti, non proficentibus (id est Novitiis) monita, seu consilia sunt censenda, nec gravant non servata: cum tamen proficentibus praecpta, praevariantibus in crimina fiant*. Insuper, quia, quicquid sit de verbis praecipivis praedictorum Patrum Regulis insertis: & quamvis in eis fateamur, non inesse vim praecipivam, in nostra tamen Regula est omnino diversa ratio. Tum primò, quia in illis jam communi consensu & recepta consuetudine enervata est vis & robur obligandi horum verborum: in nostra verò non constat detali consensu. Tum secundò, quia verbis praecipivis in nostra Regula addita sunt alia, quae eorum vim, & legislatoris intentionem fuisse obligandi, magis declarant, ut sunt: *Qua fungimur auctoritate*; & illa, *Firmiter observetis*.

Secunda ratio. Olim, ante mitigationem ab

Eugenio factam, haec eadem Regula obligabat sub mortali: quod ex eo maxime licet colligere, quia antiqui nostri Ordinis scriptores textum hujus Regulae tradentes, & ejus singula capita distinguentes, ea sub praecipio ut narrant. Sic Paleonydorus, qui, viginti nondum elapsis annis post mitigationem, scripsit, hanc nostram Regulam referens, singulis capitibus hoc ordine praecpta conjungit, ut primum Cap. primum praecipium, & deinde secundum Cap. secundum praecipium appellet, & sic usque ad 12. praecpta recenset.

Et confirmatur: quia pristini Ordinis professores à summis Ecclesiae Pastoribus hujus Regulae mitigationem, Instanter postularunt, quae non levis mihi conjectura est, ea aetate Regulam, ut obligatam fuisse receptam; cum nulla Regula in Ecclesia DEI à sua primava institutione & rigore fuerit relaxata, aut declarata, nisi illa tantum, in quibus obligatio culpae agnoscebatur. Imò nullam aliam invenio, nisi D. Francisci regulam, ob hanc eandem causam à Clemente V. mitigatam, seu (ut proprius loquar) declaratam: & nostram, quae non semel, aut bis, sed quater, aut quinque correctae, declarata, ac mitigata est. Signum ergo est, professores Regulae ad hujusmodi mitigationem postulandam, metu gravioris culpa fuisse coactos.

Tertia ratio. Quia verba imperativi modi, supposita alias materia gravi, obligant ad culpam gravem, & praecipio stricto aequivalent, ut ex dicta Clementina Exivit, §. Nam est, ex D. Clemente Panormitani, & communi supra ostentum est. At in multis nostrae Regulae articulis (imò fecit in omnibus usque ad exhortationes) omnia sub tenore verborum imperativi modi traduntur: nec dubitari potest, materiam omnem his articulis comprehensam, vilem, necessariam, & cujuslibet obligationis capacem esse: ergo praedicta omnia cadunt sub praecipio lethalis culpa. Quod verò in his materia sic gravi, à posteriori demonstratur: quia similes materiae in aliis Regulis, sive Ecclesiasticis legibus, ac Religionum Constitutionibus, ita tunc obligant, & non est, qui possit dubitare, supra quemlibet Regulae articulum ferri posse à Praelatis praecipium strictè obligans ad mortale: quod evidens signum est, materiam cujuslibet esse gravem.

Quarta ratio. Quia hoc quasi evidenter ipsius Regulae processus demonstrat. Quid enim aliud sibi vult illa manifesta distinctio, quae in Regula fit, in qua post tradita priora, & praecipiva ejus capita, distinguuntur exhortationes, & separatim sub titulo exhortationum traduntur: nisi clarè & aperte fecerint praecpta, & potissima mandata à consiliis, & ab iis, quae praecpta non sunt. Et confirmatur: quia ex ipso etiam processu licet manifestè cognoscitur, omnia, quae in Regula ponuntur ante exhortationes, esse verè leges, & praecpta. Traduntur enim breviter, succinctè, ac per modum Canonis, sive Regulae, autoritative statuendo, ac imperando absque ulla probatione, aut corroboratione. Postea verò cum ad exhortationes pervenitur, omnino stylus in alterum mutatur: qui magis accedit ad suadendum, vel dissuadendum, quam ad statuendum, vel imperandum.

Ultimò,

...a IESU  
... Spirit.  
... II  
... VIII  
... 26

Ultimò. Quia saltem si nostra Regula exactè consideretur, & rationes quæ pro hac, & alia parte urgent, appendantur: cerè reddunt dubiam propositam quæstionem, & sufficientem causam scrupuli præbent. Sed cum dubitatio oritur, an Regula obliget, necne, tutior pars est amplectenda, ea nempe, quæ obligationem tueat, ac doceat: ut in simili specie loquens de

*Clemens V.* Regula beati Francisci, docuit *Clemens V.* in di-  
*Cap. cõsil. de Clementina Exivit.* §. Item quia, & facit *Cap. & ibi glos. consilium*, & ibi glossa de observatione jejunii, de observ. & C. juvenis de sponsalibus, cum similibus; & latè jejuri. & probat Felinus in C. auditus, penultimo de præca. juvenis scripti. & Castro libro 1. de lege pen. docum. 4. in fin. de Spõsal. Ergo saltem ob hanc rationem reputanda est Regula ut obligatoria ad le halem culpam.

Contra-  
ria sen-  
tentia ef-  
ficaci  
probat  
argamé-  
to.

Pro contraria verò parte, quod Regula nostra tam gravem (ut superior tenebat opinio) non præ se ferat obligationem, est efficax argumentum. Quia ex acceptatione legis, & communi consuetudine eam recipientium, tanquam ex evidenti signo, & certiori conjectura, pensanda, ac conjicienda est ejus obligatio, ut supra ex communi omnium sententia præscripsimus. Ubi etiam docebamus, omnes alias conjecturas ac regulas, ad cognoscendam legis obligationem, aliquando esse incertas, ac fallibiles: hanc verò, (nempe, recipientium consensum) solum ut magistralem, ut certam, ut infallibilem, ac ut superiorem omni exceptione tradidimus. Quare, cum in nostra Religione nunquam fuerit receptus talis Regulæ sensus, aut obligatio, nec à majori, nec à minima ejus parte, à primo limine approbatus: sed potius contrarium Religionem profitentibus prædicere, ac de nostra Regula commendare soleant Prælati pii, ac docti, nimirum nihil in ea, præter tria vota, transgressorem, reum constituere culpæ mortalitatis evidens signum est, Regulæ mandata sive præcepta nullam similem suis professoribus obligationem imponere.

Hoc manifestè constat ex Constitutionibus Congregat. nostræ Italicæ, quæ 1. part. Cap. 1. n. 4. de Regulæ obligatione sic loquuntur: *Regula exceptis votis, & officio divino, ibi contentis, ad culpam tantum venialem obligat.* Idem tradunt Constitutiones Congreg. nostræ Hispanicæ 1. part. Cap. 1. num. 6.

Pro certiori resolutione recolendum est, ex D. Thoma 2.2. questione 186. articulo 9. ad primum, triplicem esse profitendi formam, ac modum. Primus est, quando quis absolute profitetur Regulam: & tunc non tenetur sub mortali servare omnia, quæ sunt in Regula, sed tantum vovet regularem vitam, quæ essentialiter consistit in tribus votis. Secundus modus est, quo (teste D. Thom.) in aliquibus Religionibus cautius aliqui profitentur, non quidem Regulam, sed vivere secundum Regulam, id est, tendere ad hoc, ut aliquis conformet actus suos secundum Regulam, sicut secundum quoddam exemplar. Tertius est, quo adhuc in quibusdam aliis Religionibus cautius emittitur professio, dum Novitii tantum profitentur obedientiam secundum Regulam: & tunc professioni non contrariatur, nisi ea, quæ sunt contra præceptum Regulæ. Transgressio verò vel omissio aliorum solum obligat ad peccatum veniale. In hoc verò triplici profitendi modo, quantum ad obligationem majorem, vel minorem, nullum est discrimen: & idem cenfeo de aliis profitendi

Triplicem  
profecti  
formam ac  
modus  
ex sancto  
Thoma  
traditur  
& exponitur.

formulis, quibus hodie variæ Religiones utuntur, de quibus in Tractatu de professionibus dicemus.

Omnes igitur, qui prædictis modis profitentur, non tenentur ex vi professionis servare sub mortali omnia, quæ in Regula continentur; quia cum isti tantum proficiantur servare Regulam, ut ipsa proponitur servanda, nimirum præcepta, ut præcepta, & consilia, ut consilia: non est cur ad omnia sub mortali obligari dicantur, ut expressè decernitur in dicta Clementina Exivit. Et ex eo aperte probari potest. Nam qui proficietur servare legem Evangelicam, certum est, non intendere se velle in omnibus æqualiter obligari, sed potius pro qualitate rerum, & diversorum præceptorum, & consiliorum. Quare, cum Populus Israëliticus Exod. 24. & Josue ultimo, juramento & anathemate se obligaret ad præstanda ea, quæ Dominus fuerat loquutus: non est credendum, obligasse se ad omnia legis servanda sub mortali: alias juramentum esset valde temerarium. Idem igitur censendum est de eo, qui proficietur servare totam Regulam.

An vero is, qui proficietur servare Regulam, transgrediens præcepta Regulæ, sit reus voti solennis, ac si essent vota Regulæ præcepta; an vero tantum dicendus sit præcepti peccator, latius, dum de voto obedientiæ tractaremus, à nobis elucidatum est.

Prima conclusio. Si nostra Regula in se consideretur, omnino præceptiva (etiam sub reatu culpæ gravis) videtur: de facto tamen ad mortale nullatenus obligat. Prima pars hujus conclusionis sufficienter confirmatur argumentis ac fundamentis superius pro contraria parte adductis. Secunda etiam ex dictis constat: quia cum hæc Regula non sit recepta, ut obligatoria ad mortale, non est dubium, de facto ad talem culpam non ligare: est enim contentus, & consuetudo recipientium legem, tantæ vi, ac roboris, ut ab ea omnis potestas obligandi in lege dependeat. Neque alia efficax ratio reddi potest, quare Regulæ Benedicti, Basilii, & Augustini, aliorumque Patrum suos professores strictè non obligent, D. vero Franciscita ac ceterè gravet, nisi quia illæ usu & moribus eas proficientium sub gravi obligatione non sunt receptæ: ista vero à principio apud omnes ejus familiæ Fratres, ut præ se ferens contra transgressores le halem culpam habita est.

Secunda conclusio. Omnia, quæ sunt in nostra Regula per modum præcepti exposita, ad minus obligant ad peccatum veniale. Hæc conclusio est D. Thom. ubi supra, qui in solutione ad primam ait, quod omnia, quæ sunt contra præcepta Regulæ, (nempe contra præcepta ita dicè sumpta) obligant ad mortale: transgressio verò aliorum ad veniale tantum. Et probat D. Thom. quia omnia alia præter tria vota, sunt dispositiones ad principalia vota servanda, tanquam media ad finem; & cum peccatum veniale tantum sit dispositio ad mortale, & de se non tollat finem, sed impediatur aliquo modo, ideo transgressio eorum, quæ sunt in Regula, de se obligat ad veniale.

Secundò probatur ex eodem D. Thoma quodlib. 1. articulo 20. ubi expressè innuit hanc eandem sententiam, nimirum, omnia, quæ sunt in Regula, ad minus obligare ad culpam venialem. Et clarè ibi docet D. Thomas, quod, præter

præter p  
donatur i  
ac statum  
& fortior  
præcepti  
Præter  
tem ex  
idem D  
ad prof  
gione  
transgr  
sed sol  
per han  
servan  
Regul  
se halem  
in Or  
profe  
tanu  
posse  
cont  
coact  
quoc  
nus  
exp  
ad se  
sup  
ret  
præ  
vid  
nic  
An  
Re  
affi  
tar  
dis  
leg  
te  
&  
pr  
se  
c  
o  
p

Legen  
nost.  
tonu  
Spiri  
part.  
Dir  
Regul  
Tract  
diff.

præter præcepta Regulæ, ea omnia, quæ traduntur in ea per modum cuiusdam ordinationis ac statuti, obligant ad culpam venialem. Igitur à fortiori obligare debent ea, quæ per modum præcepti statuuntur, ut in nostra Regulâ sit.

Præterea de Regulâ Divi Augustini, quod saltem ex se obliget ad culpam venialem, docet idem D. Thomas dictâ questione 186. articulo 9. ad primum, in his verbis: *in aliqua tamen Religione (scilicet Ordini Prædicatorum) talis Regula transgressio non obligat, neque ad culpam venialem, sed solum ad poenam taxatam sustinendam: quia per hunc modum professores hujus Regulæ ad eam observandam obligantur.* Sedit ergo D. Thomas Regulam D. Augustini in aliis Religionibus ex se saltem obligare ad venialem culpam, quamvis in Ordine Prædicatorum per accidens (quia professores non intenderunt se ad culpam, sed tantum ad poenam obligare) non obliget. Sicut posset qui in voto, quod alias de se obligat in conscientia, obligari tantum ad poenam à se constitutam. Et idem de Regulâ D. Augustini, quod obliget saltem ad veniale, faterur Cajetanus Tom. 1. opus. 2. s. articulo 1. & non minus expresse in dicto articulo 9. circa responsum ad secundum prope finem. Imò & D. Antoninus ubi supra §. 6. affirmat, esse alia præcepta, præter tria vota: licet non explicet in specie, an præcipiatur sub veniali, vel mortali. Eisdem videtur sentire Umbertus, & Joannes Dominicus in *Exceptione ejusdem Regulæ* apud eundem Antoninum §. 5. & 6. Loquuntur tamen hi de Regulâ secundum se.

De Regulâ quoque D. Benedicti non obscure affirmat idem D. Thomas dicto quodlibet. 1. fustius tamen & clarius D. Bernardus, de *præcepto & dispensatione*, ferè per totum: ubi, si attendere legatur, in Regulâ D. Benedicti, seculo contempta, tantum obligationem ad veniale docet & probat. Idem sentit Turcremata, in *Exceptione ejus Regulæ*, circa principium: & illum sequitur D. Antoninus, ubi supra §. 7. Qui in Regulâ D. Benedicti, præter tria vota, & ea, quæ alias lege DEI sunt præcepta, tantum in ceteris statutis & ordinationibus prædictæ Regulæ agnoscunt obligationem ad venialem culpam.

De nostra verò Regulâ in specie, quod obliget solum ad veniale, videtur colligi ex eodem Antonino, ubi supra §. 8. prope finem. Nam docet, esse ordinationes quasdam per modum Regulæ traditas. Appellat autem consilio eas ordinationes, potius, quam præcepta. Quare æquo pede, ac in aliis, fatendum est, in nostra Regulâ hanc solum venialis offensæ obligationem latere.

Hanc D. Thomæ sententiam, qua docet, omnia, quæ sunt in Regulâ, ad minus continere contra transgressores culpam venialem, communiter sequuntur Canonistæ, ut videre est

Legend., apud *Abbatem Cap. relatum*, Ne clerici vel monachi, Archid. Cap. 1. 27. questione 1. Immo nam, & Felin. in *Cap. Nam concupiscentiam de Constitutione*. Tenet idem Antoninus 3. parte titul. 16. §. 5. & communiter Summistæ, qui omnes cum D. Thomæ sentiunt, omnia quæ traduntur in Regulâ, quæ consilia non sunt, obligare ad minus ad veniale.

Probatur deinde ratione. Quia in nostra Re-

gulâ satis aperte constat, multa tradi sub forma præceptiva, ut 1. & 3. argumento pro contraria parte adductis probatum est. Præceptum autem ex se vel obligat ad mortale (si strictè feratur, & contraria consuetudine non temperetur, & hoc in nostra Regulâ locum non habet ob rationem dictam,) vel obligat ad veniale: de senim præceptum saltem hanc obligationem præferre debet, maximè, si contraria consuetudine non abrogetur: ergo in nostra Religione, ea, quæ in Regulâ traduntur, obligant ad venialem culpam. Nec potest quis verè affirmare, communi consensu hanc vim obligandi etiam ad veniale esse extinctam: quia potius ferè omnium Religiosorum nostrorum consensus & sententia in hanc partem semper inclinavit: & ita hodie passim tam Prælati, quam subditi, tam docti, quam indocti, una mente, & ore fiunt.

Quod si aliqui contrarium aliquando conati sunt persuadere, hi vel pauci, vel minus periti, aut docti fuerunt. Imò si idem aliqua magna pars Communitatis senserit, parum certè obstaret. Tum primo, quia contrarium majori parti semper, ut verius & probabilius, placuit, & modò omnibus ferè placeat. Tum secundo, quia postea, quod Religio in studia contraria dividere: ut, tunc sentiendum esset de Regulâ secundum se, & non prout est consensu recipientium declarata: & sic manerent Regulæ & ejus præcepta in sua vi, & ad minus obligarent ad veniale. Et fortè, si consensum recipientium excludamus, timeri posset de lethali obligatione.

Tertio probatur, Quia vel loquimur de Regulâ secundum se, aut de illa, ut est jam usu & consuetudine declarata: utroque autem modo obligat ad veniale: nam de secundo certum est ex dictis; de primo verò probant prædicta testimonia Divi Thomæ, & rationes nuper adductæ: constat enim manifestè, Divum Thomam loqui de Regulâ secundum se.

Dixi ad minus obligare ad veniale, quia ad mortale minimè obligat, tum ob rationem in prima conclusione allatam; tum etiam, quia dum apertissime non constat de mente Institutoris Religionis, voluisse, scilicet, lethalem obligationem subditis imponere, non est presumendum de tali obligatione. Quia sancti Patres (ut rectè Divus Thomas dicto quodlibet ait,) qui Religiones instituerunt, noluerunt hominibus injicere damnationis laqueum, sed potius viam salutis aperire. Quia alias torrens majus periculum esset in Religione, quam in sæculo. Ac proinde censendum est, omnes alias observantias, (præter tria vota,) nisi aliâ evidentissime constet de mente legislatoris, tantum ad venialem culpam, minimè ad lethalem obligare.

Observandum tamen est, Regulæ transgressionem, licet non petingat usque ad lethale crimen, intra limites vero venialis offensæ, esse certè gravissimam inobedientiam. Quæ gravitas primo sumitur ex parte præcipientis, quia gravior inobedientia est, prætermittere præceptum Superioris, quam inferioris Prælati: & sic gravior est, Regulæ, quam Constitutionum ac aliorum

2. qui ibi dicitur de no-  
stis hos  
citatur An-  
thores:  
Alphon-  
sum à JE-  
SU MAR-  
RIA in  
suo opere  
in scripto  
doctrina  
Religiosorum &c.

Joan. à  
JESU  
MARIA  
Tract. 1.  
Schole  
orationis  
Notab. 8.  
Francisc.  
à S. Elia  
in Com-  
ment.  
Regul.  
supra illa  
verbis Fra-  
trum B.  
MARIAE  
Hierob.  
Gratian.  
in discipulo  
na Regul.  
Cap. 1.  
Joâ Pin-  
tum de  
Victoria  
in Hie-  
rarchia  
Carmeli-  
tana  
Tract. 20.  
Cap. 23.  
Lazarus à  
Tom. 1. q.  
Regulæ 7.  
num. 5. &  
segg. &  
Tom. 5.  
scribens  
in Mare  
magnum  
Carmel.  
his præ-  
ter alios  
adductus  
Daniel à  
Virgine  
MARIA  
in *Vinea  
Carmeli-  
ni. 33. &  
in speculo  
Ordini  
Carmel.  
n. 2796*

LESU

Spiri.

II

VIII

26

aliorum Prælatorum mandata frangere. Tum etiam, quia tunc gravior est transgressio, quando præsumitur id, quod est magis de voluntate legislatoris, ut supra ex D. Thoma docebamur. Constat autem, omnia, quæ in Regula constituntur, esse magis à legislatore volita. Nam cum posset (exceptis votis) alia consulendo, aut ordinando, & stabiliendo tradere: his non contentus, suam obligandi voluntatem verbis præcepit, non utcumque, sed aliis, quæ eis firmitatem & vim adferrent, adjunctis, ut sunt, *Qua fungimur auctoritate, firmiter, &c.* & non solum præceptis generalibus, sed specialibus, manifestavit.

Jam argumenta in contrarium facta facile ex dictis solvuntur. Nam primum tantum probat, in Regula reperiri aliquot præcepta, & ea fortè, si secundum se spectentur, obligare ad mortale: quia tamen non sub hac obligatione, sed tantum sub veniali recepta sunt, ideo eorum transgressores excusantur à mortali culpa.

**Præter** Ad replicam respondeo, Regulam Augustini & Benedicti tantum obligare ad veniale, ut supra probatum est: & illud testimonium Bernardi exponunt Divus Antoninus, & Turrecrentia supra citata *libro 5. c. 6.* dicentes, ibi beatum Bernardum non accipere præceptum propriè & strictè, sed large pro quacunque jussione, vel ordinatione: quæ, licet non constituat transgressorem reum lethalis culpæ, constituit tamen prævaricatorem cum solâ veniali offensa.

**Elia loco** Mihi vetò hæc oppositio non placet: gravio-  
*rem enim culpam, quam venialem, sonare videntur illa verba, Cum tamen profitentibus præcepta, prævaricantibus in crimina fiant.* Quare que ubi dicendum est, Divum Bernardum loqui ibi rursus illis indefinitè de aliquibus præceptis, quæ tangunt tria substantialia vota, quæ obligant sub gradu, de reliquis verò in Regula completè distinctè tradit Divus Bernardus in *dicto libro*

bra, solum ligare ad veniale. Ceterum, quicquid sit de Regula Augustini, aut Benedicti, de nostra indubitatè tenendum est, sub ratione, (nempe lethalis offensa) non gravare ejus transgressores, propter rationes ibi adductas.

Ad secundam rationem responderi potest, quod licet ab antiquis Ordinibus Scripturis Regula tradatur sub formâ præceptivâ, non ideo sequitur, quod imponat nunc transgressoribus culpam mortalem: tum quia præceptum (ut superius annotavimus) communem rationem obligandi, tam ad veniale, quam ad mortale, includit: tum etiam, quia etsi solum ad mortale obligaret, non sufficeret hoc, nisi nunc inter nos communis consensus ita esset approbatum: tum tertio, quia, etsi fortè apud primos Regule professores major obligatio, quam nunc est in Regula, agnita sit; apud posteros verò potuit contraria consuetudine prædicta obligatio extinguatur, aut mitigari.

Ad confirmationem, fateor libenter, eos vel agnovisse in Regula majorem, quam nunc est, obligationem, (quod parum obstat ex dictis,) aut si eam non agnovissent, satis fuisse arduum viris aliis timoratis, venialem offensam suspicari, ut hoc scrupulo compellerentur ad moderationem & mitigationem Regule pretendendam.

Tertia ratio, imò & quarta eodem modo ac prima, solvuntur.

Ad ultimam verò, quicquid sit de majore argumenti, adhuc tamen nihil inferitur contra nostram sententiam, cum apud nos nemo rationabiliter dubitare possit, loquendo in rigore de dubitatione, an Regula obliget ad mortale, necne: cum satis jam in Ordine completum sit, minimè ad mortale obligate.



TERTIA

# TERTIA PARS, QUÆ CONTINET EXPLICA- TIONEM OMNIUM CAPI- TVM REGVLÆ ALBERTI, VSQVE AD EXHORTATIONES.

## CAPUT PRIMUM.

De electione Prioris.

TEXTVS.

**I**LLVD in primis statuimus, ut unum ex vobis habeatis Priorem, qui ex unanimi omni-  
umque assensu, vel maioris & sanioris partis, ad hoc officium eligatur: cui obedientiam  
promittat quilibet aliorum, & promissam studeat operis veritate servare, cum castitate,  
& abdicacione proprietatis.

### GLOSSA I.

De elec-  
tion. Pri-  
ori 2. p.  
statuor-  
um Car-  
thusi. 2.  
De elect.  
Generalis  
& obli-  
entia ei  
prestan-  
da, ac de  
professio-  
ne trium  
votorum  
agit Reg.  
B. Francis  
c. 1. & 8.  
De obli-  
& pau-  
per. Reg.  
Solut. 7.  
sup 3.  
constitu-  
tionum c. 1.  
De obed.  
item, ca-  
stitate &  
pauper.  
Reg. mo-  
nachorum  
ex scriptis  
D. Hier.  
tractata,  
cap. 1. 3.  
& 4. &  
Regul.  
Mona-  
chorum  
D. Hier.  
ad scripta  
cap. 2. &  
3. & 9.  
Vitam  
Eremiti-  
cam SS.  
Partes  
commen-  
dant, &  
magnis  
extollant  
laudibus.  
Non ca-  
ret mul-  
tis incom-  
modis &  
periculis.

**C**APIT hoc duas continet partes: prima de  
Priore habendo, & de modo in ejus electio-  
ne servando: secunda verò de obedientia ei pro-  
mittenda, & de alijs votis, ex quibus professio re-  
gularis constat, breviter tractat.  
Circa primam hujus Capituli partem in primis  
annotare oportet, olim apud nostri Ordinis pro-  
fessores Anachoreticum institutum multorum  
annorum spatio usque ad Aymerici Antiocheni  
cap. 1. 3. Patriarchæ tempora floruisse: ut constat ex iis,  
& 4. &  
Regul.  
Mona-  
chorum  
D. Hier.  
ad scripta  
cap. 2. &  
3. & 9.  
Vitam  
Eremiti-  
cam SS.  
Partes  
commen-  
dant, &  
magnis  
extollant  
laudibus.  
Non ca-  
ret mul-  
tis incom-  
modis &  
periculis.

choreticæ incommoda & pericula D. Basilii in  
regulis suis, quasi 7. enumeravit.  
Qua in re utriusque vitæ oculatum testem Ab-  
batem illum Joannem producimus, quem Cassi-  
anus Coll. 9. Cap. 3. triginta annos in cenobij con-  
gregacione, deinde alios viginti in solitudine egre-  
ses utrosque verò summa sanctitate ac perfectione  
ac demum in illa ætate provecta ad priorem vitæ  
communatam se se ultro tenuisse commemorat.  
Et, ut omittam alia, quæ Basilii ubi sup. & hic Jo-  
annes apud Cassianum de solitaria vitæ pericu-  
lis docent, hoc unum adjiciam; quòd in hac as-  
dua nostræ vitæ super terram militiæ, ac incessabili  
pugna, & quidem de tanta re, quanta est vita æter-  
na, nihil periculosius esse potest (ut Bernardus  
serm. 3. circumcisions ai) quam solum lucrare vellet;  
nihil verò tutius, quam multorum unâ pugnan-  
tium manibus adjuvari.  
Confirmant hoc multorum solitariè degentium  
tristes exitus, qui cum multis annos in solitudine,  
jejnijs, vigilijs, ac summo viæ rigore peregerint,  
tandem à callido & versuto hoste decepti, miserè  
perierunt. Nec opus est hic amplius in describen-  
dis cœnobialis vitæ emolumentis, ac solitariae pe-  
riculis detegendis immorari: quia de hoc (favente  
DEO) in Tractatu de professione monastica latiore  
sermone instituemus. Sufficiat nunc lectori no-  
visse, solitariam istam vitam sociali in perfectione,  
ac puritate eminere: hanc verò securitate, jucundi-  
tate, facultate, ac alijs perfectionis fructibus solita-  
riam vincere. Aymericus igitur his & alijs vitæ com-  
munis utilitatibus accensus, Fratres nostros ex  
anachoretarum vivendi norma ad cœnobiale  
institutum redegit, ita tamen, quòd Eremiticam  
vitam ad formam communem redactam, ( ut  
nunc est apud Camandulenses; strictiorem tamen,  
quam apud Carthusianos) servarent. Et sic ab eo  
prudenter illa strictissima nostrorum Anachoretis  
fuit temperata, & ad mitiorem, verèque commo-  
dio.

A qui-  
bus im-  
munitis  
vita cœ-  
nobialis.  
Compa-  
ratio in-  
ter vitam  
solita-  
riam &  
cœno-  
bialem.

Thom. à Jesu Oper. Tom. I

...a IESU  
... Spirit.  
... II  
... VIII  
... 2. 6



diorem Ecemitarum vitam, ut in Regula Alberti depingitur, revocata.

Quando Hoc igitur tempore postquam Aymericus Carmeli-meli Anachoretas sub præd'cto vivendi modo te ex A. cogit, statim Bertholdum ejusdem Aymerici con-nacho- sanguineum eis præposuit, & Latinorum more, reica ad Priorem nuncupavit. Olim namque etiam omnibus cano- Fratibus unus præfesset, qui Abba Syriacâ linguâ, bialem & Latinâ Pater dicebatur; voluit tamen, Fratres vitam nostros, qui jam more Latinæ Ecclesiæ monachorum in comunitate debebant, etiam hanc Latinæ Ecclesiæ consuetudinem tenentes, Prælatos transfe- riant.

Quando Priorem nomine nuncupatos habere. Quare Bertholdum hunc ob prædictam rationem primum superior Priorem Generalem Ordinis monumenta recen- ceperit, sent.

Ex quo factum fuit, quòd, cum Fratres novum vivendi modum ab Aymerico traditum libenter as- sumerent, novam sibi vivendi regulam fore ne- cessariam conspicientes, (neque enim Regula Jo- annis Patriarchæ ab eis jam pridem suscepta tunc eis sufficere poterat, cum anachoreticæ vitæ insti- tutum, de quo ipsa ferebatur, jam esset extin- ctum,) Albertum Patriarcham adierunt, ut sibi jux- ta novum vitæ propositam novam vivendi nor- mam traderet. Quod satis indicant illa priora Al- berti in Regula verba: *Multifariam multisque modis Sancti Patres instituerunt, qualiter quisque in quocun- que ordine sit, &c. vivere debeat. Verum, quia requiri- tis à nobis, ut juxta propositum vestrum, tradamus vo- bis vitæ formulam, quam tenere in posterum debeatis, &c.* Propositum igitur, de quo fit hæc mentio, non est aliud, quàm illud, quod Majores nostri habue- runt vivendi in Comunitate secundum formu- lam ab Aymerico descriptam: & juxta hoc sibi dati Regulam postularunt, quam Albertus tunc Hierosolymitanæ Ecclesiæ Patriarcha suo jure & po- testate tradidit: in qua inter cetera statuta *Cap. pri- mum* & potissimum fuit de electione Prioris, & de modo in professione servando. Et ideo ab electio- ne Prioris Albertus (sæ Regule dedit initium di- cens: *Illud in primis statimus, ut unum ex vobis habeatis Priorem, qui ex unanimi omniumque assensu, vel majoris & junioris partis, ad hoc officium eligatur.*

Circa illa verò priora verba, *unum ex vobis ha- beatis Priorem*, forsitan aliquis hic hæsitare poterit, de quo Priore, an de Generali, vel Conventuali il- la accipienda sint? Cujus dubitationis solutio faci- lis est ex his, quæ Ordinis historię repetunt. Om- nes enim affirmant (ut videre est apud Paleonydo- rum, libro 3. Cap. 1. & in Speculo Ordinis, & nos nu- per attingebamus) Bertholdum fuisse primum Præ- positum, sive Priorem Generalem, cui Brocardus in Generalis ministerio successit. Hic ab Alberto Regulam hanc poposcit: & hunc in Regulæ ini- tio & sine Alberto alloquitur; & Priorem appella- tur. Quare cum hic tunc esset Generalis Prior, & Regula mentionem faciat, de Priore eligendo, fit, ut de Generali sit intelligenda. Quod ex eo con- firmari potest, quia tunc licet plura essent, in Syria, & fortè per totam Ægyptum dispersa monaste- ria, Prior tamen Conventualis montis Carmeli simul erat omnium Generalis; sicut nunc contingit in pluribus monachalibus, ubi Prior certæ ac peculiaris domus simul ut Generalis toti Ordini præsidet; quare non incongruè secundò inter- pretari possumus prædicta verba, tam de electio- ne Prioris Generalis, quàm Conventualis, cum utriusque possint commodè adaptari,

Ex quo fit, ea omnia, quæ in Regula nostra de Priore absolute proferuntur, tam ad Priorem Ge- neralem, quàm ad Conventuales spectare, dum- modo singulari singulis debet accommodari: ita, ut ea, quæ ad monasterij administrationem re- ducuntur, ad Priorem Conventuales referantur: illa verò, quæ ad totius Ordinis regimen spectant, ut sunt, domos recipere, & similia, Generali Priori convenire omnino asserendum sit.

Secundo circa illud verbum, *Unum ex vobis, &c.* locus erat examinandi, qualis regendi forma in Religionibus commodior sit; an Monarchicæ, quæ ad unius principatum & dominationem re- ducitur, solaque unius nititur voluntate & impe- rio: an Aristocratice, in qua sceptrum optimates te- nent; vel forsitan Democratice, quæ à totius populi, sive Communitatis suffragijs, tanquam à potissi- mo principio dimanat? At quia nos breviter hæc commentarij, quæ utiliora, & selectiora sunt, tradere festinamus: omisissis alijs, quæ hinc inde adducta longiorem hanc tractationem redderent: id primum in hoc dubio absque controver- sia ex omnium fere Philosophorum sententia con- stituo: ex natura rei, seculis alijs circumstantijs (de quibus infra,) Monarchiam omnes alias regendi species antecellere. Probat id inter alios doctissi- me Angelicus Doctor, opusculo de Regimine Prin- cipum lib. 1. Cap. 3.

Secundum est, (idque ut certum multi gravissi- mi authores tradidit) quòd hominum fragilitate inspecta (sumus enim omnes natura nostra in vicia proni, estque humana conditio majoribus quotidie corruptelis infecta,) utilius est & con- venientius imperium ex Monarchia & Aristocratia mixtum: ita Dlyus Thom. 1. 2. questione 95. art. 4. & ibi omnes ejus Expositores. Tradit quoque id ipsum ex sua & aliorum sententia Bellarminus, Tomo 1. tractatu de Romano Pontifice, statim post initium. Hæc autem mixta regendi forma tunc consurgit, cum unus qui aliorum existit Princeps, sive Prælatas, de eorum consilio decisivo univer- sa moderatur. Dixi, decisivo. Nam si aliorum suffra- gia tantum sint consultiva, potius Monarchicæ, quàm Aristocratice speciem retinet: utonitur enim omnes Principes, qui Monarchicæ impetio fiunt, multorum consilio, & prudentia. Et quia isto- rum consensus necessarius non est requisitus, ideo absolute Principes & Monarchicæ dicuntur.

Nostræ verò Religionis gubernandi forma magis ad Aristocratiam accedit, sive (ut verius di- cam) ad Monarchiam mixtam. In ea enim Gene- ralis, ex sententia & consensu Definitorum, omnia graviora disponit, gubernat, & præcipit: quamvis hodie Generalis autoritas non sine rationabili causa fuerit amplius extensa, Definitorumque co- arctata: ita ut non nisi in gravissimis rationibusque casibus, eorum consensus requiratur. Hujusmodi autem regendi formulam, nostris temporibus, Re- ligionibus bene institutis maximè convenire, pul- chre ostendit Navarrus, in cap. Nullam 18. que- stione 2. numero 10. & præcipue numero 15. cujus verba libuit hic referre: Concedimus (inquit) ab- solute quidem & simpliciter optimam regendi speciem esse Monarchiam, qua Reges utuntur, in qua unus solus gubernat, secundum Aristotelem receptum à D. Thom. libro 1. de regimine Principum capitulo 3. 4. & 5. licet soleat in Tyrannidem dege- nerare, quæ est pessima species mali regiminis se- cundum eisdem. Concedimus item, Patrem no- strum Augustinum per suam regulam significat-

Vid. Com- ment. nost. Francisc. supra cit. in hunc Reg. le. cum de Anton. à Spiritu S. 2. part. aristoteli Regul. Traj. 3. disp. 6. scilicet in Cap. 1. Reg. & ab alijs cu- tarum alijb. a s. p. Maria, mona- chia om- nes aut regu- nis ip- cietate- cellit. In Reli- gionibus gubernantur et mona- chia & Aristo- cratia mixtam unum et in no- stra Reli- gione tale non, constitutio- nes regi- men de- cernunt, consu- lend. nost. Francisc. à S. Elia in hunc Regul. textum.

se, quod potius Monarchia, quam Aristocratia, vel  
 Democratia in suo Ordine servaretur, veriusque  
 esse id, quod antea diximus, nempe, sanctius com-  
 modiusque monasteria gubernari per unum,  
 quam per multos, si Prælati essent Augustini, &  
 subditi Possidonij. At quia Prælati longe ab Au-  
 gustino, & subditi à Possidonio degeneraverunt,  
 & Monarchia absolutæ omnium fere non men-  
 dicantium in tyrannidem degeneraverunt: ideo  
 in quamplurimis Religionibus loco Monarchiæ  
 instituta est Aristocratia, aut certe Monarchia stri-  
 cta, quæ unus de consensu multorum ad idem de-  
 signatorum gubernat. Hæc Navarrus, ubi su-  
 pra.

Præterea hujus regiminis, quod nunc in no-  
 stra floret Religione, vestigia quædam, etsi non  
 valde expressa, adumbrata tamen in nostra Regu-  
 la traduntur. Nam *Cap. 2. & 3.* statuitur, ut in do-  
 morum receptione, & cellarum assignatione  
 Prior Fratrum consensum requirat, & sequatur.  
 Quæ verba de Priore Generali intelligi, jam supra  
 à nobis probatum manet.

Tertio circa prædicta verba, *Unum ex vobis ha-  
 bitu Priorum*, observandum est, nostræ Regulæ  
 mentem fuisse, ut ille, qui in Priore eligendus  
 fuerit, sit ex nostris, & Regulæ primitivæ profes-  
 sor, ut constat ex illis verbis, *Ex vobis*. Quod etiam  
 jure Canonico cautum esse video, ut constat ex  
*Cap. nullus de electione in 6.* ubi decernitur, in Ab-  
 batiem non debere eligi nisi illum, qui expressè  
 professus sit Regulam eorum, quibus præesse de-  
 bet. Quod novissimè *Sessione 25. cap. 22. de reform-  
 atione Regular.* Concil. Tridentinum approba-  
 vit. Confidimus (inquit) Romanum Pontificem  
 curaturum, ut his, qui suos conventus habent, Re-  
 gulares personæ ejusdem Ordinis expressè profes-  
 sæ præficiantur. Quibus juribus adducti Romani  
 Pontifices, *Gregorius XIII. Sixtus V. & Clemens VIII.*  
 à Prælati Fratrum nostrorum, qui Regulam miti-  
 gatam observant, & eorum jurisdictione omnino  
 nos separati, & ex ipsi D. scilicet ac Regulæ pri-  
 mitivæ professoribus Generale in nova hac Re-  
 formatione assumi, sanxerunt.

Qui ex una nisi, omniumque assensu, vel majoris ac  
 sanioris partis, ad hoc officium eligatur. His verbis  
 brevis formula in electione Prioris Generalis ser-  
 vanda, à Regula describitur, statuendo, electio-  
 nem fieri debere ex consensu omnium Fratrum,  
 vel majoris, & sanioris partis. Circa hoc, illud scire  
 oportet, Capitulum generale, quod nunc in usu  
 est apud omnes fere Religiones, olim non viguit.

sed mortuo Priore Generali, qui per totius vitæ  
 spatium perdurabat, alter à majori parte omnium  
 Religiosorum eligebatur. Nunc tamen, sicut in  
 alijs Religiosorum congregationibus, à majori  
 parte capituli Generalis, ut jura & canonice san-  
 ctiones disponunt, nominatur, qui tantum in Or-  
 dine per sexennium durat, ut in Bolla Sanctissimi  
 Domini nostri *Clementis Papæ VIII.* decernitur.  
 De forma autem in electione (juxta Concilij Tri-  
 dentini decretum) servanda, non est hic disserendi  
 proprius locus: videndi sunt *Summi verba*, elec-  
 ctio.

Cui obedientiam promittat quilibet aliorum, &  
 promissam student operis veritate servare, cum casti-  
 tate, & abdicacione proprietatis.

Hæc est secunda hujus Capituli pars, in qua de Dehis  
 professione & ejus forma agitur, statuendo, ut votis dis-  
 omnes, dum proficiuntur, Priori Generali obedi-  
 entiam cum castitate, & abdicacione proprietatis egregie  
 expressè promittant. Et quamvis ad stabilitatem dilecti in  
 professionis sufficiat, ut quis tantum obedientiam suis in Re-  
 promittat, aut conversionem vitæ, aut Regulam guli, Com-  
 absolutè, nec requiratur ad ejus solemnitatem, mentar.  
 quod exprimitur paupertas, vel castitas: imò nec supra lau-  
 obedientiam, ut latius in *Tractatu de professione* dice-  
 mus: olim tamen hæc veritas non erat ita con-  
 Francis-  
 stans, & recepta, ut nunc est apud Autores. Quare  
 Joann. à  
 Majoribus nostris, cum in Regula *Alberti* nulla men-  
 tio fieret de paupertate & castitate, apud Innocen-  
 JESU  
 tum IV. qui prædictam Regulam declaravit &  
 MARIA  
 mitigavit, dubitare cœperunt, an ad observan-  
 part. 2.  
 tiam paupertatis & castitatis ex vi Regulæ tenerentur  
 disciplina  
 seu potius, (ut proprius, & verius loquat,) ad tol-  
 Monastica  
 lendas scrupulorum occasiones, ab ipso postula-  
 cap. 5. 6.  
 runt, ut castitatis, & paupertatis expressè mentio in  
 & 7.  
 hoc Cap. traderetur: & sic *Innocentius IV.* in hoc  
 Et Em-  
 Cap. illa verba adiecit, *cum castitate, & abdicacione*  
 JESU  
*proprietatis*. Quæ olim in Regula *Alberti* non ex-  
 MARIA  
 stabant. Circa hæc igitur hujus *Cap. partem*, utilis  
 part. 1.  
 valde & omnino necessaria *Tractatio de professione*,  
 & tribus  
 & tribus votis, quæ fundamenta sunt, in quibus ro-  
 Carmeli,  
 tulus Religionis aedificium superstruitur, suscipien-  
 sive dis-  
 da à nobis esset, nisi de his nos alibi longam  
 curf. mo-  
 & peculiarem disputationem sus-  
 rali in Re-  
 cepturos speraremus.  
 gul Car-  
 meliti. dis-  
 cursu 55.  
 & 21. sub-  
 seq. live  
 à pag.  
 203. 45.  
 que ad p.  
 630.

Cap.  
 de electio-  
 ne in 6.

Vid. An-  
 tonij à  
 Spiritu S.  
 directo-  
 rij Regu-  
 lar. part. 2.  
 Traç. 3.  
 disp. 6.  
 scilicet. 2.  
 nam. 258

...a Jesu

... Spirit. II II VIII 2. 6

De consil.  
à Fratri-  
bus exspe-  
ctando  
Basilus in  
brevior.  
Reg. 48.  
& optime  
Bened. c. 5  
sua Regu-  
la. statuta  
Caribus.  
2. p. ca. 4. dire.  
& regula  
Mona-  
chorum  
c. 7.

## CAPUT SECUNDUM.

### De Receptione locorum.

#### TEXTVS.

**L**oca autem habere poteritis in eremis, vel ubi donata vobis fuerint, ad vestra Religionis observantiam apta, & commoda, secundum quod Priori, & Fratribus videbitur expedire.

#### GLOSSA II.

**C**UM Carmeli grex & devota virginis Familia in dies magis augetur: tum ob loci angustiam, tum etiam ut Carmeli vinea versus omnes terrae partes suas mitteret radices, ac palmites extenderet, alias adire regiones, & nova experiri loca, Fratres ad id usque temporis in Provincia Syria commorantes decreverunt. Quare ab Innocentio IV. dispensationem petierunt, ut sibi liceret ubique terrarum monasteria erigere: nam ex vi Regulae Alberti tantum in eremis hoc eis videbatur permissum. Unde totum hoc Cap. 2. additum est ab Innocentio IV. in quo duo potissimum statuit. Primum, habitationem nostram in solitudine, vel eremo, vel in alijs locis ad nostrae professionis observantiam aptis esse debere. Secundum, quod praedicta loca arbitrio Prioris, & aliorum Fratrum ad nostrum propositum, sive institutum judicentur idonea.

**T**ria ex hoc Reg. textu necessario observanda deducuntur, & declarantur. Consultend. circa hunc Reg. textum Jo. à JESU MARIA part. 2. disciplin. monast. c. 8. & 9. nost. supra citat. Antonius Francisc. à S. Elia à pag. 135 usque ad p. 161. & Emmanuel discurs. 77. & 5. subseqq. in

Ex hoc igitur Cap. tria licet manifestè deducere. Primum, non solum in eremis, sed alijs quoque locis nostras domos constitui posse. Secundum: non quaelibet loca ad nostrarum domorum constructionem admitti posse, sed ea tantum, quae ad Regulae observantiam visa fuerint convenire. Tertium, nullum locum recipi posse, nec debere, nisi ex arbitrio Prioris Generalis, & aliorum Fratrum (nempe Definitorum.)

Circa primum horum, illud se offert animadvertendum dignum, quod hic praerendum non est, quantum (scilicet) nostrae Regulae & professionis solitudo & eremus conveniant. Id enim est proprium, & potissimum, quod Regula intendit, dum ait, *Loca autem habere poteritis in eremis*. Imò, quod alibi licet erigant, id potius extensio quaedam, sive Regulae indulgentia videtur. Nec mirum est, quod Fratribus, quos Eremitas Regula appellat, eremi habitatio magis, quam urbium quadret.

Circa secundum verò, statim obvia est dubitatio, quae (scilicet) loca possint dici ad nostrae Religionis observantiam apta, & commoda? Cujus solutio ex Regula patet: nempe, ea esse, quae Prior Generalis & alij Fratres apta & convenientia judicaverint. Sed quae sint circumstantiae & conditiones, quae debeant concurrere, ut prior Generalis & ceteri Fratres debite id arbitrentur, & sine periculo Ordinis discernant, id non facile erit unicuique explicare.

Pro cujus declaratione primò certum est, hoc arbitrium sive iudicium peccandum esse ex commoditate loci recipiendi. Quae autem dici possint, & verè sint commoditates loci ad nostrae Regulae observantiam? Haec sine dubio regulandae,

& desumendae sunt ex fine, & speciali nostri Ordinis scopo sive instituto. Ex fine enim, & non aliunde, mediorum proportio major vel minor mensuratur. Quare, cum finis specialis, & primarius nostrae Religionis sit (ut ex dictis in Regulae praefationibus constat) assidua divinae legis meditatio, sive frequens, & sine intermissione ad DEUM oratio (hic enim ante omnes alios scopus est, in quem omnia nostrae militiae vela diriguntur) secundarius verò & veluti minus intentus sit verbi divini praedicatio, & saluis proximorum cura (ut superiori loco dicebamus) sit, ea loca à Prelatis, ut aptiora praeter alijs eligenda esse, quae ad hos consequendos fines, servata uniuscujusque dignitate & principalitate, magis proportione judicaverint. Ea nimirum, quae ad contemplationis quietem & aliqualem proximorum curam utiliora repererint. Ita tamen, ut licet potissimum illud attendatur, hoc tamen nequaquam praetermittatur.

Similia loca ad suorum monasteriorum constructionem D. Basilium elegisse, ex Nazianzeno in ejus vita accepimus. Cum enim (inquit Nazianzen.) animadvertisset, eos, qui in communi vita (id est, monachos, qui degunt inter saeculares) monasticam licet abstinentiam servant, alijs quidem utilis, sibi verò nequaquam existere, cum in multis eos necesse sit versari malis, quae vitae perfecta, ac planè quieti contraria videntur: eos verò qui in solitudine procul ab his agunt, firmiores quidem propositis, magisque DEO conjunctos, quam supradictos vidit, tamen sibi tantum utiles, utrumque vitae genus conjungere conatus est. Quamobrem Monachorum canonibus haud procul ab his, qui in hominum societate vivunt, edificari iussit, nec omnino separavit, ut & propinquitate, cum opus charitatis exprosceret, adesse possent; distantes alioqui proprijs terminis, ne quiete eorum, aut pax interrumpi per multitudinem posset: ut & sic nec ipsi Monachi actionis merito, quod ex impendenda alijs pietate esset, privarentur; neque rursus eorum actio per tumultus inutilis efficeretur. Haec Gregorius, ubi supra.

Ex quibus colligere licet, duo potissimum in domorum nostrarum erectione esse consideranda. Primum, ut earum situs contemplationi aptus, & congruus sit; & ita à saecularium conversatione & cohabitatione aliquantulum distet. Nam, ut optime Bern. Epist. 78. ad Sugerium Abbatem rescriptis, *fuge silentium, & ab omni strepitu saecularium perpetua quis cogit caelestia meditari*. Nam multum quidem (ut aiebat Gregor.) deorsum ducimur, dum loquutione continua saecularibus admiscemur. Confirmat hoc Casianus Collatione 19. ubi per totam solitariae vitae finem esse contemplationem, & illam ad hanc medium esse optissimum demonstrat. Nam cum medium optimum ad contemplationem

nem sit, habere animum collectum, & à rebus omnibus abstractum: huic rei mirum in modum solitudo deservit, quæ omnem strepitum rerum, quæ mentem distrahere possunt, procul arceat. Quod adesse verum scribit D. Hier. lib. 2. contra Iovinianum, ut etiam multi Philosophi solo naturæ ducti in desertis habitaverint, imò & quidam sibi oculos eruerint, ut sine distractione contemplari possent.

Secundum est, ut construenda monasteria ab hominum convictu & vicinitate procul non erigantur: tum propter opera charitatis, prædicationibus, & confessionibus à nobis concivibus exhibenda; tum etiam propter elemosynarum retributionem, quam nos pauperes & mendici à secularibus ad nostrum quotidianum victum expectamus: nec non ob alias varias necessitates, quibus pauperes frequentius urgeri solent. Quare, sicut mendicus homo, qui aliorum misericordiâ viveret, ab hominum omnino separari consortio non posset, aliàs magna pareretur incommoda: ita nec pauperum Conventus longè ab urbibus construendi, nec oportet, nec debent: sin minus, majora incommoda sentiant. Medium igitur inter duo extrema sumendum est, ita ut nec in medijs urbibus, nec procul ab eis, loca ad monasteriorum fabricam recipiantur: ut sit utrumque finem, scilicet, orationi vacare, & proximorum saluti studere, possimus amplecti. Hunc verò esse oportunitatem nostris domibus solum, experientia ipsa (optima rerum magistra) edocemur. In illis enim domibus, quæ simul sibi & distantia gaudent, ut sunt oppidorum Palstranæ, Granatæ, & Vallisoleri, Religiosos majore perfrui quiete, ferventiori oratione, & spiritu ambulare compertum est. Et utinam, si id fieri commodè posset, in secretioribus remotioribusque locis monasteria nostra erigerentur: ubi DEO tantum vacandi ejusque consortio fruendi locus esset.

Satis fit contra-  
riæ obje-  
ctioni.

At dicet quis: Proximorum saluti commodius consultatur, si in urbibus nostræ domus erigantur. Nam cum ibi secularium sit major frequentia, & concursus, plus nostro exemplo edificabuntur, & confessionibus nostris, ac prædicationibus proficiant. Hæc tamen evasio fortè dæmonis est versutia, qui sub specie recti, à nostro instituto & proposito nos revocare nititur: ut ex æquo utrumque finem amplecti cupientes utriusque fructu privemur, & neutrum consequamur. Nam cum finis noster sit in proximorum cura, sed in assidua oratione, vel meditatione: quæ lex quoque consilium postulat, ut prætermissio principaliori scopo, vel eo saltem nivium periclitante, minus principalem summo studio, & diligentia curemus? Ubi quæso in nostra Regula de proximorum salute perquirenda, aut de concionibus ad populum habendis mentio fit? Ubi confessionum aut prædicationum ministerium præcipitur, consultatur, aut saltem indicatur? At, ut intra cellulas nostras manentes frequenter oramus, & noctu diuque legem divinam meditemur, id nostræ regulæ centrum, & fundamentum est. Oportet igitur, illud ita facere & præstare, ut hæc, quæ potissima sunt, nequaquam aut pereant, aut in aliquo minuantur.

Secundò ex dictis infero, quantum in hac parte circumspicctos esse oporteat Ordinis prælatos, curantes, extra mures & hominum frequentiam Conventus erigere. Nam aliàs Ordinis puritatem & primitivum rigorem magno (sine dubio)

Ihm. à Jesu Oper. Tom. I.

relaxationis periculo exponunt. Quia, quantum in se est, occasionem præbent, ut in his domibus Religiosi nunc, vel successu temporis secularibus negotiis occupati, varijs distrahantur curis, hisque implicati devotionis spiritum amittant, orationis fervorem extinguant, & denique omnia alia spiritualia illis in nauseam & rædium vertantur.

Tertiò adhuc licet inferre, nostræ intentionis non esse hic, damnare eremi domos, quas longè ab hominum conspectu secretissimis in locis in unaquaque Provincia construere, à nostro admodum Religioso Patre Generali Elia à S. Martino, simul cum Capitulo Generali, nuper sancitum est. Hoc enim potius laudandum, ac vix omnibus commendandum est: cùm monasteria hæc columen sint, ac Ordinis decus, ac Regulari observantia fundamentum: & denique veluti ossa ac nervi, quibus hoc spirituale Religionis ædificium sustentari debet. Loquor igitur nunc non de his eremiticis, in quibus eremiticæ vitæ puritas ac perfectio omnino servatur, sed de illis tantum Monasterijs, quæ frequentius in Ordine eriguntur, in quorum fundatione prædictum modum observandum dixi. Quia per illum Regiæ menti, & Ordinis utilitati, ac Religiosorum profectui satis consulitur.

Circa tertium, quod Regula præcipit, nempe loca recipi debere de arbitrio & dispositione Prioris, & de assensu aliorum Fratrum, supposito, quòd hic Regula de Priore Generali loquatur, ut sup. capite præcedenti statuimus, restat nunc examinandum, quo jure Prior Generalis auctoritatem habeat ad novas domos in Ordine fundandas, vel ad deferendum jam antè fundatas.

Pro cuius resolutione primò constituendum est, Ordinis Prælatos, etiam si de Generali loquamur, ex vi juris communis non posse sine auctoritate Apostolica Conventum aliquem erigere: quia hoc expressè cavetur Cap. Unico de excessibus Prælatorum in sexto. Imò & præter auctoritatem Pontificis prædictam, requiritur Episcopi diocæsanæ licentia, ut decretum fuit à Tridentino Sessione 2. 5. de reformat. regul. cap. 3. in si. in quo statuitur, ut prædicta loca minime erigantur sine auctoritate Episcopi diocæsanæ, &c. in qua erigenda sunt. Quare utraque & Summi Pontificis & Episcopi facultas ad nova monasteria constituenda præcedere debet. Nec decipiatur quis existimans, nunc, post editum Concilium, auctoritatem Apostolicam de jure non prærequiri, cùm de illa Tridentinum non meminere: nam ab illustrissima Cardinalium congregatione declaratum fuit, adhuc post concilium, auctoritatem Apostolicam esse necessariam, per hæc verba: *Monachi non possunt edificare monasterium in Parochia, in qua id non habent sine cognitione, & licentia Papa.* Quæ declaratio maxime videtur juri consentanea: nam in prædicto Tridentini decreto minime abrogatur dispositio juris communis antiqui, secundum quam licentia Papæ prærequiritur, ut patet in dicto Cap. unico de excessibus Prælatorum libro 6.

Quærit tamen mentio potest, post prædictam Cardinalium declarationem, quæ licentia Papæ præquiratur, & an uti liceat Religionibus suis privilegijs, quibus eis indulgetur, ut possint sine nova Papæ licentia monasteria erigere? Quod concessum fuit Ordini nostro à Sixto IV. & novissimè à Sixto V. & idem Minoribus Julij II. & Urbani IV. concesserunt, ut in compendio Men-

Tt 3

dican-

Cap. uni-  
co, de ex-  
cessibus  
Prælat in  
6.

Dist. cap.  
unic. de  
excessib.  
Prælat.

Poll ha-  
jus Opè-  
ris pri-  
mam e-  
ditio-  
nem re-  
vocata  
sunt hæc  
Regulae

rium pri-  
vilegia  
à fac.  
cong. eg.  
sub Gre-  
gorio XV.  
& Urba-  
no VIII.  
ac proin-  
de nunc  
aliter lo-  
quen-  
dam est.  
legendus  
de his  
nost. An-  
dreas à  
Maire  
Dei Tom.  
4. curs.  
Theolog.  
moralis  
Tract. 18.  
cap. 3.  
punct. 4.  
§. 1. qui  
tria his  
tempori-  
bus pro-  
erigen-  
dis novis  
monaste-  
rijs ne-  
cessario  
servanda  
esse tra-  
dit, quæ  
apud il-  
lum vi-  
deri po-  
terunt.  
Cap. uni-  
co de reli-  
gios. do-  
mibus.  
Cap. unic.  
de excessi-  
bus Præla-  
torum.  
De hac  
etiam  
quæstio-  
ne con-  
sulendus  
jam lau-  
datus  
Andreas  
Maire  
Dei loco  
citato  
punct. 4.  
§. 3. qui  
doctissi-  
mè has  
similes-  
que diffi-  
cultates  
resolvit:  
& docet  
in tran-  
slatione  
mona-

dicantium habetur verbo (*adificare*) Respondetur, hujusmodi privilegia non esse abrogata, neque à Tridentino, cum nihil contrarium ejus decretis contineant similia privilegia, neque à congregatione Cardinalium, quia hæc tantum declaravit mentem concilij, attento communis juris rigore: unde licet ex vi juris sine licentia Papæ non possint Religionum Prælati nova recipere monasteria, possunt tamen ex vi privilegij illis concessi, vel ab alijs Ordinibus participati.

Extendenda tamen aliqui ex junioribus volunt hæc de fundatione novorum monasteriorum dicta ad translationem monasterij de uno ad alium locum, etiam intra eandem dioccesim vel civitatem, in quo requirit, præter Papæ licentiam, etiam Episcopi fatentur. Quia (ut ipsi ajunt) non videtur major ratio de uno, quam de alio: & jam hoc usus Religionum videtur fuisse receptum: tene que Emmanuel Rodriguez, in Summa verbo (Prælatos) Cap. 29. Conclusio. & sic isti censent, ex vi Concilij Tridentini, Episcopi licentiam esse necessariam. In hac re illud mihi videtur certum, ex vi juris non requiritur licentiam, neque Pontificis, neque Episcopi ad transferenda Monasteria de uno loco ad alium: loquitur nunc de illis monasteriis, quæ post decretum Bonifacij VIII. in dicto Cap. unico de excessibus prælatorum sunt erecta. Probatur aperte: quia si id in aliqua juris parte esset stabilitum, maxime vel in Cap. unico de Religiosis domibus, vel dicto capite etiam unico de excessibus Prælat. Nullibi enim nisi his locis fit mentio de hoc. Sed in primis id nulla ratione colligitur ex Cap. unico de Religiosis domibus. Nam quamvis ibi, in hijs (confirmatos.) Religiosis Medicantibus interdicitur, novam domum adquirere, vel antiquam mutare: tamen ibi loquitur de illis Ordinibus Mendicantibus, qui per decretum Concilij Lugdunensis extincti sunt. Et expressè ab hac decisione ibi excipiuntur sacri Carmelitarum, Eremitarum sancti Augustini, Dominicanorum, ac Franciscanorum Ordines. Quare textus ille nullatenus comprehendit has Religiones, nec ullas alias Mendicantes, quæ post dictum Concilium approbationem à Sede Apostolica meruere.

Præter eam d. Cap. unico de excessibus Prælatorum, quamvis ibi expressè caveatur, ne Religiosi Ordinum Mendicantium denuo ad habitandum domos recipiant, vel eas absque Sedis Apostolicæ licentia mutare præsumant: adhuc tamen hæc decisio non extenditur ad domos, quæ post illam edictam fundatæ sunt. Nam quamvis quantum ad hoc, quod est, novum erigere monasterium, semper requiratur ex vi illius juris, summi Pontificis auctoritas, quia id sine ulla limitatione, prædicto Cap. statuitur; quantum verò ad illud, quod decernitur de transferendis, aut mutandis domibus jam receptis, expressè in d. Cap. declaratur, intelligendum esse tantum de domibus ante prædictum decretum receptis, non verò de recipiendis, ut ibi expressè observat Glossa fere in principio; imò id concessum est ad majorem firmitatem Ordinibus Mendicantibus, ut patet in compendio, verbo (*adificare*.) ubi Leo X. id concessit monialibus sanctæ Claræ: & ex consequenti per communicationem omnibus alijs.

Porrò supposito, quòd Religiosi habeant à Sede Apostolica hanc transferendi sua monasteria ad alia loca facultatem, non video, quo jure teneantur Episcopi licentiam expectare. Nam certè Tridentini decisio, loquens de nova monasteriorum fundatione, non est, cur extendi debeat

ad translationem intra eandem dioccesim. Primum quia cum ista constitutio sit odiosa, ac juris communis correctoria, minime extendi debet ad casum in ipsa non comprehensum. Imò limitari debet ejus decisio, per tex. in d. Cap. unico de excessibus Prælatorum. Nam leges generales, etiam posteriores, intelliguntur & limitantur per leges speciales priores. Cujus exemplum quotidianum est in lege Sciendum, ff. qui satidare cogantur, & in aubten. offeratur, Cap. de litis contestat. Ubi Glossa communiter receptæ idem asserunt. Ex quibus fit, mentem Concilij exponendam, & intelligendam esse juxta dictum Cap. ita ut non extendatur ad translationem: sed tantum ad novam Conventus erectionem. Tum secundo, quia minime in jure idem sunt, fundare, & transferre monasterium, ut patet expressè ex d. Cap. unico de exc. prælat. ubi Bonifacius prohibet non solum novam loci erectionem sine Pontificis licentia, verum & quæcumque ejusdem mutationem: ubi annotavit Glossa, minime unam comprehendit sub alio, & expressè in casu, de quo loquimur, nobiscum sentit. Tum tertio quia cum Patres Concilij non ignorarent prædicta jura, quæ Religiosis Mendicantibus interdicitur erectionem novam, vel translationem, sive aliam quamcumque mutationem suorum monasteriorum, miram est, ipsorum mentem fuisse (ut contrarij asserunt) comprehendere etiam domorum translationem, & id non expressisse, cum id in simili casu exprimeret, antea necessarium visum sit, & Concilio Lugdunensi, & Bonifacio Pontifici, ut referunt iuris supra adductis. Tum etiam quarto, quòd auctores contrarij sententiæ affirmant, non requiri Episcopi licentiam ad defertionem monasteriorum. Et certè, si res attentè perpendatur, magis includitur sub mente Concilij Trid. defertio, quam translatio: quia res per eandem causam nasci, & dissolvi debet: ac proinde eadem videatur utriusque ratio. Unde non video, qua ratione ducti fateantur, requiri Episcopi licentiam ad translationem, minime verò ad defertionem.

Ex his ergo constat, Religionis Prælatos, licet ex vi juris ad erectionem novæ domus habere debeant tam Papæ, quam Episcopi licentiam: tamen ex vi privilegiorum suorum nunc tantum obtinere debent Episcopi licentiam, quam fatemur ex vi Tridentini ad fundationem novam esse necessariam, non verò ad translationem domus jam constructæ, quando intra eandem dioccesim hæc translatio fit.

Secundo & principaliter statuo, quòd quamvis ex vi juris communis non sit specialiter decretum, ad quem facultas hæc recipiendi novos conventus pertinet; an ad Generalem, an verò ad Provinciales, ac proinde ad utrumque spectare videatur: tamen ex vi nostræ Regulæ, imò & nostræ constitutionum, in nostro Ordine ad Generalem spectat, non utcumque, sed simul cum consilio Definitorum: ut sic hoc Regulæ mandatum melius adimpleatur, in quo præcipitur, ut nova loca ab Ordine non aliter recipiantur, quam si Priori Generali, & alijs Fratibus visis sint profissioni nostræ expedire.

Quod & novissimè auctoritate Sixti V. in Bulla, quæ incipit, Cum de statu, ac bono regimine, fuit confirmatum: ubi sic dicitur: Ita tamen, ut Priores Provinciales, aut alij Fratres novas domos aut monasteria recipere, erigere, aut construere minime audeant.

Ter-  
dos Co-  
Provin-  
ciam e-  
nam  
Papæ,  
jos est,  
jus, si-  
nova  
Cap. de-  
lin. 26. q. 1.  
cap. loco-  
tam de  
enferat.  
di. 1.  
Quæ-  
nam ob-  
servanda  
steri-  
fuit,  
quando  
monaste-

Cenali-  
diten.  
Constit.  
Er Car-  
thof. Cap.  
14.  
Bis. Mo-  
nast. c. 2.  
in Bulla  
Relig. reg.  
familia sta-  
tutum

P  
di  
C  
pi  
vi  
tu  
tu

Vid. Item le-  
à JESU  
MARIA  
in hoc  
Reg. Cap.  
part. 2.  
displ.  
monast.  
Cap. 10.  
& 11.  
& Anton  
à Spiritu  
S. loco sup-  
citato in  
Annotat.  
ad hoc  
Cap. 10.  
300. &  
segg.

Tertio constituo, quod licet ad novos erigendos Conventus officia ex vi juris, Generalis, vel Provincialis auctoritas, tamen novam Provinciam erigere, & fundare, vel erectam dividere, aut unam Provinciam alteri subicere, sine licentia Papae, Praelati Regulares non possunt. Ratio huius est, quia cum de similibus idem servandum sit, sicut, quod prohibitio, quae facta est a jure, ne fiat nova constitutio Sedis Episcopalis, nec ejus divisio, nec subiectio ab eadem facultate Papae, ut patet ex Cap. Felix, 16. q. 1. & Cap. locorum de consecratione d. 1. & tradit Sylvest. verbo (casus) casu 9. & 10. accommodari debeat. & extendi ad erectionem, divisionem, & unionem Provinciarum Religiosorum. In qua re consulenda sunt propria uniuscujusque Ordinis privilegia.

Quarto & ultimo circa deletionem monasteriorum dicendum est, attento juris rigore, non posse Praelatos Ordinum Mendicantium deletere Conventus, jam in suo Ordine erectos sine licentia Papae. Ita expressè habetur dicto Cap. unico de excessibus praelatorum in 6. Habent tamen Mendicantes à summis Pontificibus impetrata privilegia, ut absque nova licentia Sedis Apostolicae, possint proprias domus, cum expedire viderint, derelinquere. Sic Sixtus IV. concessit Generali Minorum, ut habetur in Cõpendio, verbo (adificare), & Sixtus V. nostrae Reformationi, ut ea loca, quae Fratris suis minus commoda esse cognovit, possit dimittere in manibus Ordinatorum, illa licet deleterendo, prout eis visum fuerit expedire.

Ubi nota Provinciale, imò nec totam Provinciam sine licentia praedicti Generalis id posse facere; alias incurreret Excommunicationem contra Religiosos, propriorum locorum desertores laram, cujus meminit Sylvester verbo (casus) casu 8. & verbo (excommunicatio) 8. §. 20. Et hæc de deletionem, translationem, ac erectionem locorum dicta sufficiant.

rium aliquod deferendum est, planius exponit jam citato loco, noit. Andreas punct. 4. §. 4.

Cap. Felix. 16. q. 1. cap. locorum de consecrat. di. 1. Quare nam observanda sint, quando monaste

Camaldulen. Constit. Et Carthus. cap. 14. Reg. Monach. c. 2. in valla Relig. reg. familia statutum

CAPUT TERTIUM.

De Cellis Fratrum.

TEXTVS.

PRÆTEREA juxta situm loci, quem inhabitare proposueritis, singuli vestrum singulas habeant cellulas separatas, sicut per dispositionem Prioris ipsius, & de assensu aliorum Fratrum eadem cellulae cuique fuerint assignatae.

GLOSSA III.

Præcedenti capite postquam à Regula desito loci recipiendi dictum est, jam ab hoc Cap. de dispositione, & forma Conventus incipit agere, Circa quod duo in illo connotantur, sive præcipiuntur. Alterum est, ut Eremitarum cellulae adinvicem separentur, ut unusquisque sibi designatam singulariter inhabitaret: alterum vero, ut hæc cellula unicuique de Prioris, & aliorum Fratrum consensu designetur.

Circa primam hujus Capituli partem recollendum est, quod olim, ut ex ijs, quæ in Regulae introductione adducebamur constat, Religiosorum habitacula potius eremiticam, quam cœnobiticam conversationem, imitabantur: & sic ad illius vitæ & conversationis normam Fratrum tabernacula edificabantur. Quare tunc non intra cœnobij claustra Religiosi coninebantur, sed intra alicujus magni spatij terminos, distinctas, ac separatas cellulas, sub unius tamen Prioris obedientia incolebant. Et sic sensus prioris partis hujus capituli patet, dum inquit: Præterea juxta situm loci, quem inhabitare proposueritis, singuli vestrum singulas habeant cellulas separatas. Hoc est, ut secundum capacitatem loci cellulae distent inter se. Vel sensus sit: juxta situm loci, id est, pro loco, quem inhabitare proposueritis, & non longè ab eo (ut antea sic i solebat), cellulae adinvicem separentur, & solitarie, sive sigillatim ab unoquoque habitentur.

Noandum præterea est, quod non solum præcipit Regula, singulos singulas habere cellulas, sicut nunc inter nos, & in multis alijs Religiosis servatur: sed addit, separatas, ita, ut & unusquisque solus in cellula vivat, & insuper cellulae quoque aliqua distantia loci ab altera separetur, ut nunc in nostris eremi domibus, & apud Camaldulenses consuetudine & usu receptum est.

Hujus igitur statuti eam rationem veram & fundamentalem reddimus, quia, cum ferè omnis nostra institutio ad contemplationem dirigatur, & tendat: ea media, quæ ad hoc propositum magis conferunt, à Regula commendantur. Medium autem potissimum est solitudinis quies, quæ in nullo alio, quàm in separatione ab aliorum cohabitatione, & consortio, sita est. Et præterquam quod ratio id manifestat, & ex his, quæ in superioribus tradidimus convincitur, id expressè de nostra Regula tractans tradit noster Waldensis de Sacramentalibus tit. 9. Cap. 76. In Carmelitarum (inquit) Regula singuli habent cellulas separatas. Hoc autem ornatum est propter orationes clandestinas. Unde in Epistola ad Eustochium de monachorum conversatione loquens Hieronymus, sic ait: Et quia nocte, extra orationes publicas in suo cubili unusquisque vigilat, circumvent cellulas singulorum, & aere posita, quid faciant diligenter explorant. Antiquior igitur usus hoc habet in usu, quod habet modo, juxta quem habuit Christus in usu, solus orare, ut ex illo Matthei constat, ubi discipulis secessit solus orare, in quem locum Chrysostomus Homil. 83. ad populum: Hoc enim (ait) faciebat, erudiens nos in orationibus quietem construere nobismetipsis in solitudine multa. Hucusque Waldensis.

Ex hac igitur prima capituli parte duo inferenda sunt: alterum, ut omnes solitarie absque ulla societate in deligosa sibi cellula habitent: alterum vero, cellulas adinvicem separatas, & loco distantes construendas esse: ita, ut cellulae quoque solitariae & singulares sint ad eam normam, & modum, quem Camaldulenses servare diximus.

Quæret tamen aliquis, quæ sit causa, cur nos hunc Regulae articulum ad unguem, non servemus? Respondetur, id ita fortè contingere, quia forsitan in hac parte (imò & id valde probabiliter apparet) antiquitus correctæ Regulae fuit. Et licet id nobis expresso testimonio non constet: ex eo tamen

de eremitica vita reperitur. De assensu fratrum requirendo Basil. & Bened. ut in c. præced.

Cur non observetur hoc tempore, hic Regulae articulus

men conjici potest, quod quando ab *Eugenio 17.* hæc Regula fuit mitigata, inter alia, quæ summus Ecclesiæ Pastor tunc temperavit, illud potissimum fuit, ut Fratres extra suas cellulas per monasterij claustra deambulare liberè possent. Ex quo non obscurè inferitur, jam tunc antiquam illam Eremitarum vivendi normam ad communem cœnobiticam, sive claustralem vitam redactam fuisse.

Circa secundam verò hujus capituli partem, nempe, quod Prior de aliorum Fratrum assensu unicuique suam cellulam designet, maximè, expendendum est, quanta cura & studio Majores nostri ea, quæ spirituales Fratrum & Religionis profectum concernebant, soliti sint examinare, ut in una cellula assignanda, non solum prioris, sed & aliorum Fratrum assensus expectaretur. Quod non sine admirabili & divino illorum Seniorum consilio factum esse existimemus. Sciebant enim ipsi, quantum ex sinistra vicinitate aut contortio detrimenti unicuique, etiam optimo Athletæ, provenire poterat. Et ideo inspecta unicuiqueque complexione, ac spiritali profectu, aliisque pensatis circumstantiis, (quod maturius sit multorum, quam unius consilio,) cuique cellula propria arbitrio tam Prioris quam Fratrum designabatur. Et insuper hoc ea causa fuisse sancimus credamus, ut inspectis ætatibus & necessitatibus, junioribus & inferioribus commodior cellula concederetur. Obiter tamen sciendum est, quod cum jam hic separatim vivendi modus cellaretur, etiam cesset hoc Regulæ decretum, saltem quantum ad illam partem, quod Prior in concedendis cellulis teneatur aliorum consensum requirere.

Cur in Ultimo tandem circa hoc cap. illud occurrit addendum, in Regula nostra tam in hoc cap. quam in alijs, dum habitationis Fratrum mentio fit, eam *cellularum* potius, quam *cellarum* nomine appellari: ut insinuetur, habitacula arcta & stricta, parum exulta & expolita, & ex consequenti paupertatis ac simplicissima fuisse, & demum talis

conditionis, ut non *cella* nomen, sed *cellula* tantum sibi possent vindicare. Hujus enim aliusquam Regule professoribus non congrue sumptuosa, aut magnifica domorum, aut cellularum constructio, nostro quæ paupertatis, humilitatis, ac simpliciter instituto minime convenire dignoscitur. Nam ædificiorum superfluitatem nobis representat, & reprehendit Bernar. in *Epistola ad Fratres de monte Dei*, quod Paleonydorus nosse docuit, epistolam illam Divi Bernardi ad *Fratres de monte Dei*, fuisse ad Carmelitas, qui tunc eo in monte debebant, respiciendam; quamvis contrarium verius existimemus: constat enim ex ipso epistolæ contextu, eam ad Carthusienses, quibus tunc familiariter utebatur Bernardus fuisse missam. Ergo nostri Ordinis Fratres, sive alijs quibusvis nulla sit: ejus tamen doctrina Religiosis omnibus quadrat. Jam (inquit ille) *de arte alieno subintravit sumptuosa, & quantum pudor fuit, ambitiosa cellularum edificatio: & abjecta sancta simplicitate, & rusticitate, quasi religiosus quosdam nobis creatas habitationum honestates, dimissam nobis à Patribus nostri jure hereditario formam paupertatis, & sancta simplicitatis speciem, & verum decorem DEI alienantes à nobis &c.* Et paucis interjectis, ubi admonet, ut unusquisque sibi propriam cellulam ædificet, addit: *Ergo obsecro in peregrinatione hujus sæculi, in militia hac super terram, ædificemus non domos ad habitandum, sed tabernacula ad deserendum, ut ipse tunc inde vocandi & migraturi in patriam.* Et infra: *Credite Communes Fratres, quia pulchritudines ista, & forentes honestates, cum virile propositum intravit, & masculinum animum effeminant. Idcirco Patres nostri in Ægypto & Thebatide, sancta hujus vite ardentissimi amulatores, in solitudinibus degentes sibi cellulas ædificabant, in quibus recti tantummodo, & circumsepti à turbine & pluvia subsistant.* Hæc Bernar. Quibus antiquorum monachorum habitacula, cellulas appellat, & eorum paupertatis demonstrationem. Plura alia his addici possent, quæ nos latius in *Tractatu Paupertatis* addidimus.

## CAPUT QUARTUM.

### De communi refectioe.

#### TEXTVS.

De commu. Re-  
fect. Aug.  
c. 8. R. G.  
Bined. c.

39. 40. &  
41.

Facchoon  
in Regul.  
sibi ab An-  
gelo tra-  
dita num.  
51. usque  
ad 18.  
& Reg. so-  
licitat. 3. p.  
consul. c. 1.  
n. 5.  
Regul.  
monachor

**I**ta tamen, quod in communi Refectorio ea, quæ vobis erogata fuerint, communiter aliquam lectionem sacra scriptura audiendo, ubi commode poterit observari, sumatis. Nec liceat alicui Fratrum (nisi de licentia Prioris, qui pro tempore fuerit) deputatum sibi locum mutare, vel cum alio permutare.

#### GLOSSA IV.

**H**æc Regula pars, sive articulus uno contextu eum præcedenti legendus est; illi enim annexitur, & jungitur: & ita ejus interpretatio ex antecedenti, ut vidimus, singulos Fratres singulas habere cellulas præceptum etat: hæc tamen distincta cellularum habitatio ita statuitur, ut ad commune Refectorium omnes simul convenire debeantur. Unde verba posita in initio hujus capituli, scilicet, *Ita tamen, quod in communi Refectorio, usque sumatis,* legenda sunt per modum Parenthesis: & suble-

quentia verba, nempe, *Nec liceat alicui Fratrum &c.* continuanda sunt cum ultimis verbis præteriti capituli. Et sic sensus utriusque capituli erit, quod Religiosi, sicut per assensum Prioris eis fuerint cellulae assignatae, singulariter separatim inhabitent cellulas: (ita tamen, quod in communi refectorio omnes jungantur:) nec alicui liceat (sine ejusdem Prioris placito) deputatam sibi mutare vel permutare mansionem. Quo præmissis fundamentis, ad majorem hujus Capituli explanationem accedamus.

*Ita tamen, quod in communi Refectorio, ea, quæ vobis erogata fuerint, communiter sumatis.* Olim in Regula

c. 2. Mo-  
nachor.  
c. 35.  
Statut.  
Carthi.  
c. 9. Dil-  
lio. in  
mensa  
concordat  
Aug. 4. l.  
& Bernar.  
c. 38.  
Basil. in  
brevier.  
Reg. 180.  
& Reg.  
faciet.  
ut sup.  
Reg. Mo-  
nachor.  
rum. c. 37.

Plura S.  
PP. affe-  
ta hoc  
confir-  
mantia  
produ-  
cunt h  
loco n  
Franci  
in suis

Regula Alberti communis mensa Anachoretis nostris omnino erat interdicta, ut patet ex illis verbis: ita tamen, ut in deputatis cellis singuli maneat, & ex his, quae sibi distributa fuerint, singulariter vivant. INNOCENTIVS vero praecipiens in commoda, quae in futurum ex hac tam singulari vita possent oriri, vel forte quia jam Fratres tam arctam vitae eremiticae semitam, tepescente spiritus fervore, perficere non sufficiebant, praedictis verbis commune refectorium indixit. Quibus tria praecipue commendantur.

Triaprae-  
ferim  
hic Re-  
gulae tex-  
tus ob-  
servanda  
proponit

Primum, ne quis aliquid extra Refectorium comeda: sed id tantum fiat in Refectorio communi Monasterij omnibus ad id deputato. Secundum, quod omnes simul tempore comestionis conveniant: id enim exprimitur illo verbo (communiter.) Nam non solum dicit, ut in communi Refectorio cibaria sumantur: sed insuper consulto additur (communiter,) ut denotetur communis omnium & simultanea mensa. Tertium, quod in Refectorio peculiaris cibus extra id, quod communiter omnibus erogatur, a nemine vel sumatur vel postuletur: quod colligitur ex illis verbis: Ea qua vobis erogata fuerint, communiter sumatis. Quae tria communem mensam constituunt: ad quam maxime spectat, ut omnes simul illic assistant, & eidem & communibus reficiantur cibus. Quae omnia, quia non parum ad communem vitam, & ex consequenti ad perfectam Religionis observantiam conducunt, Patrum testimonij, & ratione ipsa confirmanda & ornanda erunt.

Primum, ne quis Religiosorum aliquid extra Refectorium comedit, praecipitur in quodam decreto Oxoniensis Concilij numero 45. ubi sic decernitur: Quoniam inter alia vitia, in apertis gula viros Religiosos praecipue non mediocriter infestat: decernimus, ut nec Monachi, nec Canonici Regulares, nisi statuta locis (scilicet in Refectorio) & horu comedant aut bibant. Et insuper addit: Si quis vero striverit, impetrata licentia, Refectorium regulariter intret, ut sic necessitati subveniat. Idem docent Cassianus lib. 4. instit. c. 18. summa diligentia servari apud Aegypti Monachos: Antequam (inquit) vel postquam legitimam refectioem percipiant, summa cautione servatur, ne extra mensam quicquam cibi penitus ori suo quisquam indulgere praesumat: ut incenditibus per horros & pomaria cum passim blandique per arbores poma pendentia, non solum se objiciant peccatoribus transeuntium, verum etiam strata per terram concolcanda pedibus se offerant, sacrilegium ducatur, non solum quicquam ex eis degustare, verum etiam manu contingere, absque eo, quod palam conditis in communi se reficientibus exhibetur. Idem quoque Cassianus Cap. 16. ejusdem libri inter monachos illos, extra ordinariam ac furtivam cibi refectioem plagis emendari, & purgari testatur.

Quae SS.  
PP. testi-  
monij  
confir-  
mantur.

Unde inter alia, quae monachus ad perfectionem festinans, observare debet, illud potissimum hic sanctus commendat, ut non potus quicquam, non elus voluptate devictus, ante stationem legitimam communemque refectioem horam, extra mensam percipere sibi meritorius indulgeat: sed, nec refectioem transacta, ex his praesumere sibi quantumcumque permittat. Huic observationi Sanctus etiam Benedictus in sua Regula Cap. 43. subscripsit, dum praecipit, ne quisquam praesumat, ante statutam horam vel postea quicquam cibi vel potus percipere. Recte igitur nostra Regula, Patrum sanctionibus adhaerens, statuit, ut

Plura SS.  
PP. affecta  
hoc confir-  
mantia  
produ-  
cunt hoc  
loco nos-  
trae  
in suis

in communi refectorio ea, quae Religiosis erogata fuerint, sumantur. Quod insuper & Constitutionibus Ordinis roboratum, & confirmatum, in prima earum parte, capite quinto reperies.

comment.  
pag. 451.  
& seqq. &  
Emma-  
nel dis-  
cur. 85.

Secundum vero, quod omnes tempore comestionis conveniant, ita, ut nullus a communi mensa, & refectioem deficiat: & insuper, quod peculiaris portio, sive ferculum praeter id, quod omnibus erogatur, nemini sit conferenda, ratio vitae communis id maxime postulare videtur. Nam vitae communis aequalitas potissimum in communi mensa relucet, quae minime servari poterit, si plures diversis locis sternantur mensae, ac proinde non simul eodemque loco religiosi reficiantur. Quare magna est in monasterijs abusus, gravisque & non contemnenda transgressio, si plures parvae mensae parentur, aut alij, quam communibus, in eadem cibus quis reficiatur. Per haec enim destruitur & corrumpitur, aut certe magna ex parte debilitatur praecipuum Religionis fundamentum, in communi vita consistens. Et ideo hanc communem, & aequalem vitam, omnes Religionum fundatores passim clamant, dicentes: Sint vobis omnia communia. Communia autem esse non possunt, quae divisa, & propria facta sunt, ac non aequae omnibus impertuntur. Ex quo & innumera mala, plus quam dici queat, in Religionibus retulunt.

Vid. an-  
notat. in  
hunc reg-  
textum  
nost. An-  
tonij loco  
supra cit.  
num. 306  
& seqq. &  
Joan. a  
JESU  
MARIA  
Cap. 12.  
discipl.  
monastica

In primis enim, ex eo, quod non omnes simul conveniant, magna praebet Religiosis occasio, ut aliis a communitate urantur ferculis, & ea avide procurantes, proprietarij tandem evadant. Similiter monasteriorum ministri his partialibus ac distinctis mensis valde gravantur. Fit etiam, & non raro, ut abstinentiae quoque termini facile contemnantur, ac silentium in Refectorio, & aliae Religionum a Majoribus inductae consuetudines relaxentur: & denique ex privatis & separatis Religiosorum refectioibus multa & magna ac periculosa vitia oriantur, ut recte annotavit Cassianus de reformatione claustr. articulo 18. his verbis: Inurgitatio sive loquacitas, dissolutio, saturitas, delictatio sensualis, consolatio carnalis, ex quibus sequitur concupiscentia, & inflammatio corporis, fastidium divinorum, somnolentia, scurrilitas, levitas, perditio temporis, infructuosa atque inderosa & negligens divini operis persolutio.

Ob dicta incommoda (et si quae sunt alia, & erunt non pauca) iam sacra concilia, quam Religionum Patres has peculiare mentas, & privilegias ac singulares portiones in suis monasterijs detestantur, & communem refectioem distictae praecipiant. In primis, vetus quoddam Concilium Coloniense, titulo de monachis, & eorum conversione & vita, sic ait: Statuimus, quod omnes monachi in communi refectorio comedant, nisi infirmitas vel alia legitima causa excuset. Idem habetur in Concilio Moguntino, anno Domini 815. celebrato, Cap. 9. cujus titulus est: De regulari observantia Canonico-rum. Simul (inquit) manducant & dormiant: ubi his id faciendi facultas suppetur. Et Concilium Oxoniense numero 48. circa Canonico-rum Regulatum Refectorium commune sic statuit: Et in uno Refectorio simul edent, nec per se cuilibet, sed communiter omnibus visualia preparantur, & numero 42. p. dixit: Omnem singularitatem interdictimus in refectorio, ut cibus aliter uni, quam alteri preparetur: sed qui praestitit videat, ut scilicet interdum alia preparentur, de quibus aliorum debilitas vel infirmitas valeat relevari. Hoc etiam admonet Concilium Cameracense, titulo

comment.  
pag. 451.  
& seqq. &  
Emma-  
nel dis-  
cur. 85.

...a Jesu  
... Spirit.  
... II  
... III  
... 2-6



*Titulo de monasteriis Cap. 3. & 4. his verbis: Quia mensa communio charitatis unionem designat, & à patribus antiquis statutum observatumque fuit in benedicti cenobio, ut omnes eodem loco cibum simul caperent, statuit sancta Synodus, ut superiores severè prohibeant privatas cenas, coganturque omnes, qui legitime non fuerint impediti, ad unum convenire Refectorium, communis Refectionis gratia. Et denique Synodus Provincialis Hydruntina, titulo de monasteriis, capitulo 4. id quoque decrevit: Privata, inquit, mensa prohibeantur, coganturque superiores omnes, qui legitime non fuerint impediti, ad unum convenire Refectorium, in eodem loco, eademque mensa cibum capere: cum mensa communio charitatis unionem designet.*

Præterea S. Joannes Chryllostomus, homilia 58. ad populum, sui temporis monachos his & aliis verbis commendat: *Una (inquit) mensa & ministerium suscipientibus, & exhibentibus, eadem secula, eadem indumenta, habitacula eadem, eadem vita. &c.* Hanc verò communem mensam in suis monasteriis servandam supponit Divus Augustinus, cum in sua Regula, cap. 8. ait: *Dum accedis ad mensam, &c.* Idem evidenter colligitur ex Cassiano libro 4. Cap. 18. superius relato. Basilios quoque in regulis brevioribus, interrogazione 136. maximo rigore præcipit communem refectorem. Inquit enim prædicta interrogazione hoc modo: *Num necesse est omnes hora prandij congregari? & eum, qui reliquerit, ac post prandium venerit, quomodo tractabimus?* Respondet idem Basilios: *Si, cum venire potuisset, non festinavit, veluti qui negligentia crimen incurrit, impransus maneat usque ad horam constitutam sequentis diei.* Hæc Basilios. Qui etiam interrogazione 131. valde eos reprehendit, qui cibos Communitatis, quibus ceteri monachi refici solent, stomachantur, ac fastidiunt, & alios delicatiores quærunt.

Advertendum, quanto perere Religionis, legislatoris inculcent ac cellum omnium ad communem mensam, & qualiter sint puniendi in hoc negligentes.

Accedat denique Archipater Monachorum Benedictus, qui cap. 43. sua Regula ita circa commune refectorium scriptum reliquit: *Ad horam vero refectiois, qui ante versum non occurrerit, ut simul omnes dicant versum, & orent, & sub uno omnes accedant ad mensam: qui per negligentiam suam aut vitium non occurrerit usque ad secundam vicem, pro hoc corripatur: si devoto non emendaverit, non admittatur ad mensam communis participationem: sed sequestratus à consortio ceterorum, reficiatur solus sublata ei portione vini, usque ad emendationem.* Idem etiam supplicium contra dilcedentes à communi mensa ante gratiarum actionem eodem capite decrevit.

In hac tamen communis refectiois regula nolumus legitime impeditos, aut infirmitate oppressos comprehendere: nam & illi occupatione legitima à communi refectiois hora excusantur; his verò propter aegritudinem, neque ad communem mensam accedere, neque eisdem cum alijs uti cibis permissum est. De his nec Concilia, nec Patres loquuntur: imò expresse eos à prædicta generali Regula excipiunt. Unde Basilios dicta interrogazione 139. *Eos (ait) qui, ob aegritudinem aliquam, vel aliam necessitatem, alijs cibis utuntur, & scriptura sacra, in qua legitur Act. 4. distribuatur unicuique prout opus habebat, salvat.* Videndi etiam etiam idem Basilios dicta interrogazione 131. Benedictus Cap. 34 & 37. sua Regula, Augustinus Cap. 8. sua Regula. Qui omnes nuper adducto scripturæ testimonio, ita volunt in suis monasteriis omnia esse communia, ut tamen unicuique juxta propriam necessitatem & indigentiam, distributio fiat; quod & in nostra Regula, eadem cautione, infra Cap. de non habendo proprium, commendatur.

Unde eos tantum communis mensæ obser-

vatores esse Patres voluerunt, quinec obedientia tunc sint occupati, nec morbo aliquo gravati. Contra hos enim, qui optima corporis valetudine præstant, si alia, præter communia condimenta, requirant; aut communia, quia vilia vel foetida palato insipida, rejiciant; aut ob aliam rationem de appositis cibis murmurent aut contumeliantur, vanda-

acriter sancto Religionis zelo & fervore præfati Patres insurgunt. Divus Basilios, ut supra interrogazione 132: *Qui dicit (ait) nocet mihi hoc, & contristatur, si aliud datum non fuerit, quid est? Responso apparet, quod non novit dilectionem ejus, cui omnium, & ipsius cura commissa est. In summa autem, neque de nocente, neque de adjuvante cibo aliquis sibi ipsi probationem permittere debet, sed præalato ad probandum quod unicuique utile est, qui principaliter utilitatem animæ requirit: atque ita secundaria ratione, ea, quæ ad corporis usum necessarium pertinent, dispensat.* Eximie dicitur interrogazione 133. addit: *Si verò murmuraverit propter cibum? Respondeo: Judicium eorum, qui in desiderio murmuraverunt, habet. Dicit enim Apostolus: Nolite murmurare, quemadmodum quidam illorum murmuraverunt, & interempti sunt ab exterminatore. Quibus accedit Bernardus, qui Serm. 30. in Cantica prope finem, molles ac delicatos monachos his verbis capit: *Qui voluerit (inquit) animam suam salvam facere, perdet eam. Quid hic vos dicit, observatores ciborum, morum neglectiores? Hippocrates & sequentes ejus docent, animas suas salvas facere in hoc mundo: Christus & ejus discipuli, perdere. Quemnam vos è duobus sequi magistrum eligitis? At manifestum se facit, qui sic disputat: hoc oculis, hoc capiti, & illud peccatori, vel stomacho nocet. Professio quod unusquisque à suo Magistro didicit, hoc in mundum profert: Caro & sanguis revelavit tibi hanc sapientiam, non spiritus Patris.**

Et infra: Epicurus atque Hippocrates, corporis alter voluptatem, alter bonam habitudinem præferit: meum magister (nempe Christus) utriusque res contemprum prædicat. Et paucis interjectis, addit: *Quid verò prodest temperare à voluptatibus, & investigandis divitiarum complexione, ciborumque varietatibus exquirendis, quorundiam expendere curam? Legumina (inquit) ventosa sunt: Causæ stomachum gravat: lac capiti nocet: potum aqua non sustinet peccus: caules nutrium melancholiam: choleram porri accendunt: pisces de Regno, aut de luto aqua meæ penitus complexionem non congruunt. Quale est hoc, ut in totis fluvijis, agris, hortis, cellatiive repetiri vix possit, quod comedas? Puta te, queso, monachum esse, non medicum: nec de complexionem judicandum, sed de professione: parce obsecro primum quieti tua: parce deinde labori ministrantium: parce gravamini domus; scandalizatum enim in tua singularitate frater, judicans te superstitiosum, tanquam superflua quærentem; aut certe me durum causans, qui non perquiram victui tuo necessaria. Frustra sibi quidam blandiuntur de exemplo Pauli, hortantis discipulum non bibere aquam, sed modo dico uti vino, propter stomachum, & frequentes suas infirmitates. Qui attendere debet primum quidem, Apostolum minime sibi ipsi rem istiusmodi suaderi: sed nec discipulum æque exposcere sibi. Deinde non Moraxo hoc intimari, sed Episcopo, cujus vita tenera adhuc & pernascenti Ecclesie pernecessaria erat. Da mihi alterum Timotheum, & ego cibabo eum (si vis) etiam auro, & potabo balsamo. Ceterum tu tibi ipsi dispelas, miserus tui: suspecta est mihi frater, tui ipsius in re dispensatio, & vereor tibi illud, sub regimine*

&c

& nomine discretionis, à carnis prudentia. Quibus Bernardus optime, ut solet, monachorum delicatiorum mores depinxit. Sed quod in majorem admirationem trahit, illud est, quòd Patres tantam voluerint hujus communis mensæ in suis monasterijs haberi rationem, ut non obscure indicaverint, ad infirmos & valedudinarios fratres suo modo extendendam fore, sicut in eo sensu, ut ipsi nihil de cibis sibi necessarijs solliciti sint, neque extraordinaria condimenta plus, quàm status paupertatis exigit, anxie sibi procurant. Quod clarè colligitur ex Divo Bernardo, ex ultimis verbis nuper adductis; claris tamen monet id epistola 327. ad Fratres de Sancto Anastasio. Quod ex Basilio & alijs infra à nobis adducendis in Capitulo 12. manifestus fiet.

Et denique his omnibus de communi mensa allatis tandem accedat, prædicta omnia de communi mensa districtè in nostris Constitutionibus præcipi, & districtius forsitan à Prælati & subditijs cum DEL adjurorio observari. Quòd omnes ad Refectorium simul accedant, libro 1. cap. 5. Constitutionum cavetur. Alteram verò, quòd aliquid singulare nemini (etiam Generali) apponatur, eodem Cap. numero 1. & 3. summo rigore decernitur. E denique, quòd extra Refectorium nihil cibi vel potus assumatur, eodem quoque cap. admonemur.

Priusquam ulterius progrediamur, juvat seraphicæ M. TERESIÆ cæthica documenta, quæ suis tradidit alomais, hic subjongete, per que supraddicta confirmari videntur. Non nisi, inquit, horis solitis & statutis edito ac bibico, ac tunc quoque Domino singulariter gratias ages. Nunquam de cibo, sive ut bene, sive male coctus sit, conquereris, JESU Christi sel & acetur recogitando. In mensa neminem alloquaris, neque oculos ad aliquem alium aspiciendam attallas: sed considerabu mensam castem, ejusque cibum, qui est DEUS Opt. Max. nec non munitos, qui sunt Angeli, ad illam mensam oculos sustolle, ad illi aspiciendum & accumbendum anhelans.

Aliquam lectionem sacra scriptura audiendo. Antiquissimus est Religioni mos, reficientibus se Fratibus sacras aliquas, aut devotas lectiones in Refectorijs recitari, quem morem non de Ægyptiorum typo, sed ex Cappadocum Monachorum instituto dimanasse, docet Cassianus lib. 4. institutionum cap. 17. Hanc verò lectionem, cum ob spiritualem animæ refectioem, tum (idque præcipue) ob compescendam superfluitatem, otiosamque inter edendum confabulationem, à Patribus fuisse statutam, ibid. Cassianus tradit. Quod autem ob duos prædictos fines sit lectionis inter edendum introductus usus, ex Concilij, & Patribus comprobabitur. Primò synodus Hydruntina titulo de monasterijs capitulo 4. Servato (inquit) silentio, in communi mensa sacra lectio adhibeatur, us una cum corpore sumat quoque mensa cibum. Et infra: nulli sermones irrilevi si immisceantur, & B. Benedicte in Regulæ 38. Mensis (ait) Fratrum edoniam lectio dresse non debet. Summum silentium fiat ad mensam, ut nullus nisi ratio vel vox, nisi solus legentis, ibi audiat. Hieronymus, de vitginitate servanda, Unaquaque (ait) Monachorum decuria cum suo parente pergit ad mensam: nullus ibi in cibo strepitus est, nemo comedens loquitur. Et D. Augustinus in sua Regulæ cap. 8. Cum acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quòd vobis se laudem consuetudinem legitur sine tumultu, & conturbationibus audite: ne sola vobis fauces cibum sumans, sed & aures esuriant verbum DEL.

Cassianus, ubi supra, Apud Ægyptios (ait)

tantum silentium exhibetur, ut cum in unum tanta numerositas Fratrum refectioem obtentu confederit, nullus nec mutare quidem audeat præter eum, qui suæ Decaniæ præest. Tantaque silentij hujus disciplina servatur, ut, cucullis ultra oculos palpebras demissis, nihil amplius intueantur, quàm mensam & appositos cibos, ut quemadmodum, vel quantum se reficiat alius, nullus invicem noceat. Ob quæ Innocentius III. Cap. Cum ad monasterium, de statuta Monachorum præcipit, in Refectorio semper silentium observari. Silentij etiam apud Elnicos tanta observantia fuit, ut Persarum, ac Medorum, atque Chaldeorum Regna (ut Origenes refert libro 3. in Job, Tomo 2.) & gentes omnes, pariter pusilli & magni, cum manducaverint, non loquantur, cum biberint, non sermonecinentur, maximam notam irrationabilitatis hanc esse æstimantes, si manducans quis loquatur, vel bibens concionetur. Idcirco in ecclesijs ac potibus os non aperitur ad loquendam, neque qui ministrat, neque quibus ministratur: sed nuribus omnibus ministrantibus præcipiunt, hanc consuetudinem pro mandato à prioribus accipientes, & velut legem hanc cum sollicitudine observantes: & qui hanc violaverit, tanquam maxima transgrediens jura torquetur.

Hujus præterea in mensa lectionis D. Basilius in Regula brevioribus meminit, dum interrogatione 180. querit. Quæ animi attentione, & affectione ea debemus audire, quæ ad mensam accubantibus nobis legitur? respondet, Majori multò cum delectatione, quam cum quantæ, aut edimus, aut bibimus. Idque, ut appareat, mentem nequaquam distrahi ad corporis voluptatem, sed majorem se in modum in verbis Domini oblectare. Quod ille faciebat, qui dixit, Dulciora super mil & farum. Quibus omnibus Conc. Tolet. tertium, ut refertur d. 44. Cap. pro reverentia, merito adjungi potest: ubi de sacerdotali convivio agens, sic ait: In convivio sacerdotali, divinarum scripturarum lectio seroper habeatur: primò, ut non solum homo exterior, sed etiam interior, DEL verbo pascatur. Secundo, ut anima divina lectioni intenta à delectatione ciborum utcumque trahatur. Tertio, ut nociva verba & contentiosa, quæ in convivij oriri solent, evitentur. Quibus Concilium breviter explicuit rationes, ob quas à Patribus inter edendum lectio sacra est introducta.

Sed antequam ab hac communi mensa discedamus, non erit abs re, nostri Ordinis laudabilem, ne dicam, necessariam consuetudinem, referre ac commendare simul. Præcipitur enim 1. p. Constit. cap. 5. in si, ut post prandium, cenamve, aut collationem, omnes Fratres in aliquem communem locum convenientes, ibi per unam horam de rebus spiritibus: sive honestis confabulentur. Hæc autem confabulatio, sive animi quies, aut recreatio, ut facilius diuturni Ordinis labores sufferantur, ab initio reformationis statuta est. Nam sicut homo corporali quere ad corporis sustentationem indiget (continè enim laborare nemo potest: Ita etiam (ut eleganter monet D. Thom. 2. 2. q. 168. ar. 2.) ex parte animæ, cujus operationes etiam laboriosæ sunt (præcipue si contemplationi vacet) aliqua quere uti necesse. Adducitque D. Tho. in hujus confirmationem illud, quod in Colationibus Patrum legitur de B. Joanne Evangelista, qui, cum quidam scandalizarentur, videntes, cum cum discipulis ledere, mandasse ferri uni eorum, qui arcum ferebat, ut sagittam mitteret: quod cum pluries fecisset, quæ vivit, ut idem hoc continè face-

Vid. nosse  
Emmanuelem  
discurs.  
88. &  
Francisc.  
comment.  
pag. 155  
& seqq.

Com. Telet.  
cap. pro  
reverentia  
d. 44

edientia  
gravari.  
Dedit  
mensa, in  
ore suo  
rationem  
stetur, vau  
præfati  
terroga  
viri  
do appo  
on, & ip  
e de ne  
probatu  
am quod  
in anima  
id corpo  
in me  
murari.  
qui in  
Aposto  
lam illi  
xerim  
m. 30. in  
nocho  
m suam  
el ser  
se  
in hoc  
emnam  
estum se  
illud pe  
is que à  
aro &  
itu Pa  
is alter  
: mori  
mprim  
d verò  
ligan  
imque  
ndere  
Cæcus  
aqua  
ncho  
gno,  
i non  
agiti,  
ome  
medi  
ed de  
ituz:  
rava  
ulari  
quam  
cau  
Fru  
Pauli,  
mo  
entes  
nim  
thul  
cere  
el E  
enti  
Ti  
oro,  
dis  
sus  
ine  
&

LESU  
Spiri.  
II  
VII  
2-6

te posset. Respondit, quod si hoc continuè faceret, arcus frangeretur. Cui B. Joannes sobintuli: similiter anima hominis frangitur, si nunquam à sua intentione relaxetur. Hæc autem animi relaxatio dicitur *jucunditas*, sive *Eutrapelia*, quæ est virtus consistens in dictis vel factis ludicris, in quibus tantum queritur delectatio animalis, eo tamen fine & intentione, ut postmodum strenuè & viriliter ad spiritualia rediri possit.

Hunc etiam esse antiquorum monachorum morem, facit in primis ex D. Hieron. ad Eustochium colliges: ubi de monachis sui temporis, postquam de eorum prandendi modo scripsit, sic ait: Hinc confurgunt, (nempe à mensa) patiter, & hymno dicto, ad præsepia redeunt: ibi usque ad vesperam cum suis unusquisque loquitur, & dicunt: Vidistis illum & illum, quanta in ipso sit gratia? quantum silentium? quam moderatus incessus? Si infimum viderint, consolantur: si in DEI amore ferventem, cohortantur ad studium, &c.

Præterea Cassianus *Collat. 24. Cap. 20.* loquens de remissione in abstinentia, & jejuniis, quam Eremitæ in hospitium adventu charitatis causa servare consueverant, sic inquit: *Licet mollis sit vobis, ac fugienda hæc remissio videatur: tamen quàm sit utilis ac salubris, tam corpori, quàm spiritui vestro, patienter attendite. Sape accidit, (non dicam Novitiis, & infirmis, sed etiam expertissimis, atque perfectis,) ut nisi mentis eorum directio atque censura quibusdam mollitia fuerit vicissitudinum laxamentis: aut in tempore spiritus, aut certè in perniciosam corporis valetudinem collabatur.*

Et infra, hujus interdum necessariæ remissionis causam reddit: *Primum (ait,) quia provocat nos avidius semper solitudinis desiderare secreta: nam quodammodo cursum nostrum, dum interpolare creditur, infatigabilem jugemque conservat. Qui, si nullo interdum obice tardaretur, usque ad finem contendere indefessa pernicitate non posset.* Hæc Cassianus.

Cujus sententiæ fundamentum maximè pensandum est: ex eo enim clarè colligitur, nostras interdum remissiones, si debite assumantur, ad spiritus profectum maximè conducere. Nam, ut optime Seneca *lib. 1. de tranquillitate prope finem*; Nec in eadem intentione æqualiter reinenda mens est. Et infra: Danda est remissio animis: meliores acrioresque requiem surgent. Ut fertilibus agris non est semper imperandum: citò enim exhaustet illos nunquam intermissa fecunditas: ita animorum impetus assiduus labor frangit: vires recipient paululum resoluti, & remissi. Nascitur ex assiduitate laborum animorum hebetatio quædam & languor. Legum conditores festos instituerunt dies, ut ad hilaritatem homines publicè cogentur: tanquam necessarium laboribus interponentes temperamentum. Et infra: Indulgendum est animo, dandumque subinde orium, quod alimentum ac virtutum loco sit. Hactenus Seneca.

Hæc tamen ideo adducta sunt, quia aliqui, fortè sancto & laudabili Religionis zelo, hanc animi post communem mensam relaxationem, quam

nos Recreationem vocamus, è medio tollere, tanquam omnino spiritum extinguentem, non parum conati sunt. Quorum in hac re judicium non alienum à veritate videretur, si in his recreationibus notabilis aliquis excessus, ut puta, si verba nociva, si iræ, nugæ, contentiones, vel saltem verba omnino otiosa interverirent: aut si aliæ animi gravitas vel religiosa modestia totaliter resolverentur: vel saltem, si secundum decentiam nostræ professionis & status, aliæ circumstantiæ vel temporis vel loci non adessen. Ob quæ S. Tho. ubi supra, virtutem *jucunditatis* sive *Eutrapelias*, in vitium verti meritò affirmat. In hoc enim casu similis animi remissio non parum esset Religioni nociva. Nam, ut refert Thalesius in *lib. institut.* inter alia, de quibus Christus Dominus apud quendam virum perfectum, de suis amicis querebatur, illud etiam erat, quod simul congregati de rebus vanis vanillimè loquerentur, nec de suo nomine ullam mentionem facerent. Quare Christus Dominus (teste Ludov. Blot. in *spirituali morali*, Cap. 8.) præscribens B. Birgitæ ac familiæ ejus quasi regulam quandam vivendi modum, concedit, ut post horas silentio, orationi, & alijs spiritualibus exercitiis deputatas, liberè inter se colloquantur, de honestis tamen, minimeque DEO contrariis rebus. Imò eidem Birgitæ beatissima virgo MARIA in spiritu dixit, Amicos DEI posse quandoque, seu certo diei tempore consolationem externam recipere, verba tamen edificatoria profertendo, & honestè moderateque se recreando, ad honorem, & laudem DEI. Si enim pugnis semper tenetur clausus, contrahuntur nervi, & manus debilitantur. Idcirco moderata læticia propter carnis infirmitatem placeat DEO.

*Ubi commodè poterit observari.* Hæc verba non adlectionem Scripturæ referenda sunt: sed potius ad id, quod jam dictum est, nempe, quod in communi Refectorio omnes conveniant: (*ubi commodè id poterit observari.*) Quod ideo additum est, quia, cum cellulæ aliquæ à communi Refectorio distarent, fortè ob temporis importunitatem & injuriam, aut ob alias justas causas, non ita facilis Fratibus hora solita ad Refectionem accessus coningeret: & ideo ponitur, (*ubi commodè poterit observari.*) Similia verba invenies, quocirca Regula præcipit, ut omnes simul conveniant.

*Nec liceat alicui Fratrum, nisi de licentia Prioris &c.* Hoc intelligendum non est de loco Refectorij, sed potius de cellula unicuique designata: ut in principio hujus capituli adnotavimus. Nam cum ex *Cap. præcedenti* constat, Priorem unicuique propriam cellulam assignare debere: hoc caput, quod præcedenti annexitur, de hac loci seu cellulæ mutatione apertissimè loquitur procul dubio.

## CAPUT QUINTUM.

De situ cellulae Prioris, & de ejus gubernatione circa res  
Monasterij.

## TEXTVS.

**C**ellula Prioris sit juxta introitum loci, ut venientibus ad eundem locum primus occur-  
rat: & de arbitrio, & dispositione ipsius postmodum qua agenda sunt cuncta proce-  
dant.

## GLOSSA V.

**I**n duobus Capitibus precedentibus actum est  
in Regula de situ & forma monasterij, de cellis  
Fratrum, & qualiter unicuique assignanda sit: in  
hoc Cap. in prima ejus parte de cellula Prioris Re-  
gula tractat, & decernit, eam juxta vestibulum  
Monasterij constituendam esse. In secunda vero  
parte, quasi constituto, & diviso jam Monasterio,  
& cellulis ad habitationem, tam Priori, quam  
Fratribus deputatis: incipit jam de regimine mo-  
nasterij, & de iis, quae in eo observanda sunt, de-  
terminare: ut patet ex illis verbis, *De arbitrio &  
dispositione ipsius, qua agenda sunt, cuncta proce-  
dant.*

*Cellula Prioris sit juxta introitum loci &c.* Cir-  
ca hanc primam capituli partem duo te offerunt  
potissimum consideranda. Primum est, cellulam  
Prioris juxta Introitum loci eo sine praecipue eri-  
gendam decerni, ut Prior secularibus ad eremum  
domus accedentibus primus occurrat: & ipse so-  
lus cum illis res & negotia tractet: ne cuilibet ad-  
venienti facilis ad Fratres pateat accessus, praeca-  
vens in hoc, ne Fratres ad contemplationis quiete,  
& a dulci orationis somno turbentur. Solent enim  
saepissime advenientes hospites tumores varios &  
novitates perferre: & sic mundum ipsum in mo-  
nasterium utrumque inducunt, Religiososque cogunt,  
aut certe invitanti, ut rerum mundanarum,  
quas oblivioni tradiderant, de novo recordentur, &  
eorum menti imprimantur, quibus spectibus eorum  
animi depicti & informati, orationis fervorem  
devotionemque facile remittunt.

Quare sanctus Benedictus in sua Regula  
caute praecipit, ne hospites novatum rerum nuntia  
in monasterium referant. *Cap. enim 67. sua Regula*  
sic ait: *Nec praesumat quisque alij referre, quae-  
cumque foris monasterium viderit, aut audierit,  
quia plurima destructio est: quod si quis praesumpserit,  
vindicta Regulari subiaceat.* Quod & in veteri  
*Pachomij Regula*, ei ab Angelo tradita *num. 48.*  
decernitur: *Cavendum est aatem, ne quis de domo in  
agrum, nec de monasterio in monasterium. Et num. 49.*  
*Si quis ambulaverit in via, vel navigaverit, non loquatur  
in monasterio, quae ibi geri viderit.* Hae Pachomius,  
sive pontius Angelus Pachomio tradidit. Et forte  
ob hanc rationem, in admitendis his extraneorum  
sive saecularium hominum congressibus aut confabulationibus magnam adhiberi a monachis  
cautionem, Basilus voluit, ut late prosequitur  
ipsum Constitutionibus monasticis, *Cap. 6.*

*Item. à Jesu Oper. Tom. I.*

Secundò certum est, Praelatum non constitui à  
Regula domus janitorum tantum enim praecipit,  
quod ejus cellula sit juxta introitum eremi. Et forte  
ideo non dixit juxta januam Monasterij, quia  
tunc cum Religiosorum habitacula per eremum  
dispersa essent, non erant aliqua saepe conclusa  
sicut & modò coningit in Camaldulensium eremo.  
Quare facit saeculares illas cellulas, quae juxta  
primum introitum erectae erant, adire poterant &  
ob id decernit Regula, ut ea, quae Prioris est, in primo  
loco construatur. Ex quo etiam inferre licet,  
cum nostratum domorum jam nunc diversa sit  
forma & dispositio, non teneri Priorem suam  
habitationem juxta Monasterij ingressum habere.

*Et de arbitrio, & dispositione ipsius postmodum,  
qua agenda sunt, cuncta procedant.* Statuit jam ab hoc  
loco de Prioris potestate, praecipitque, ut omnis  
Monasterij dispositio & gubernatio Priori relin-  
quatur, ita, ut omnia ejus voluntate & judicio de-  
cernantur & fiant.

Circa hanc Regulae partem oportet examinare,  
an omnia monasterij negotia tantum Prioris ar-  
bitrio & consensu peragenda sint, an vero in ali-  
quibus spectandis fratrum, vel saltem  
majoris partis Capituli consensus? In qua dubita-  
tione pro parte affirmativa, nempe, voluntatem  
Prioris solum sufficere, expressè militant Regulae  
verba nuper adducta. Auctoritas igitur Prioris so-  
la sufficit. Nec difficultatem evadet, si quis dicat, in  
nostra Religione praedictam Prioris potestatem  
Constitutionibus nostris restrictam ac limitatam  
esse: caveatur enim in 2. parte earum *cap. 5. & 8.* ne  
Prior circa bona Conventus, neque circa alia  
majoris ponderis, disponat absque interventu &  
voto trium Clavariorum, aut in defectu, vel dis-  
cordia istorum sine majoris partis Capituli assen-  
su. Nam nulla Constitutio fieri potest Regulae  
contraria: ut praecipitur in Bullis Gregorij XIII. Sixti  
V. & Clementis VIII. Non igitur obstant consti-  
tutiones, quò minus Prior Conventualis plenaria  
potestate fungatur.

Secundò, quia de jure communi tota potestas  
gubernandi monasterium, tam quoad tempora-  
lia, quam quoad spiritualia, ad Priorem sive alium  
quemcumque immediatum Praelatum spectat. Ita  
expressè docetur in *Cap. Nullam 18. questione 2.*  
ubi Pelagius Papa scriptum reliquit: *De cetero  
universa, quae vel ad divini cultus reverentiam, vel  
utilitatem ejusdem Monasterij pertinent, Abbatis  
solicitudo (ad quem potestas tota pertinere con-  
venit) debet adimplere. Ex quo loco hanc partem*

Vv

effica-

De arbi-  
& cum  
obidiam.  
Prælati  
omnia in  
Monaste-  
rio pertra-  
genda esse,  
Benedicti.  
cap. 49.  
& 67. sua  
Reg. &  
concor.  
Cap. Nul-  
lam. 18.  
9. 2.

Vid. nost.  
Ano-  
nium loc.  
cit. in  
honore  
textum  
num. 314  
& seqq.

Legend.  
Com-  
ment.  
nost.  
Francisci  
in hac  
verba,  
qui plura  
obser-  
vanda  
docu-  
menta  
pag. 162.  
& seqq.  
circa hæc  
tractat.

Cap. Nul-  
lam 18.  
q. 2.

efficaciter probari, docet Navarrus d. Cap. nullam num. 4. & consilio 76. de Regularibus: à quo nullus Canonistarum dissen- tit.

In hac d. ab iatione primò certum est, jure communi auctore probabilis esse, Abbatem sive Priorem Monasterij per se solum hanc potestatem habere, & exercere posse: ita, ut ipse solus omnia ferè, tam quæ ad personas, quàm quæ ad res monasterij spectant, gubernet, & ordinet. Ita expresse habetur in dicto Cap. nullam. Dixi (ferè omnia) nam aliqua sunt, quæ, utpote nimis ardua, solus Prælatus absque consilio & consensu Conventus expedire non potest: qualis est alienatio bonorum Monasterij, quæ Capitali consensum prærequirit: alia verò sunt, quæ licet non consentum Capitali, ejus tamen consilium desiderant, ut optimè adno-

Cap. sine cessat. 12. consilio maiore adducit Cap. sine cessatione. 12. q. 2. 6. quest. 2. Cap. Noli de rebus eccles. non alienari. Cap. Noli de Novit. & Cap. Quanto, & Cap. Ea noscitur, de his, quæ sunt à Prælato.

Secundò certum est jure noviori, seu (ut alien. cap. clarius loquar) communi omnium ferè Religio- Novit. num consuetudine, teste Navarro dict. conf. 76. nu- & cap. mero 1. hanc Prælatorum potestatem maxima ex parte fuisse restrictam, ita, ut bonam partem eorum, quæ ad Conventus regimen spectant, teneantur facere Capitali, aut Consiliatorum, vel Discretorum consilio, sive consensu. Idque expresse in nostris Constitutionibus dicta 2. parte cap. 5. notatur. Caveat enim ibi, ut Prior ex consensu trium Consiliatorum quos nos Clavarios vocamus, ea, quæ ad regimen Conventus spectant ( præcipuè circa bonorum custodiam) expediat: & in casu, quo prædicti Clavarij dissentiant, teneatur Capitulum consulere, & majorem & sanio-rem partem sequi. Imò & ea, quæ ardua & majoris ponderis sunt, cum solis Clavarij determinare non potest: sed convocare tenetur omnes Patres, vel sanio-rem partem Conventus consulere, ut ibidem præcipitur.

Quare magni illi monachorum Patres Basilii ac Benedicti in suis monasterijs, Abbatibus, ut aliorum Fratrum requirant consilia, commendaverunt. Basilii enim in brevioribus question. 48. præcipit, ut Abbas seniores monasterij ad consilium ac considerationem de rebus communibus necessariò adhibeat, persuasus ab admonitione ejus, qui dixit, Cum consilijs omnia facio. Hæc Basilii. Et Benedicti in Cap. 3. sua Regule. Quoties aliqua (aut) præcipua agenda sunt in monasterio, Convocet Abbas omnem congregationem, & audiens consilium fratrum, tractet apud se prudenter, & quod utilius judicaverit, faciat. Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus, quia sæpe juncti DEUS revelat quod melius est. Et infra: Si qua verò minora agenda sunt, saniorum tantùm utatur consilio: sicut scriptum est: omnia fac cum consilio, & post factum non paenitebis. Ex hoc est quod in nostra Regula bis aut ter repetitur, quod Prior de assensu aliorum fratrum aliqua expediat. Nec est cur immoremur in investigandis utilitatibus, quæ ex multorum adhibito consilio sequuntur.

Tertiò constat, Prioris potestatem, etiam quantum ad electionem aliquorum officiorum monasterij, in nostra Religione esse coarctatam: nam Prior solus Superiorem & Clavarios constituere non potest: sed eorum electio vel ad Provinciale simul cum ipso, vel ad Conventum spectat. Alios verò Monasterij officiales ad nunquam creare

& amovere potest: ad hoc enim ejus jurisdictio diminuta non est. Pertinet etiam ad ipsum, utpote quod ad regimen Conventus spectat, ordinare ea officia designare, quæ administrationi tam domus, quàm Chori deserviunt. Et quamvis id Superiori (ne Prior multis gravetur) commissum sit: proprium tamen munus & jurisdictio Prioris est. De cujus arbitrio & dispositione, quæ ad optimam Monasterij administrationem conducunt, gerenda sunt.

Officia verò minora hebdomadibus singulis denuo religiosis injunguntur, vel injuncta confirmantur: & sic quolibet Sabbato Tabula communis legitur, qua imicuique illius hebdomada exercendum munus denunciat. Quæ majori ex parte tantum per septimanam in nostra Religione perdurant, ut nemo ab eis excusari ullo modo possit: idque valde usitatum fuit apud antiquos monachos. Nam ut auctor est Cassianus libro 4. institut. capitulo 19. Per cunctam Palestinam, & Mesopotamiam, & Cappadociam, & ceterorum Orientem singulis hebdomadibus vicissim fratres ad hæc officia sibi reddenda succedunt: ita, ut secundum Cœnobij multitudinem ministrorum quoque numerus deperitur. Et Hieronymus in Epistola de custodia virginitatis, de monachis sui temporis loquens, Per singulas (inquit) hebdomadas vicissim ministrant. Idque D. Bened. & sæpissimè in sua Regula monet: præcipuè Cap. 37. Fratres (inquit) sibi invicem serviant: & loquitur, ut ex sequentibus patet, de obsequio per septimanam durante. Hujus ministerij, per septimas vicissim inter Monachos impensu, rationem reddit D. Basilii serm. 4. ubi postquam docuit, hujusmodi munera & obsequia debere ab omnibus per hebdomadam circum exerceri, rationem assignans, inquit, Ut humilitatis merces communis sit, & non liceat alicui, ne in bono quidem suspicari congregacionem, & requiri ex æquo omnibus contingat: nam partim defatigari, partim verò quiescere, insensibilem laborem tacit.

Denique attenda nostra Regula, clarè etiam colligitur, Prioris potestatem esse restrictam, & limitatam, ita, ut ea, quæ graviora videntur, ex aliorum Fratrum consensu disponat. Idque ex eo præcipuè probatur, quia in duobus antecedentibus capitalis (nempe in secundo de receptione locorum, & in alio de cellis Fratrum,) Prioris facultas non extenditur sine Fratrum assensu, neque ad recipiendas domos, neque ad cellulas deputandas. Quæ ergo ratione credi potest, in hoc Cap. ita ampliam ei concessi facultatem, ut omnia ipse solus gubernet, solus tractet, aut solus perficiat. Ceterò limitanda sunt hujus Cap. verba per ea, quæ superius dicta sunt, nempe ut omnia, præcipuè si graviora sunt, Fratrum consilio disponat: & monasterij regimen exerceat, ut in nostris Constitutionibus decernitur. In qua re etiam si Regula obitaret, sufficeret nostræ, & aliarum Religionum in contrarium communis, & recepta consuetudo, auctoritate Pontificum comprobata.

Neque obstant in contrarium adducta. Nam prioris argumenti solutio facilis est, si attendas, tum communi consuetudine, tum nostris Constitutionibus à Summis Pontificibus confirmatis, in hac parte Regulæ derogari: imò (ut melius dicam) illam exponi & declarari.

Ad secundum simillima est responsio: juri communi derogari contraria Religionum consuetudine rationabili, & usæ recepta.

Ex

Prælarè  
de hoc  
argu-  
mento  
dicent  
null. Em-  
manuel.  
lib. 89.  
varij  
adductis  
SS. PP.  
Scriben-  
tibus.  
De ma-  
jore in  
cellula 2.  
Prælar-  
tatum  
Ceterib.  
lib. 4. n. x  
simile  
præcipi  
de jure &  
continua  
erat apud  
aliam Reg  
quæ impo-  
nuntur.  
Constitu-  
tiones B.  
Franc.  
c. 10. &  
arg. 6. n.  
Esteron. l.  
in Reg. d.  
Monacha  
c. 16. &  
habetur  
in Reg.  
J.  
Mona-  
chorum  
c. 14.  
Vidua  
per lau-  
datum 2.  
part. di-  
rectorij  
Reg. Tract.  
3. d. 6.  
sect. 2. n.  
321.

Prælati  
de hoc  
argu-  
mento  
discutit  
nost. Em-  
manuel.  
loc. cit.  
dis. 89.  
varijs  
adductis  
SS. PP.  
Senten-  
tijs.

De man-  
sione in  
cellula 2.  
p. statu-  
torum  
Carrus.  
6. 1. 4. n. 1.  
Simile  
præcepti  
de iugi &  
continua  
orat. apud  
illam Reg-  
nam in  
Constitut-  
tione B.  
Franc.  
6. 1. 6. &  
Aug. 6. 6.  
Eustach.  
in Reg.  
Monach.  
6. 2. 6. &  
habetur  
in Reg.  
Mon-  
achorum  
6. 1. 4.  
Vid. lu-  
pra lau-  
datum 2.  
part. di-  
stincti  
Reg. Tract.  
3. dist. 6.  
sic. 2. n.  
321.

Ex prædictis autem Regulæ verbis aliud ul-  
timum confectarium elicitur, quod sine Prioris  
obediencia, & voluntate, nihil sine magnum, sive  
parvum in monasterio agere liceat: id enim clarif-  
simè sonant illa verba: *Ex de arbitrio & dispositione  
ipsius postmodum, qua agenda sunt, cuncta procedant.*  
Et quidem in monasterio tam in spiritualibus,  
quàm in corporalibus, tam in internis, quam in  
externis operationibus nihil esse aggrediendum  
sine prævia Prælati autoritate ac obedientia, ubi-  
que Patres docent. Isidorus enim libro 2. de officiis  
cap. 15. laudans Religiosorum vitam, inter alia sic

ait: *Neque aliquid ab eis sine vultu Paterna jurisdictionis  
assumitur: & Divus Benedictus in Regula Cap. 49.  
Ergo cum voluntate Abbatis omnia agenda sunt: &  
Cap. 67. ait: Similiter correctioni Regulari subiacent,  
qui aliquid quamvis parvum sine iussione Abbatis face-  
re presumpserit. Plura de hoc, eaque huic proposito  
apertissima, infra in Epilogo Regula, dubitatione  
secunda, à nobis adducuntur.*

## CAPUT SEXTUM.

*De mansione in cellulis, & de iugi ac continua oratione.*

T E X T V S.

**M**aneant singuli in cellulis suis, vel juxta eas, die ac nocte in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes: nisi alijs iustis occasionibus occupentur.

### GLOSSA VI.

**H**ucusque in nostra Regula tantum, vel sal-  
tem præcipuè actum est de Eremi loco, & si-  
tu, ac de potestate Prælati, & dispositione mona-  
sterij: jam ab hoc Cap. subditorum obligationes, &  
nostrum institutum, sive scopum incipit aperire.  
In primis igitur hoc Capite præcipitur, ut singuli  
die ac nocte in nostris cellulis maneamus, nisi alias  
ab eis aliqua iusta causa cogamur recedere. Præ-  
terea, quod in eisdem cellulis, die ac nocte, divinæ  
legis meditationi & assidue orationi studeamus.  
Juxta hæc igitur duo præcepta, hujus capituli com-  
mentaria in duas dividemus partes. In quarum  
prima de mansione in cella: in secunda de medita-  
tione & oratione, DEO dante, dicemus.

*Maneant singuli in cellulis suis, vel juxta eas, die ac nocte, &c.*

Ex his primùm collige, non utrunque præ-  
cipi à Regula in cellis manere, sed & præterea  
consulò addi (singuli) ut denotetur, unumquem-  
que singulariter & totum in propria cellula habi-  
tare debere, ut melius orationi vacet, juxta ea, quæ  
superius Cap. 3. adnotavimus.

Secundò collige, prædictis verbis denotari  
& præcipi, unumquemque omni tempore in cel-  
lula commorari debere: quod significant illa ver-  
ba (*die ac nocte*): idque nisi alijs iustis occupationibus  
ab eis compellatur exire. Ex quo obiter nota, non  
quamlibet occasionem sive causam sufficere, sed  
eam tantum, quam iustam vel obedientiam, vel ne-  
cessitas, aut alia rationabilis causa reddat.

### D V B I V M I.

**D**ubitat tamen aliquis primò, an illa verba  
(*die ac nocte*) referenda sint ad anteciolem  
Capitis partem, scilicet, ad mansionem in cellula,  
an fortè ad secundam, hoc est, ad meditationem,  
& orationem assiduam? Respondetur, sine dubio  
prædicta verba ad utramque Capitis partem re-  
ferri debere: utramque enim aperte copulata, &

*Ihm. à Jesu Oper. Tom. 1.*

connectunt: & ita ad utramque relata optimum  
reddunt sensum, nempe: *Maneant die ac nocte in  
cellulis manentes in lege Domini, ita, ut die ac nocte  
tam ad unum, quàm ad aliud referatur.* Et hoc pri-  
mò constat ex communi consensu & interpreta-  
tione Ordinis. Ita enim ab initio ab omnibus re-  
ceptum est, non solum ad continuam orationem,  
sed etiam ad perpetuam cellæ commorationem,  
omnes ex instituto nostro teneri.

Præterea, ex ipso Regulæ contextu non ob-  
scure hoc ipsum patet: nam his verbis, *Maneant sin-  
guli in cellulis suis die ac nocte*, quæ est prima hujus  
Cap. pars, rectè junguntur, & correspondent se-  
quentia verba: *In lege Domini meditantes, & in ora-  
tionibus vigilantes*: ita, ut die meditentur, nocte ve-  
rò, in qua vigiliæ præcipuè exercentur, in oratio-  
nibus vigilant. Tum etiam, quia prioribus Capitis  
verbis quasi ipsa materialis clausura præcipitur:  
posterioribus verò modus, quo in cellis manere  
& exerceri debeant, describitur, nempe *meditando,  
&c.* Unde illa determinatio, *die ac nocte*, pariformiter  
utrumque respicit, & determinat. Nam in  
jure receptum est, quod una determinatio respi-  
ciens plura determinabilia, pariformiter ea debeat  
determinare.

Præterea tertio, quia quando hæc Regula  
mitigata fuit, inter causas mitigationis ea præcipuè  
fuit *Eugenio IV.* ob oculos posita, quod fratres te-  
nebantur ad orationem, & meditationem conti-  
nuam: & insuper ad commorationem cellularum  
perpetuam, ut patet ex Bulla mitigationis in præfa-  
tionibus adducta.

### D V B I V M II.

**C**irca illa verba, *juxta eas*, multos dubitasse vi-  
di, an Religiosus absque Superioris permittu  
& licentia possit extra suam cellulam, prope eam  
tamen, manere. Cujus dubij negativam partem  
non parum urget mitigationis Bulla, in qua indul-  
getur, ut possint Fratres liberè & licite exire ad  
claustra: ergo id non erat antea ex vi Regulæ per-  
missum; & ex consequenti neque hoc tempore,

V v 2

quo

quo non regulæ puritatem, & primitivum rigorem in hoc observamus.

Secundò pro hac eadem parte facit: quia cum olim diversa esse Monasteriorum dispositio & situs, ut constat ex *Cap. 2. & 3. ita*, ut cellulæ ad invicem distantes, & separatae essent: oportebat tunc, ut Fratres extra proprias cellulas per aliquod spatium parum ab eis distans, possent exire & deambulare. Hoc enim maximè ad orationem & contemplationem illos sæpe juvaret. At nunc alia est Monasteriorum forma, & dispositio, cum omnes cellæ simul in uno dormitorio jungantur, & sic quæ antea Eremum, nunc cœnobium representent. Quare cum immutata sit Monasterij forma, non mirum, imò necesse est, ut & jus & regula in hoc etiam immutetur. Ita enim superius sumus philosophati de cellula Prioris. Et confirmatur, quia hæc licentia prope cellulas exeundi, modò supposita cœnobiali disciplina, contra Regulæ intentionem pugnare videtur: nam certè si unicuique liberè licet, extra cellulam manere, facillè in utilibus confabulationibus ansam alijs præbibi: & sic finis Regulæ aut extinguetur, aut valde immuetur, cum se in se impossibile sit in multiloquio orationem conservari.

**Negativam huiusmodi quæstionem** confirmatur secundò, quia ferè omnes Prælati, præcipuè timorati, subditos cum extra cellulam vagantes conspiciunt, eos increpare solent, & ad cellas redire præcipiunt: neque in hoc Prælati animadvertunt, an subditi prope an longè sint à cellulis, neque unquam subditi ibi neque aibi excusantur: quæ à posteriori magna est conjectura, prædictam Regulæ exceptionem sive indulgentiam jam inter nos ex communi interpretatione cessasse.

**Ultimò, si Religiosi possent prope cellulam existere, & omnibus hoc permissum foret, & ita de facto fieret, ut omnes in dormitorio extra cellulas manerent, aut per alia monasterij loca deambularent:** quid in Religione nostra absurdè fingi aut excogitari posset? Manifesto ergo constat, dictam limitationem nunc, sine magna Religionis deformitate, & relaxationis periculo, locum habere non posse.

Pro parte verò affirmativa in primis urgent ipsius Regulæ clara & indubitabilia verba, à quibus minimè licet recedere. Secundò, quia etiam aliqui Prælati, viri pii & prudentes, non multum in hoc existunt scrupulosi. Tertiò, quia in *1. par. constitut. Cap. 7. ita dicitur: Ut melius servetur regula nostra, que præcipit, Fratres nostros manere in cellulis vel juxta eas, præcipimus, &c.* Ergo Capitulum Generale, in quo ea Constitutio edita fuit, eam Regulæ limitationem admittit & approbat.

In hac dubitatione, quæ non parvi ponderis videtur, illud in primis constituo, Religiosos non posse absque necessitate ad claustra pergere, aut per ea deambulare. Id evidenter colligitur ex prima ratione pro contraria parte adducta; aliàs enim nos Regulam in hac parte mitigatam servavimus. Nam si ambulare per claustra relaxatio Regulæ est, non potest id nobis sine relaxatione licere. Et idem sciendum est de deambulatione & progressu ad monasterij hortum: id enim sine superioris licentia minime fieri potest, quia hoc non est juxta cellulam manere, sed longè ab illa discedere. Præterea, quia si nobis licet libere hortum adire, cur etiam non liceat ad quæcumque alia Monasterij loca pergere, & per omnia vagari? cum frequenter hortus magis à cellula, quàm alia

loca, distent. Unde ad omnia, quæ intra Monasterij ambitum continentur, accessus non prohibebitur. Quid igitur est quod Regula præcipiat, ne exeamus per plateas & vicus sine licentia? Optima certe erit cellulæ clausura, si per totum monasterium, aut per majorem ejus partem licet discurrere. Quare, aut dicendum est, nos non teneri aliqua strictiori obligatione ad manendum in cellulis, quàm ceteros Religiosos; aut testigenda est hæc facultas à cellula exeundi eo modo quod dixi, nempe, ut non liceat claustra, hortos, aut alia Monasterij loca adire, nec per ea sine licentia discurrere.

Secundò mihi valde probabile videtur, posse nos aliquando juxta cellulæ januam exire, & prope eam manere, dummodo alia incommoda non sequantur, quale erit, si omnes cellule simul essent in uno dormitorio: nam tunc turpe esset, & valde irregulosum, si omnes vel aliqui juxta proprias cellulas considerent. Ubi verò prædictum inconveniens cessat, vel aliud simile, (scilicet, quando Prælati ob alias causas rationes juxta cellulæ esse prohiberet,) possunt licite Religiosi in mediocri distantia ex tra cellam, vel ad si vendum sole, vel ad commodum studendum, vel ob aliam rationabilem causam egredi.

Neque contra hanc resolutionem utriusque partis argumenta obstant. Nam ad primum pro parte negativa nos libere fatemur, non esse licitum ambulare per claustra, vel ad alia loca similia exire. Ad secundum respondetur, quod et si mutata sit dormitorum dispositio, servari tamen debet Regula in eo, quod commode potest, præcipue quando nullum incommodum sequitur.

Ad confirmationem Respondetur, quod in casu, quo Regularis disciplina & silentij custodia periclitetur, tunc justa est causa, ut Prælati possint, & debeat hujusmodi egressus impedire.

Ad secundam confirmationem respondetur, Prælatos justè præcipere id, quando prædicta experiantur incommoda.

Ad ultimum jam dictum est, quod (licet in dormitorio considerare inconveniens sit) tamen quando cellula non est in dormitorio, tunc prædictum inconveniens cessat: imò quando dormitorio esset prope aliquod solarium, rectè possent eo accedere, si non esset periculum confabulandi, aut alias committendi inutiles contentiones.

Ad ea verò, quæ pro parte affirmativa obijciuntur, Respondeo ad primum, quod Regula intelligenda est, quando nullum sequitur inconveniens: & sic pii Prælati id absque scrupulo permittunt. Et sic patet ad secundum, & tertium, quod constitutio Ordinis non est contra nostram sententiam. Nam nos etiam concedimus, eam indulgentiam non esse ablatam, sed potius nunc permanere, ea tamen moderatione, qua supra dicto *Cap. 1. & 2.* explicata est.

Ex his inferitur verus intellectus, & genuina & litteralis expositio prioris partis hujus capituli. Ultra verò progredi & inquirere libet causam, ob quam à Regula tam stricta cellulæ clausura præcipiatur. Et ideo sic tertium dubium.

## D VBIUM III.

Quæ sit ratio, cur in nostra Regula ita strictè cellulæ custodia præcipiatur.

In hoc dubio præmittenda sunt ea, quæ de jugi cellulæ habitatione Patres docent, ut ex his clausuræ fructus unicuique pateat: simulque animadvertendum, quam nostra institutio, antiquorum Monachorum, seu (ut verè loquamur) Majorum nostrorum vivendi ritui conformis sit. Deinde in secunda hujus dubij parte rationem & causas colligemus, ob quas nobis tantopere cellæ custodia commendetur.

Quantum ad primum, Aegyptijs Monachis (quos nos non immeritò ut Patres, & majores colimus) ex Cassiano, qui eorum instituta exoptat, ea optime novit, constat, magnam die ac nocte in suis cellulis jugiter perseverandi fuisse curam. Nam ut hic li. 2. in 1. Cap. 15. scribit, Nullus audeat & quidem per totum diei spatium è cella sua progredi, aut deserere opus in ea solitus exercere: nisi forte cum fuerint ad officium necessarii cuiusque operis evocati. Et li. 4. Cap. 10. docet, eos sine licentia minime è cella progredi audent. Et in opte 16. Cap. ejusdem lib. sic inquit: Sifinita Synaxi non revertebatur quis statim ad suam cellam, punitetur. Plura alia de hac continua cellæ habitatione passim idem tradit Cassianus, præsertim li. 2. 3. 4. & 10. & alijs etiam locis infra citandis. Hæc igitur Majorum nostrorum commorandi in cellula cura, ad unguem, ut ab ipsis custodiebatur, à nostra Regula commendatur.

Basiliius etiam hanc cellulæ mansionem, sermone secundo exercitationis, his verbis commendat. Si itaque contigerit, te juxta circumstantiam negotiorum aliquam, è cella proficisci, armatus in pectore timore DEI, & inserta in manu charitate Christi, devotissime per omnem continentiam voluptatum incursumque, statim necessitate expleta restit, ne immoretur: seu velocibus alis utere ad reditum, velut innocens quædam columba ad arcem, quæ te emittit, transfugiens, sicque perseverans tuis cogitationibus, contingere tibi non posse in ullo alio loco salutarem requiem. Et in fine ejusdem sermonis. Persevera (inquit) in cella, non dies, neque menses, sed multorum annorum circuitus, Hymnis & alestibus Dominum celebrans in nocte, & in die, imitans opera Cherubim. Recolendus est idem Basiliius in consilio. Monast. Cap. 7. & 8. ubi stabilitatem cellæ monacho amplectendam, vagationesque sine justa causa fugiendas præcipit.

Mirum etiam est, quàm frequens sit D. Bernardus in hoc proposito consulendo: hic enim ad Fratres de monte Dii (nempe ad Carthusienses sive (ut alij volunt) ad nostri Ordinis Fratres) scribens, sic monet: Propter hoc, secundum formam propositi vestri habitantes in celis, potius quàm in cellis, excluso à vobis toto seculo, otios vos inclusistis cum DEO. Et infra: Omnium bonorum officina est cella, & stabilis perseverantia in ea. Et paucis interiectis Regat sanctæ obedientiæ Regula bonam voluntatem, illa verò corpus, & doceat illud posse consistere in loco, cellam pati, seu quæque morari. Impossibile est, hominem fideliter figere in uno avinum suum, qui non prius alicui loco perseveranter affixerit corpus suum. Et denique infra addit: Alia cella tua exterior alia interior: exterior

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

est, domus, in qua anima tua cum corpore tuo habitare interior est, conscientia tua, quam inhabitare debet omnium interiorum tuorum interior DEUS cum Spiritu tuo: dilige ergo interiorem cellam tuam, dilige exteriorem, & unicuique suum impende cultum. Hæc Bernardus. Quæ verò de causa, cellæ commoratio tam arcta & assidua antiquis Monachis fuerit injuncta, varijs in locis explicat Cassianus, præcipue tamen li. 3. 4. & 10. institutionum c. 3. ubi hanc ostendit: quia Spiritus acedite maxime solet Monachos infestare, ut paulatim protrahat è cella, actus suæ professionis incipiant oblivisci, qui non est aliud, quam intuitus & contemplatio divinæ puritatis: quæ non alibi potest, nisi in silentio, & jugi cellæ perseverantia, ac meditatione conquiri. Quo quid aptius nostro proposito dici posset, ut cellæ utilitas appareat, ut constet, nostrum institutum, & professionem ab antiquis illis Aegypti, & Palæstinæ monachis deducta fuisse.

Præerea idem Cassianus, Collatione 24. cap. 3. latè docet, ad interiorem hominis puritatem, pervigilem cellæ solitudinem maxime conducere. Nam variæ ac effusæ cogitationes à nemine profusus, quam vis sollicito, ac vigilantia, vel caveri poterunt, vel videri, nisi qui corpus atque animum jugiter intra parietum septa concluserit: ut ita quis velut piscator egregius victum sibi Apostolica arte prospiciens, in tranquillissimo cordis sui profundo agmina cogitationum natantia, intentus, atque immobilis caperet: & tanquam è prominenti scopulo cutiosè profunda prospectans, quas ad se hamo trahere debeat salutari; quas verò tanquam malos ac noxios pisces negligat, ac refuret, sagaci discretione diducet. Et Cap. 4. prosequitur: In hac ergo unusquisque custodia perseverans efficaciter illud implebit, quod per Habacuc Prophetam factis evidenter exprimitur: Super custodiam meam stabo, & ascendam super petram, & speculabor, ut videam, quid loquatur in me, & quid respondeam ad arguentem me. Huculque Cassianus.

D. Bernardus hanc cellæ commorationem ad cordis puritatem & orationem, latè prosequitur, ut sup. Cella, inquit, & calis habitatio cognata sunt: quia sicut calum & cella ad invicem videntur alii quam habere cognationem nominis, sic & pietatis. Nam à celando calum & cella nomen habere videntur: & quod celatur in calis, hoc & in cellis: quod geritur in calis, hoc & in cellis. Quidnam est hoc? Vacare DEO. sicut Mitifica DEO. A cella enim in calum saps ascenditur: vix autem custodiæ unquam à cella in infernum descenditur, nisi sicut dixit cellæ bo-Psalmissa, Descendant in infernum viventes: videlicet, na & ne descendant morientes. Moriens autem vix aut nunquam aliquis à cella in infernum descendit: quia vix unquam nisi celo prædestinatus in ea usque ad mortem persistit. Et infra: Cella, terra sancta est, & locus sanctus, in qua Dominus & servus ejus saps colloquuntur, sicut vir ad amicum suum: in qua crebrò fidelis anima verbo DEI conjugitur sponsa sponso sociatur, terrene celestia, humana divinis ununtur. Siquidem sicut templum sanctum est DEI, sic cella est servi DEI: & in templo, & in cella divina tractantur, sed crebrò in cella. Et aliquibus in re: potius addit: Otiosum non est vacare DEO, imò negotium negotiorum hoc est, quod quicumque in cella non agit fideliter & ferventer quodcumque agit, quod propter hoc non agit, silicet, ut DEO serviatur, in eo quod agit, otiaur. Hæc & plura alia ibidem, ut optime solet, tradat Bernardus. Ac denique Basiliius 7. suarum Constitutionum, cellæ quietem, ac diurnam cohabitationem ad mentis puritatem obtinendam ordinari, testatur.

V y 3

Nec



Nec hanc solum, verum per multas alias hic sanctiss. Patet commemoratio in cella utilitates & commoda producit opus. de laud. vit. solitar. his verbis: O cella negotiorum celestium apotheca, in qua videlicet illarum mercium summa reconditur, quibus terra viventium poss. suo reparatur. O cella spiritualis exercitij mirabilis officina, in qua certè humana anima Creatoris imaginem in se restituit, & ad sua originis redit puritatem: ubi sensus obtusi ad subtilitatem sui acuminis redeunt, & pro vitiosa natura sinceritatis azyma reparitur! O cella spirituale prorsus habitaculum! namque de superbis factus humilis, de gulosis sobrios, de crudelibus pios, de iracundis mites, de otiosis reddis in divina charitate ferventes! Tu diosque lingua franum: tu luxuriosis rumbus nitida castitatis adhibes cingulum: tu facis ut levis quique ad gravitatem redeant, ut jocosos scurrilutibus percaut, ut vaniloqui & procaces se sub districti silentij censura castigent.

Neque hæc duntaxat commoda, & bona in cella repetiuntur, verum & plurima alia, inter quæ non infima, quod per illius custodiam à multis & magnis periculis liberemur. Nato ut jam laudatus Basiliius, serm. 2. sup. accit, inquit: Egressus es de cella tua, reliquisti continentiam, oculos transmissisti in mundum. Quare admonei (ut supra retulimus) ut exeat quis, quando necesse fuerit, de cella Dei timore armatus, & ad eam quàm citissimè redeat. Unde Theodorus Abbas apud Casianum Collat. 6. Cap. 13. hoc ipsum monet: *Jugis cella commemoratio retinenda est. Toties enim etiam reversus quis, velut novus in ea & incipiens habitator titubabit, atque turbabitur, quoties ab eadem fuerit evagatus. Illam namque, quam in cella residens acquirerat intentionem animi, si fuerit relaxata, recuperare rursus non sine labore poterit, ac dolore. Et per hoc reductus retrò, non de amisso cogitabit profectum, quem super adiacere potuit, si cellam non fuisse excussus: sed gaudebit potius, si illum statum, de quo recidit, semetipsum senserit recepisse.* Quod & ipsa experientia compertum est: hoc ipsum scilicet quod Abbas præfatus docet; varias enim perturbationes, contentiones, judicia, innumeratasque alias labendi occasiones cellæ inclusionem vitamus.

Ex his jam patet propositæ dubitationis resolutio, quare (scilicet) in nostra Regula in cellula, nocte dièque persistere moneamur. Nam cum nostræ Regule peculiaris finis, a si dua sit divinæ legis, nocte dièque meditatio: nullum aliud medium efficacius, & ad hujus finis consequutionem convenientius, ac proximius excogitari potuit, quam diuturna, & stabilis cellæ commemoratio: ut ita, intrantes cubiculum nostrum, ut Dominus docuit *Matth. 6. Cap.* clauso ostio, ad celestem Patrem orationes fundamus. Ibi enim cum omnium cogitationum sive sollicitudinum strepitu cot. nost. tum careat, purè & familiariter DEO colloquimur. Undè non incommode cella, domus orationis dici potest: tum, quia jure orandi studium exigit: tum etiam, quia commoditatem tribuit id optimè exequendi: cum curas omnes tam internas, quam externas removeat. Quæ cum ita sint, sine dubio cellæ habitatio ad continuam meditationem maximè confert.

Hanc verò cellæ indefatigabilem custodiam ut rectè servavimus, nostra Regula potissimum medium advenit, laborem manuum, qui ad hoc propositum maximè conducit, ut latè Casianus lib. 10. instruit, per totum, ac varijs alijs

In locis: de quo nos quoque infra latissimè dicemus.

Die ac nocte in lege Domini meditates, & in orationibus vigilantes. Hæc est hujus Cap. secunda pars, in qua continua divinæ legis meditatio nobis imponitur. Hic est potissimum nostræ Regule scopus, ut supra latè sumus prosequuti quem nostræ militiæ tela veluti scopum respiciunt. Quæ tamen hic potest, quare nostra Religio inter alias, hunc finem à nulla alia Regula intentum ita acchè proficiatur? Responderetur, eam potissimum fuisse causam, quia cum in nostra Regula vita eremitica, ac suo modo solitaria instituitur, & hæc respiciat veluti finem, DEI & celestium rerum contemplationem (ut ex Casiano patet *Collation 19.* idem quæ est de fine vitæ Eremiticæ) fit, ut austeræ & solitariæ vitæ, quæ in Regula decernitur, nullus alius finis congruentior esse possit.

Quare ad hunc finem, (ut supra dicebamus) noster principalis debet tendere conatus: & quidquid ab hoc diverlum est, quamvis aliàs magnam, importunum tamen aut certè noxium judicandum est. Omnis igitur alijs, quæ de hoc fine, nempe de oratione, ac meditatione, ac de ejus utilitate & fructibus, à Patribus & varijs alijs Authoribus scripta sunt, (nam hæc, & similia, quæ dicentè ad nostræ Regule expositionem non conduxerint, prætermittenda decernimus;) tria in hoc capite erunt investiganda. *Primum*, quid intelligatur nomine orationis, & meditationis. *Secundum*, an sit homini possibile, die ac nocte in lege Domini meditari, & orationi assidue vacare. *Tertium*, quæ sint, quæ facere, quis teneret, ut huic nostro fini, & scopo satisficiat: & an forte quis ob aliquam justam causam ab ejus adimplentione excusetur.

D V B I V M I.

Quid significetur his verbis, in lege Domini meditates, & in orationibus vigilantes?

Cum duo in nostra Regula distinctè præcipiantur, meditari scilicet in lege Domini, & in orationibus vigilare: oportet primo loco, quid oratio, & quid meditatio sit, explicare, ut sic Regulæ mens clarè ab omnibus percipiatur. Et, ut ab oratione incipiam, licet oratio multas habeat acceptiones, propriè tamen & in rigore accipitur pro deprecatione sive petitione. Quia ratione ex mente Damasceni eam definit S. Tho. 2. 2. q. 83. art. 1. dicens, *Oratio est petitio decentium à Deo.* Cui consonat D. Basiliius, oratione in Julitam. *Oratio (inquit) est boni cuiusdam petitio, quæ à pijs ad DEUM effunditur.* Gregorius Nyssenus oratione secunda de oratione Dominica, *Oratio est petitio bonorum, quæ Deo cum supplicatione offertur: & Divus Augustinus, Oratio (ait) quadam petitio est.* In prædicta igitur Damasceni definitione petitio ponitur loco generis; *Decentium* verò, loco differentie: ut excludantur petitiones inutilis à ratione vitæ orationis deficientes.

Unde

Quomodo de cella egrediendum.

Legend. nost. Ermanuel loc. cit. qui opt. med. SS. PP. hæc omnia pertracta.

Matth. 6.

Quid sit oratio

Unde oratio in hac acceptione usurpata pertinet ad intellectum practicum, estque illius actus & operatio: quod & testatur idem S. Thom. ubi sup. Nam oratio nihil aliud est, quam exprimere mentem nostram, illamque DEO dicere ac manifestare, & ab eo aliquid petere, sive postulare. Petitio autem, cum sit intimatio ac loquutio, ad orationem necessarium pertinet. Nam cum intellectus & voluntas ad orandum simul concurrant; voluntas concurrat desiderando id bonum, quo caret; intellectus verò illud desiderium explicando, & proponendo, eiusque adimpletionem postulando: & in hoc consistit formaliter oratio: quemadmodum in rebus corporalibus, cum re aliqua indigemus, per appetitum prius rem illam desideramus; per linguam verò (quæ est appetitus interpres) necessitatem alteri aperimus, & rem illam ab eo efflagitamus: & in hoc secundo consistit petitio.

Præterea oratio, quantum ad præsens attinet, alia est mentalis, quæ mente tantum concipitur: alia verò vocalis, quæ ultra hanc mentis conceptionem, vocem addit. Mentalis utilissima est, præcipue cum quis privatim orat; quia tunc ferventior solet esse, quam si vox corporalis addatur, ut Concilium provinciale Mediolanense parte 3. Cap. de divini officii docuit: ubi sic scripsit: Quia mentis oratio tantò præstantior est eâ, quæ solum ore exprimitur, quanto animus est excellentior corpore; plis incredibile solatium affert, & fructum. Huius autem excellentiæ supra vocalem ea est ratio: quia per mentalem nos sæpe toto cordis ictu DEI aures melius attingimus, cum ab omni strepitu corporali vacamus, quam si voce simul & corde orare velimus. Quamvis interdum vocalis etiam utilissima sit, Idque pluribus de causis, quas adducit S. Thom. ubi sup. ar. 12. De oratione igitur mentali, quam vocali, Regula accipienda est, cum universaliter loquatur: ita, ut huic præcepto fiat satis, sive vocaliter, sive mentaliter oratur. Et hæc de Oratione.

Quid sit meditatio

Est autem meditatio, Authore S. Thoma, 2. 2. questione 180. artic. 3. processus sive discursus intellectus, in veritatis inquisitione occupati: & idem est (secundum Divum Bernardum in libro de consideratione) ac consideratio: imò (secundum Aristotelem) omnis actus intellectus, consideratio dicitur. Et in hoc sensu loquimur etiam nos de meditatione, prout comprehendit quemcumque actum intellectus speculativi, circa inquisitionem & indagatio nem veritatis.

In quo differat meditatio ab oratione

Quo supposito, meditatio differat ab oratione: primò, quia meditatio est alicujus veritatis consideratio: oratio verò est petitio à Deo: præterea meditatio est actus intellectus speculativi; oratio verò est actus intellectus practici.

Meditatio alia generalis, alia specialis.

Meditatio est duplex. Alia est generalis, quæ est circa quamlibet veritatem consideratio: & sic Philosophi naturales meditari dicuntur: & omnis, qui aliquam veritatem proprio labore cupit adipisci, eam illam meditari dicitur. Alia est specialis, quæ tantum est circa divinam legem, secundum illud Psal. 1. *Beatus vir, qui in lege Domini meditatur*: & illud: *In lege eius meditabitur die ac nocte.*

Psal. 1.

Quibus prænotatis, primò constituendum est, Regulam nostram illis verbis, *die ac nocte in lege Domini meditates*, præcipere ac velle, mentem nostram debere esse occupatam ferè semper in divinæ legis consideratione. Per divinam autem

legem duo intelligi possunt. Primum, quæcumque ad DEUM & divina beneficia pertinent, ut sunt bonitas, charitas, misericordia, ceteraque DEI attributa, & præterea eius erga homines beneficia, ut sunt creationis, Redemptionis, Fidei, inspirationum, vocationum per se vel per alios, expectationis ad penitentiam, præservationis à tot periculis animæ & corporis: & denique plura alia unicuique propria & maxima beneficia. Secundum, defectum & culpæ propriæ consideratio: ad quod etiam pertinet labilitas ad peccandum, dissipatio propriæ substantiæ, nuditas à virtutibus, vulnera ignorantie, malitiæ, infirmitatis, & concupiscentiæ, & alia quæ exactè licet breviter prosequitur Cajetanus, 2. 2. quest. 82. articulo 2. Quæ omnia considerans, ideo dicitur in lege DEI meditari, quia ista per legem divinam & factas scripturas nobis innotescunt, & ex earum meditatione, veluti ex intrinseca causa, in nobis gignitur vera devotio; quæ reddit promptam voluntatem ad divinum obsequium, ut docet S. Tho. dicto art. 2.

Præterea, ad meditationem divinæ legis reddi potest quodcumque Theologiæ & scripturæ sacræ studium, imò & Logicæ ac Philosophiæ, si eo sine talibus scientiis vacamus, ut melius divinas scripturas & legem DEI cognoscamus.

Secundò existimo, quòd nomine orationis in Regula positi intelligantur postulationes, sive obsecrationes, aut gratiarum actiones: hæc enim sunt partes orationis, ut constat ex Apostolo 1. ad Timoth. 2. ubi quatuor constituit quasi species sive partes orationis, cum ait: *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, & postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.* Per obsecrationes enim Theodot. in Commentariis huius loci, & Augustinus Epist. 59. ad Paulinum questione 5. intelligi dicunt deprecationem malorum, nempe, remissionis peccatorum; per orationes verò exponunt petitiones bonorum, ut gratiæ, & gloriæ: at per postulationes (teste Augustino ibidem) quæcumque postulatio significatur: & denique per gratiarum actiones, id quod sonat: ita ut sensus Divi Pauli sit, orandum esse DEUM pro malis avertendis, & bonis accipiendis: & quidem utraque postulanda esse in futurum, & pro jam impetratis gratias esse exhibendas. Quicumque igitur hoc vel illo modo oraverit, in orationibus vigilabit, & Regulæ satisfaciet.

Tertiò certum existimo, ex vi Regulæ omnes nos teneri non solum ad meditandum, sed etiam ad orandum die ac nocte in sensu, quo in sequenti dubio declarabimus. Hoc dictum probatur: quia id expresse in Regula cavetur illis verbis, *In lege Domini meditates, & in orationibus vigilantes.* Non ergo unum aut alterum sufficit, sed utrumque ad perfectam adimpletionem requiritur: præcipue cum ex dictis constet, aliud esse meditari in lege Domini, aliud verò in oratione persistere, ac vigilare.



noft. An-  
tonij 2.  
part. di-  
vini orij  
Regul.  
Tract. 3.  
diffut. 6.  
fecl. 2.  
num. 329

dua apud judicem instante, & de amico tres panes importune postulant. Quorum exemplo, non solum certis horis, sed omni tempore, oblata occasione, tum noctu, tum interdiu orationi vacare debemus. Et forte Divus Augustinus & Basilus hoc ipsum volunt, per continuam desiderium. Nam quantum ex ipsis colligi potest, non loquuntur de desiderio ita metaphysice & strictè, ut excludant loquutionem, sive clamorem, & petitionem. Et sic Augustinus intelligit per desiderium, continuam orationem mentalem. De quo omnino videndus, & attentè legendus Waldensis, ubi supra.

Vid. Com-  
mentar. in  
Regul.  
noft.  
Francise.  
pag. 170.  
Et ab hac  
pag. us-  
que ad  
190. de  
eximia  
excellen-  
tia exer-  
citijs ora-  
tionis,  
igitur si  
Scripturæ,  
& Christi  
Domini con-  
siliium,  
sive præcep-  
tum de ora-  
tione non  
est impossi-  
bile in eo  
sensu, quo  
prædicti Pa-  
tres exponunt,  
multò  
minùs creden-  
dum est,  
impossibile  
esse jugem  
meditationem  
vel orationem  
quamvis,  
si mathe-  
maticè loquamur,  
neatrum  
semper exerceri  
possit.  
Nam, ut  
rectè Cassianus  
dicit Collatione  
23. c. 5.  
Quis unquam  
inventus est,  
qui nunquam  
ullam cibi,  
ullam indumentis,  
aliarumve rerum  
carum gesserit  
curam? unquam  
de fratrum susce-  
ptione, de loci  
commutatione,  
de cellula ex-  
structione sollicitus,  
opem aliquam  
humani concupi-  
vis adjuvantis  
Est in hoc sensu  
loquitur primam  
argumentum,  
quo probatur,  
impossibile esse,  
nobis hac corpo-  
ris fragilitate  
circumdatis,  
ab hac œlesti  
theoria sive  
contemplatione  
aliquando non  
divelli.

Jam ex dictis sit prima propositio. Non est impossibile in lege Domini meditari, & die ac nocte semper orare, dummodo hoc intelligatur secundo aut tertio modo ex dictis. Hec conclusio constat ex auctoritate & testimonio Patrum, & præcipue eorum, quos nuper citavimus. Et maximè confirmatur: quia Regula nostra non ita strictè loquitur, ac Scriptura facit: nam hæc tantum de oratione, Regula verò, de oratione & meditatione vicissim facienda loquitur: multò autem facilius est, aliquando meditari, & aliquando orare, quàm semper orare, cum meditatio sit quædam speculativa consideratio, quæ in nobis plus perdurare & facilius exerceri potest, quàm oratio, quæ est quædam petitio. Igitur si Scripturæ, & Christi Domini consiliium, sive præceptum de oratione non est impossibile in eo sensu, quo prædicti Patres exponunt, multò minùs credendum est, impossibile esse jugem meditationem vel orationem quamvis, si mathematicè loquamur, neatrum semper exerceri possit. Nam, ut rectè Cassianus dicit Collatione 23. c. 5. Quis unquam inventus est, qui nunquam ullam cibi, ullam indumentis, aliarumve rerum carum gesserit curam? unquam de fratrum susceptione, de loci commutatione, de cellula exstructione sollicitus, opem aliquam humani concupi-vis adjuvantis Est in hoc sensu loquitur primam argumentum, quo probatur, impossibile esse, nobis hac corporis fragilitate circumdati, ab hac œlesti theoria sive contemplatione aliquando non divelli.

Secunda propositio. id quod Regula præcipit de meditatione & oratione continua, intelligendum est de continuatione & perpetuitate morali, in eo sensu, quo loquuntur Chrysostomus, Cassianus, & Theophylactus: non verò de mathematica & physica continuatione. Ita expressè hunc Regulæ nostræ articulum interpretatur noster pietissimus et eruditissimusque Thom. Waldens. de Sacramentalibus, titulo 9. Cap. 76. numero 3. Et patet primò: quia cum Regula semper præcipiat orare, neque illum tempus speciale designet, manifestè pro omni tempore, tam diurno, quàm nocturno, nos ad orationem hortatur. Secundo, quia Egyptij Monachi, ex quorum instituto nostram regulam promanasse non dubito, (ut ex Cassiano pluribus locis constat) omni tempore orationi vacabant. Tertio, quia in hoc sensu nostra Regula ante mitigationem, (ut ex Waldensè constat) fuit intellecta, & post reformationem (ut omnes nos testes sumus) in eodem sensu semper recepta est. Et denique ex medijs, quæ in Regula apponuntur, præcipue verò ex continua & jugi cellula custodia, quam ad assiduam quoque orationem præcedenti dubio ordinari probavimus, aperitè colligitur, mentem ipsam Regulæ fuisse, sine intermissione eo modo, quo possibile est, ad orationem & meditationem nos excitare.

Ad Primum nō positum Responderetur, id non esse impossibile, si intelligatur de assidua aemoralit: Patres verò, quando censent esse impossibile semper orare, loquuntur de continuatione mathematica, qua ratione præceptum est omnino impossibile: non verò primo modo, quia sic possibile est, varijs modis adimpleri, vel meditando, vel orando, aut divinæ scripturæ, vel alijs scientiis ei deservientibus studendo. Modus tamen aprior & compendiosior, quo Patres utebantur, ut huic præcepto satisfacerent, erat frequens, & creberrimus brevium orationum, quæ jaculatoriæ vocantur, usus. Huncque fuisse morem antiquorum Monachorum, D. Augustinus dicit Epistol. ad Probam, & Cassianus lib. 2. institutionum Cap. 20. docent. Quam ob rem, ait Cassianus, vitium consent, breves quidem, sed creberrimæ orationes fieri. Hoc quidem, ut frequentius Dominum asprecantes, jugiter eis coherere possimus: illud verò, ut insidiansis jacula, qua infligere nobis tunc præcipit cum oramus insistit, succincta brevitate vitemus. In quem Cassiani locum præfatus Waldens. de Sacramentalibus, titulo 1. Cap. 12. num. 5. advertit, omnes istas orationes, non obstante intermissione ista frequenti, posse unam constituere orationem per se quemadmodum ponunt Logici unam speciem quantitatis discretæ simpliciter per se unam.

Ad secundum argumentum sufficiebat Ecclesiæ & tot summorum Pontificum auctoritas, qui nostram Regulam confirmarunt. Sed, ut omni scrupulo averteretur, facilius illud solvamus, dicentes, quòd quamvis actus interiores non possint nobis absoluitè præcipi, neque aliqua lege mandari: possumus tamen nos libere aliquo voto ad eos obligari, & aliquam legem amplecti, ubi hi præcipiantur: & utrumque horum coningit in professione nostræ Regulæ, in qua ex duplici capite ad ea, quæ in ipsa præcipiuntur, sive interiora, sive exteriora sint, obligamur. Primò quia profitemur obedientiam secundum Regulam. Ex hoc capite tenemur ad omnia Regulæ præcepta, ut communitate Doctores docent. Secundo, quia etiam si votum non intervenisset, nos liberè sub hac lege & Regula cum vivere decrevimus, ex contequenti etiam volumus, omnes ejus leges & mandata in suo robore, & ut in ipsa jacent, acceptare.

Ad tertium dicimus, novum non esse inter monachos institutum semper orandi: imò, Cassiano teste Collatione 9. Cap. 1. Omnis Monachi finis, cordisque perfectio ad jugem atque indissruptam orationis perseverantiam tendit: & quantum humana fragilitati conceditur, ad immobilem tranquillitatem mentis, ac perpetuam nititur puritatem. Unde Chrysostomus seu porius noster Joannes Hierosolymitanus opere perfecto in Matthæum Homilia 8. Non est ita (inquit) fulgidum calum vario stellarum choro, ut Eremitus. Et infra loquens de assidua illorum Monachorum oratione ait: Neque enim quando jejunt & vigiliant, vacare post diem dignum existimant, sed noctis quoque sacris Hymnis & Vigilijs, dies autem in orationibus & manuum operationibus consumunt. Et Gregorius Nazianzenus lib. 7. de reconciliatione: Desiderabam (inquit) videre sanctum illum psallentium chorum, gloriam offerentium DEO in Ecclesia, cupiens aspicere illos, qui in lege Domini mediantur die ac nocte, & exultationes DEI sunt in gutture eorum, qui ad exemplum, & communionem melioris vite ceteri omnibus vivunt, legi Dei, atque Evangelij Christi

Solvuntur argu-  
menta contra-

An & quomodo actus interiores præcipi valeant

IESU  
Spir.  
II  
VIII  
26

*Christi taciti predicatores.* Ex quibus fit, curam hanc, pervigilemque sollicitudinem Divinis orationibus, meditationibusque vacandi, noviter ab Auctore nostræ Regulæ non fuisse excogitatum, sed olim fuisse adinventam, simulque cum monastico Instituto ortam: quamvis libenter fateatur, nullibi nisi in Ordine nostro (saltem cum rigore & per modum præcepti) permanisse.

### D VBIUM III.

Quæ sint, ad quæ quis teneatur, ut huic Regulæ præcepto satisfaciatur.

**C**um ex dictis constet, orationem ac meditationem possimum esse nostræ Regulæ finem, non est dubium, quin ad ejus observantiam majori obligatione, quam ad alia media vel præcepta Regulæ, teneamur: & sic majori conatu ad illum nitendum est diligenter, quantum fuerit ex parte nostra curantes, ne incapaces & inhabiles reddamur ad hujus finis assequutionem. Unde præfens dubium inquirat, quæ & quanta erit hæc obligatio.

**Finis præcepti non cadat sub præcepto.** Pro parte negativa in primis urget commune illud Theologorum axioma, quod finis præcepti non cadit sub præcepto, ac proinde videtur, quod finis Regulæ non cadat sub illa, neque sub aliqua alia obligatione.

**Finis præcepti alius generalis, alius specialis.** Pro hujus resolutione sciendum est, finem alicujus præcepti duplicem esse: alium specialem, alium verò generalem, qui communis est omnibus præceptis, qualis est charitas. Et quidem finis hic posterior non continetur sub præcepto quolibet, quamvis omnium sit finis: quia licet actus omnium virtutum ordinentur ad charitatem, hic tamen finis non comprehenditur in quolibet speciali præcepto, nec legis divinæ nec humanæ. Etenim neque ab homine, nec à Deo punitur, tanquam præcepti transgressor, qui parentibus debitum honorem impendit, licet hoc faciat absque charitate, & DEI dilectione, ut notavit D. Tho. præcipue 1. 2. q. 100. art. 9. Finis verò præcepti specialis sub præcepto continetur, ut in præcepto peculiari & speciali diligendi DEUM, explicat idem D. Tho. in dicta quæst. 100. art. 10. Et hoc est, quod communiter dicitur, præceptum continere finem proximum, non tamen remotum, ut ex D. Tho. manifestè deducitur, & præcipue probatur ex q. 4. art. 4. ad primum 2. 2. ubi ita scribit: *Sub præcepto, quod datur de actu alicujus virtutis, non cadit modus quem habet ille actus ex alia superiori voluntate: cadit tamen sub præcepto modus ille, qui pertinet ad rem propria virtutis.* Ibi D. Tho. per modum actus intelligit ejus circumstantias, quarum præcipue est circumstantia finis, sive objecti, quæ in moralibus coincidunt & in specie, quod finis proximus Religionis sive Regulæ, etiam si neque Regula ipsa, neque statuta Religionis obligent ad culpam mortalem, cadat sub gravi obligatione, docuerunt Antoninus 3. p. Summa 11. 16. §. 7. Turrectem in præmio Regula D. Benedicti & D. Tho. non obscure significat, 2. 2. q. 147. art. 3. ad secundum, & manifestè ibi Cajetanus: & inter juniores, doctissimus Bannez 2. 2. quæst. 33. art. 3. dubio 3. docet, in suo Ordine eum Religiosum peccare mortaliter, qui fit incapax, vel non conatur, cum possit, ad prædicandam: quia hic est suæ Religio-

nis finis. Si hæc igitur vera sunt, aperte colligitur non esse tutum in conscientia, qui in nostro Ordine non contenderit se expeditum & habilem reddere ad meditationem & orationem.

Sed quia hæc prima facie, & scrupulosi dicta videntur, oportet, ad sedandas conscientias, ea nos amplius explicare, docentes, quæ ratione faciendæ sit hæc expeditio. Tunc igitur nos habiles & expeditos reddidisse dicemur, quando, quantum in nobis fuerit, ea impedimenta tollimus, quæ nos ab oratione & meditatione tollunt: ita (inquam) quibus spontaneè, non bis aut iterum, sed jam quasi innata consuetudine retinemur. Nam de illis, quæ ex obedientia contingunt, impedimentis non est multum curandum, ut *infra* dicam.

Præterea, etiam quis, (quantum ad præfens attinet) ad orationem habilis dicitur, si prædicta adhuc ligatus vinculis sive impedimentis, ad meditationem & orationem quoquo modo aspicit, eam (scilicet) desiderando, & aliqua ex sua parte adhibendo media, ut est lectio devotè vacare, aut horas à Constitutionibus orationi deputatas non intermittere. Ex quo infero, eum, qui ab aliqua passione ita se vincit & superari permittit, ut deinceps animum demittat meditando & orando, saltem eo modo, quo nunc dixi, in periculoso statu versari: quia quantum est ex sua parte, desistit ab intentione consequendi proprium finem.

Sed queret aliquis, an satisfaciatur quibus obligationibus, si tempora ad mentale orationem determinata cum alijs adimpleat, alijs verò temporibus nullam de meditatione orationem, aut curam gerat.

D. Augustus, in lib. de heresibus Cap. 57. & Beda in Commentariis in Cap. 18. Luc. D. Anselmus, & alij in C. 5. 1. ad Thessalonicenses docent, eum semper orare juxta Christi & Apostoli præceptum, qui statutas, & certas orandi horas non prætermittit: & ita exponunt illud, *Oportet semper orare.* Sed certè hæc expositio non multum lixæ quadrat, Nam (ut dubio 2. probavimus) Christus Dominus illis parabolis, quibus confirmavit hoc dictum, nempe, de vidua instante apud Judicem, & de amico media nocte petente tres panes, non solum certis horis, verum etiam omni oblata occasione, die ac nocte orationi vacandum esse ostendit.

Deinde quia nostra Regula non certas determinat horas, cum id facile posset: sed indiscriminam die ac nocte præcipit orare. Præterea etiam, quia prædicti Patres loquuntur de oratione vocali, quæ non potest esse perpetua: non verò de mentali; ut rectè annotavit nost. sapientissimus Waldensis de Sacramento alibus tit. 1. Cap. 3. Nam mentale posse esse continuam docuerunt Augustinus, & alij patres, ubi supra. Nos verò hic loquimur de mentali.

Quare aliter & melius dicendum est, eum, qui horis designatis orationi cum ceteris assistit animo, & intentione orandi, etiam si aliis temporibus orationis vel meditationis non recorderet, nostro Regula scopo & fini quoquo modo, licet non plenè satisfacere: quia hic non se reddit inhabilem ad Regulæ finem consequendum, licet ad eum non tendat perfectiori modo, quo potest. Sicut cui ex proprio Instituto comperit prædicare, si ille intentionem habeat prædicandi, & aequaliter se ad hoc disponendi, licet non ita ut posset, vel ut alij student, literis vacet: non ideo se reddit inhabi-

Anima  
adver-  
tenda  
doctum

Quid de  
Francibus  
licet

Quon-  
do, &  
quon-  
do po-  
ticio  
sua ve-  
seur ho-  
ja Reli-  
gionis  
alumnus

De offi-  
dir. Aug.  
Reg. 6. 6.  
Bona. 2. 6.  
8. 100. Reg.  
8. 100. ad  
20.  
Franc. 6.  
30. 6. 2.  
par. stat.  
Cæsar. 1.  
cap. 1.  
Reg. Mo-  
naster.  
6. 3. 7. 4.  
B. Franc.  
6. 3. 10. 1.  
agn. de of-  
laurum.

Quid di-  
cendum  
sit juva-  
melio-  
rem ten-  
tentiam

lem,

lem, sed potius aliqua ratione fit aprus & capax. Ita in nostro proposito dicendum est de eo, qui intentionem habet, si possit, semper orandi, & aliquando orat.

Notandum est, amen, quod hic, licet non esset transgressor finis Regulae, quia ad ejus adimplerionem sufficit intentio exequendi illum, sine dubio peccat venialiter, in quantum transgreditur Regulae praeceptum, quo statuitur, ut omni tempore Orationis, & meditationi vacemus.

Quid de  
Fratribus  
laicis?

¶ Dico secundo, probabile esse, Fratres laicos non ita stricte ad orationem continuam teneri, sicut Clericos & Choristas. Ratio est: quia officium laicorum & eorum destinatio potius est laboribus manuum, vel exercitiis corporalibus deservire, quam orare aut contemplari: & hoc omnium Religionum consuetudine servatur, ut in administratione vitae activae praecepta recipiantur. Et ob hanc rationem alibi nos docebitur, non posse ad actionem Religionem in vitam majoris perfectionis transire: quia in unaquaque Religione eundem scopum habere debent, scilicet, opera vitae activae, quae eorum est finis principalis. Et ob id docuit

Sylvest. verbo (*Hor. Canon.*) Fratres laicos peccare mortaliter, si in ministerii vitae activae negligenter se gerant. ¶ Verum (quicquid sit de hac re & opinione Sylvestri) adhuc probabilius existimo, eos ex vi nostrae Regulae aequè ac ceteros Choristas ad orationem teneri. Tum quia in Regula aequè omnibus indicitur labor manuum, & Orationis mentalis. Tum etiam, quia inter nos communi interpretatione receptum est, eos aequè ac reliquos ad orationem obligari.

Unde ad rationem in oppositum adductam responderetur, eam procedere de fine medio, & remoto, non verò de proximo ac immediato. Tum etiam argumentum non arguet: quia illud Theologorum Axioma intelligendum est de fine actu moralium. Nos verò hic non loquimur de fine actu, sed de fine status ac professionis monasticæ: de quo noster sermo procedit.

De off.  
div. Aug.  
Reg. c. 6.  
Bene. 2. c.  
8. 1. Reg.  
usque ad  
20.  
Franc. c.  
30. & 2.  
par. stat.  
Carthuf.  
cap. 1.  
Reg. Mo-  
na. bar.  
c. 23. 7. 2. 4.  
B. Franc.  
c. 3. Reg.  
agit de of-  
ficiorum.

## CAPUT SEPTIMUM.

De Horis Canonicis.

TEXTVS.

**H** I, qui Horas Canonicas cum Clericis dicere norunt, eas dicant secundum constitutionem Sanctorum Patrum, & consuetudinem Ecclesiae approbatam. Qui eas non noverint, XXV. vicibus Pater noster dicant in nocturnis vigiliis, exceptis Dominicis & solemnibus diebus, in quorum vigiliis praedictum numerum statuum duplicari: ut dicatur Pater noster vicibus quinquaginta. Septies autem eadem dicatur oratio in laudibus. Matutinis: in alijs quoque Horis septies similiter eadem dicatur oratio sigillatim, praeter officia vespertina, in quibus eam quindecies dicere debeatis.

### GLOSSA VII.

**P**OST orationem mentalem, de vocali sermonem Regula instituit, utpote de re maxime ad illam conducente. Nam ut author est D. Augustinus in Epistola ad Probam, Ne desiderium respicias, instaurandum est crebro aliquibus certis verbis. Et in eadem Epistola Cap. 9. ait: Interdum vocem ipsos ad devotionem ac rursus excitamus. Et ob id docuit etiam Cassianus, (in Cap. praecedenti adnotavimus,) facile morem antiquorum monachorum, breves quidem & creberrimas orationes jacularitias fundere: nam non solum interiori mente, sed etiam corpore, & lingua debita servitutis obsequium DEO reddendum est. Quare oratio vocalis valde utilis ad exercitium mentalis, imò & necessaria & obligatoria est, quando ex praecipio Ecclesiae, vel aliorum Superiorum, certas preces recitare jubemur, ut in praesenti Capite Regulae praecipit.

Ex hoc Cap. tria eliciuntur. Primum, quod tam Clerici, quàm reliqui, qui ut Horarum officium noverint, ad ejus recitationem tenentur. Secundum, quod officium divinum in Ordine recitandum est secundum Constitutionem sanctorum Patrum. Tertium, quod Fratres Laici, vel hi, qui Horas Canonicas nondum recitare noverint,

tenentur eorum loco certas orationes vocales in hoc Cap. assignatas dicere.

Hi qui Horas Canonicas cum Clericis dicere noverint. Circa priora verba, nempe, Horas Canonicas, notandum est: primum certas preces, quae in septem partes principales dividi solent, nempe in Nocturnas, & Laudes, Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, Vesperas, & Completorium, appellari & Horas Canonicas, & divinum Officium. Ideo etiam hanc Horam Canonicam dicimus, quia certis horis prae scripta Canonum sanctiones recitandae sunt. Dicitur praeterea officium Divinum, quoniam proprium est munus Clericorum & Monachorum, DEUM per certa & statuta tempora orare: & quia in ipso continetur id, quod facere erga DEUM debent, ob id appellatur officium: & in hoc additur Divinum, quia in eo divinae laudes continentur. Et hoc est, quod Regula intelligit per Horas Canonicas.

Secundò in illis verbis, cum Clericis dicere norunt, Dabimus se offerit circa eorum sensum literalem. Videtur enim ex his verbis colligi, quod qui officium divinum recitare noverint, sive clerici sive laici, ad illud tenentur. Nam absolute Regula inquit, Qui noverint. Ergo si Laicus noverint, obligabitur.

Respon-

D. bij  
inciden-  
tis solu-  
tio.

Respondetur, olim in nostro Ordine, neque in alijs Religionibus (loquor nunc de illis, quæ à multis retrò sæculis floruerunt) non fuisse inter Monachos, laicorum & Choristarum (ut nunc) adinventam distinctionem. Neque enim aliquis ex antiquis rerum Monachalium Scriptor, hujus rei mentionem aliquam facit: sed omnes indifferenter ad Religionem admittebantur. Et inter hos, qui legere aut intelligere Horas noverat, ad earum recitationem tenebatur: qui verò literas nesciebant, excusabantur, & ita credi potest, quòd si quis literarum ignarus admittebatur, & is postea temporis decursu literas didicisset; licet eo tempore, quo eas ignorabat, ab officii per solutione excusaretur, postea verò de officio divino instructus, ex vi Regulæ ad illud tenebatur. Jam verò in Religionibus omnibus inducta est consuetudo, ab admissione & tempore probationis monachorum, alios Choro, (& hi Choriste sive Clerici) alios verò monasterij obsequiis corporalibus (& hi laici) nuncupantur deputari. Illi ad Horarum per solutionem, hi verò ad certas vocales preces earum loco tantum adstricti sunt. Secundum ergo hunc Religionum morem interpretanda, & observanda Regula est.

De Horis canonicis plura à nobis dici possent: sed quia tantum quæ ad nostrum propositum necessaria sunt, in hac Tractatione edere curamus; ideo his prætermisissis, ad ea, quæ potissimum Regulæ expositioni conducunt, deveniamus.

D V B I V M I.

Qualiter à Regula Fratres professi obligentur ad officium Divinum.

PRIMO certum est, maximè fuisse rationi consentaneum, & ad Ecclesiæ sacram politiam conducens, aliquas instituere & designare personas, quibus proprio munere incumberet, ut quotidie DEO totius populi nomine psalmos, & laudes, orationesque offerrent. Nam si Respublica temporalis homines habet militiæ mancipatos, qui noctu diuque ad civitatis custodiam excubant; cur etiam Ecclesiæ, quæ spiritualis Respublica est, non habeat suos milites deputatos qui eadem ratione vigilent contra spirituales inimicos, eoque clamando ab Ecclesiæ finibus arceant? secundum illud Esai. 26. *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes: tota die & nocte in perpetuum non tacebunt. Qui locus eo modo, quo Hieronymus intelligit, applicari etiam potest Ecclesiæ militibus, qui nec diebus, nec noctibus tacere debent, sed semper Domini clementiam deprecari.*

Isai. 26.

Secundò certum est, has personas deputatas, sive hos strenuos milites & custodes esse tam clericos (sive dicantur Clerici ratione Ordinis sacri, sive ratione beneficij Ecclesiastici) quàm Monachos. Et primò quòd ad Clericos pertineat officij divini recitatio, plura extant, tam Conciliorum, quàm sacrorum Canonum testimonia: de quibus videndi sunt Doctores Scholastici. Ad Monachos verò quando, & qua ratione hæc obligatio fuerit derivata, non satis constat. Cajetanus in *Summa* verbo (*Horæ Canonice*) fatetur, se nullo modo videre, qua ratione ad hæc Religiosi teneantur, nisi consuetudine, de qua utrum obliget necne, multum se dubitare ait Medina *C. de oratione, c. de ne-*

cessitate vocaliter orandi, oratione publica, absolventes, eos teneri. Loquuntur autem hi Authores, & nos etiam nunc loquimur de obligatione ex vi professionis: nam si aliàs per suam Regulam & statuta Monachi obligentur, nulla tunc erit controversia.

Communis sententia est affirmativa, quæ videlicet docet, Monachos omnes teneri ex præcepto Ecclesiastico ad divinum officium. Ita ferè omnes sentiunt tam Theologi, quàm Canonistæ, ut videtur est apud Sylvestrum verbo (*Horæ*) & alios Summistas: docet D. Antoninus. 3. par. tit. 13. Cap. 4. Soto lib. 10. de *Justitia* q. 5. art. 3. Quorum, & aliorum testimonia adducit, & amplificat Navar. in *Enchirid.* Cap. 7. num. 4. & cap. 21. n. 19. Cujus sententiæ fundamentum est, quia communis, & generali Ecclesiæ consuetudine, quæ legi habet vim, ita est declaratum. Sed præcipue, teste D. Antonino 3. par. ubi supra, ad officium divinum tenentur Religiosi, quorum institutum est vita contemplativa: quia hujusmodi (inquit) Religiones nos totum institutum sunt ad orandum pro se, sed etiam pro universalis utilitate Fidelium. Ad hujusmodi autem faciendam orationem in persona totius populi Christiani, sunt instituta Horæ canonicæ specialiter.

Sed certè, quamvis hæc sententia, quantum ad monachos sacris non initiatos vera sit, horum enim obligatio sola consuetudine nititur: tamen quantum ad Monachos jam sacris initiatos, ut certius judico, eorum obligationem in jure Ecclesiastico fundari. Nam cum Monachorum, qui olim majori ex parte laici erant (ut colligitur ex S. Thom. 2. 2. questione 199. ar. 8. ad 2.) temporum successu fors fuerit immutata, & eorum major numerus Clerici essent, & olim esset à jure determinatum, ut Clerici sacris initiati in Ecclesiâ publicis vigiliis, & preceationibus adessent, ut patet ex Cap. Clericos, & duobus sequentibus. 9. 1. distinctione, fiebat, quòd cum clerici monachi commode Ecclesiæ secularium non possent adire, necessum esset, ut ipsi monachi in suis monasterijs publice divinum officium peragerent. Et ob hanc causam in singulis monasterijs præter erectæ sancte Ecclesiæ: & ex tunc Monasteria in duo Monachorum genera dividi cœperunt: alterum eorum, qui choro & divinis laudibus vacarent; quòd ex illis Monachis constabat, qui sacris erant initiati: alterum verò eorum, qui (ut dictum est) alijs obsequiis deputabantur, qui Laici sunt appellati.

Dico primò, sive ratione consuetudinis, sive ob fundamentum nuper adductum, Religiosi omnes Choristæ, sive sacris initiati sint, sive non, ad officium divinum tenentur: inter hos autem strictiori vinculo tenentur, qui jam sunt sacris initiati, quàm reliqui Choristæ, qui ad sacros Ordines nondum promoti sunt: Quia illi & consuetudine, & lege Ecclesiæ obligantur: hi verò tantum consuetudine, quæ non semper obligat ad mortale. Imò non deficiunt docti Neoterici, qui meros Choristas temel aut iterum divinum officium omitentes, à culpa mortali excusent. Et eorum fundamentum est: quia valde durum videretur, & à pietate Christiana alienum, mittere aliquem in infernum sine evidenti ac certa ratione. Quare, cum non constet certò de obligatione talis consuetudinis, impium videretur eos ita facile condemnare.

Pro hac sententia, cujus modò examinanda non est locus, videndus est Arag. 2. 2. q. 83. art. 1. 2. dub. 4. con. 3. cui maximè favet Soto lib. 10. de *Justitia* q. 5. à S. Paulo

9. 5. ar. diderit motos ideòq non d vinum summi prædici confignis laut, sunt. Sancti O Imò hono bus quib Cor bect 55 ad a pot Pon itan de h mel cor Re cio du re in di tu ta de lip P a o Vid. Em manuel. à Josa Maria disjunct. 101. Tom. 1. fruct. Carn. Coris lend d. rati. ing. lar. par. 2. Tit. 6. 3. d. 6. s. 2. m. 339. Uti citatur in molis Jo. S. reth. He. ronym. Grant. nus. Jo. Bapt. Lib. 2. m. Francis. à S. Elis. Francis. Bonæ Spet. & Srephan. 9. 5. à S. Paulo

q. 5. ar. 3. Pro ipsius tamen quasi confirmatione addiderim, Choristas jam professos nondum promotos, qui in monasteriorum officijs occupantur, ideoque Choro interesse non possunt, aut qui alijs non docti sunt, aut minus experti, ut officium divinum commodè dicere possint, ex privilegio summorum Pontificum ad persolvendam integrè prædictum officium non teneri: sed Prælati habita consideratione subditorum, ultra officium B. Virginis, ad quod obligatos remansisse Pontifex voluit, aliquid aliud dicendum illis imponere possunt. Ita concesserunt Eugenius IV. Congregationi Sanctæ Justine, & Julius II. Congregationi Montis Oliveti: & Leo X. Ordini Camandulensium. Imò & prædictis Religiosis ob aliquam utilem, & honestam causam, officium præfatum omittentibus posse Prælaturum aliquas orationes injungere, quibus satisfaciant, indulget Eugenius Quartus Congregationi Sancti Benedicti Hispaniæ, ut habetur in *Compendio privilegiorum dicti Ordini num. 55.* ubi nullam eis imponit obligationem, neque ad officium Beatissimæ Virginis. Ex quo colligi potest, quòd, cum tam facilè in hac re dispensent Pontifices, non est credendum, ita arctam & strictam esse hanc obligationem. Ceterum (quicquid de hoc sit) illud inter omnes constat, eos, licet semel, aut iterum excusari possint, ratione tamen consuetudinis in universum omnes obligati.

Dico, Secundò, nostri Ordinis Religiosi ex vi Regulæ tenentur ad persolvendum divinum officium. Ita constat, & decernitur expresse in hoc Capitulo dicitur, *Hi qui horas canonicas cum clericis dicere norunt, eas dicant.*

Sed dices, An choro deputati nondum sacris initiati, qui ex vi nostræ Regulæ ad persolutionem divini officij tenentur, obligentur ad illud sub reatu mortali? Et ratio dubij est: quia Regula ex se tantum obligat ad culpam venialem, neque aliunde obligantur. Nam consuetudo, quæ in alijs Religionibus obligat, inter nos locum habere non potest. Quoniam nunquam nostri Religiosi, sicut alij, ratione consuetudinis compelli sunt divinum officium recitare. Quare tantum hæc obligatio orta est in Religione ex hoc Regulæ præcepto.

Vid. Em.  
manuel.  
à Jesu  
Maria  
discurs.  
101. Tom.  
I. fruct.  
Carm.

Respondeo. Mihi probabile, videtur ob prædictam rationem, eos, qui choro deputantur, solum teneri sub culpa veniali Horas canonicas recitare, quamvis probabilius & certius credam, adhuc eos, sicut & reliquos Religionum Choristas, sub culpa mortali teneri. Nam quamvis in Regula primùm fundata sit hæc obligatio: tamen ejus qualitas & modus obligandi, etiam in nostra Religione, ortum habuit à consuetudine, qua communiter apud omnes inductam est, Choristas, etiam sacris non initiatos, Horas prætermittentes peccare mortaliter. Et hic communis omnium consensus vim habet consuetudinis. Ac proinde certissimum judico, nostros Religiosos adhuc sub mortali obligari.

Dico tertio, Religiosos laicos, neque jure aliquo communi, neque consuetudine aliqua teneri divinum officium recitare. Hæc est tum communis Religionum consuetudo, quæ eos ab hoc onere liberat, tum etiam est communis Doctorum sententia; quicquid Palo Ianus, & Augustinus de Ancona relati ab Antonino *ubi supra*, in contrarium dicant, eo fundamento adducti, quia eo ipso, quòd applicati sunt ad cultum divinum, habent quasi beneficium Ecclesiasticum interpretantur, scilicet, vivendix eleemosynis vel redditibus

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

bus Monasterij, qui Monachis conceduntur ratione applicationis ad cultum divinum: & ex consequenti censent, eos teneri ad Horas, sicut & ceteros Choristas.

Contrariam tamen sententiam, ut communem, omnes amplectuntur. Cujus potissimum fundamentum est: quia laici in Monasterijs, corporalibus exercitijs, & in obsequium Choristarum, ut ij liberius DEO vacent, mancipantur, & sic eorum principale institutum est, activam vitam exercere. Et quemadmodum possent in Ecclesia institui Religiones absque Choro, ad vitam activam tantum ordinatæ, ut testatur Sanctus Thomas *secunda secunda questione 188. articulo. 2.* ita intra easdem Religiones potuit, & debuit duplex monachorum genus institui: quorum unum contemplationi tantum, vel contemplationi & actioni simul alterum verò vitæ activæ tantum, vel saltem principaliter astringeretur.

Præterea, quia loco divini & Canonici officij, in omnibus ferè Religionibus, laicis imponitur certus orationum numerus, quem explere tenentur, & quod suo modo divinum officium dici potest: quod solet brevius & facilius esse, ut illi non impediatur à debitis obsequijs Monasterio exhibendis, ad hoc tamen officium persolvendum, non est cur mortaliter obligentur, cum neque ex consuetudine, neque ex jure, neque aliqua alia lege eos mortaliter obligari, constet.

Neque in contrarium adducta ratio pro Paladano & Ancona urget. Quia etsi Fratres laici ex eleemosynis vivant: suo tamen modo pro populo Christiano orare censentur, in quantum alios orantes adjuvant, eos à curis alijs, & solitudinibus excusando, ut rectius, & attentius DEO vacent. Quod sufficit, etiam si alijs ipsi non orarent, ut justè monasterij eleemosynis sine redditibus vivant. Tenentur tamen Fratres laici ad officium divinum à Regula taxatum sub veniali tantum: nam non est aliunde, à quo obligentur, nisi à Regula. Hæc autem tantum obligat sub veniali.

Dico quarto, Religiosos teneri ad officium divinum, publicè & in communi in suis monasterijs peragendum, Hanc conclusionem docet Soto de *Justitia & Jure art. 4. ubi supra*, Navarrus de *oratione Cap. 5. nu. 11.* Sylvest. verbo (*Hora*) num. 10. & colligitur ex Clementina prima §. *ne igitur*, de celebratione missarum, & ex *Cap. 1. adjuncta glossa verbo (persolvat)* eodem titulo: ubi decernitur, Horas canonicas publicè in Ecclesia dici debere. Et ratione etiam constat: quia Monachi magna ex parte sunt sacris initiati: sed non est licitum, secundum jura (ut constat ex *d. Cap. clericos, & duobus sequentibus*) ut Clericorum conventus experts sit divini officij: ergo tenentur in communi Monasterio divinum officium recitare.

Ex quo inferitur, Prælatos Religionum teneri sub reatu mortali (si opportunitas adsit) divinum officium in suis monasterijs publicè & in communi persolvi curare. Dixi, Prælatos ad hoc teneri, quia hæc obligatio ad subditos non pertinet: imò neque ut horis publicè intersint, nisi alijs ex aliquo alio statuto sub reatu mortali obligentur. Quamvis Sylvest. (*ubi supra*) quem sequutus est Angelus verbo (*Hora*) existimet, eum, qui in consuetudinem duxerit Horis canonicis non adesse, vel si ob ejus absentiam, quando est sine rationabili causa, Ecclesia in celebratione divini officij magnam jacturam pateretur, ut putà, quia non sunt alij illud potentes competenter celebrare,

Xx

Vid. Ant.  
à Spiritu  
S. Dirs.  
Cor. Re.  
gul. loc.  
supra cit.  
n. 340.  
& seq.

LESU

Spirit.

II

III

IV

V

VI

VII

VIII

IX

X

XI

XII

Cle. 1.  
parag. Ne  
igitur, de  
celebra.  
Miss. &  
c. 1. ad-  
juncta  
glo. eod.  
titul.

Legend.  
Andreas  
nost. loco  
supra cit.



peccare mortaliter. Cujus in hac re opinio, quantum ad primum membrum, nempe quantum ad eum, qui ex consuetudine abest, mihi non probatur: quia consuetudo absque contemptu non inducit culpam mortalem, ut alibi latius diximus: licet de illis, ob quorum absentiam Chorus magnus & notabile patitur detrimentum, Sylvestri sententia probabilis appareat, quam sequutus est Cajet. verbo (*Hora*). Nam quamvis subditi, aliqua lege eos graviter obligante, adesse Horis non teneantur: tamen ex vi legalis justitiæ eorum absentia erit peccatum mortale: quia ex eorum negligentia Monasterium, notabile & magnum subit detrimentum, quando in ipso publicè divinum officium non recitatur, aut cum notabili irreverentia perfolvitur.

Illud tamen est certum, Religiosum legitime non occupatum si choro non intersit, peccare venialiter: tum primò, quia hæc est peculiaris Choristarum professio: tum secundò, quia ex vi juris & consuetudinis omnes tenentur publicè Horas perfolvere: tum tertio & urgentius, quia id nostra Regula præcipit illis verbis, *Eas dicant secundum constitutionem sanctorum Patrum, & consuetudinem Ecclesie approbatam*: Consuetudo autem Ecclesie est, ut publicè omnes in Choro conveniant: ergo ad minus ad veniale ex hac consuetudine obligantur: tum ultimò, quia non caret culpa gravi, aliquem esse alicui muneris vel ministerio deputatum, & tale ministerium non adimplere.

Sed circa prædicta quæret aliquis, quæ opportunitas adesse debeat, ut Prælati id curare teneantur? Respondeo, de hoc satis apud Authores non constare; colligi tamen posse hanc opportunitatem, & judicandum fore de ea arbitrio boni viri ex pluribus circumstantiis, existimæ nempe, ex numero Religiosorum, ex temporis opportunitate, ex loci commoditate, ex populi scandalo, & alijs occasionibus. Quibus pensatis, prudens Prælati arbitrat, an expediat necne, pro tunc divinum officium solvere. Sed quia præcipua pars chori ex Religiosorum numero constat: merito quis d ubi abi, qualis numerus sufficiat, ut Prælati teneantur cum eis perfolvere?

Respondeo, difficile esse etiam in hoc certam mensuram aut Regulam tradere, cum pendat ex varia in Religionibus Chori qualitate. Unde numerus, qui in una sufficeret, in alia esset minime conveniens. Ceterum quamvis existimem, certam regulam constitui non posse omnibus Religionibus communem: hoc tamen intelligo procedere in perfolutione divini officij, quando cum cantu celebatur: sic enim in Religionibus taxari solet numerus eorum, qui ad minus adesse debent in choro, ut divinæ laudes cum cantu perfolvantur. Tamen ut saltem recitentur publicè & in communi, sufficiunt quatuor, licet quidam duos sufficere velint, qui chorum componunt, & tantum ipsis assistentibus, chorus propriè dici potest. Testatur enim D. Isidorus chorum, in lege nova certo ac determinato numero non constare: ait enim *lib. 1. de Chotis Cap. 3. Chorus propriè multitudo canentium est, quique apud Judeos non minus à decem constas canentibus: apud nos autem incerto numero à paucioribus pluribusve sine ullo discrimine constat.* Hæc Isidorus.

Dico quintò, Non solum tenentur Prælati, ut publica officij divini in suis monasterijs recitatio fiat: verum etiam, ut divinum officium debitis horis, & statutis temporibus perfolvatur: ita, ut

mortaliter peccent, si extra statuta tempora recitentur. Ita docent Cajet. Verbo (*Hora*) §. 4. Sylvest. §. 9. Medin. *Cap. de oratione questione de Horis Canonicis recitandis dubio 1.* Navar. *lib. de oratione Cap. 3. num. 49. 56. & 78.* Quod ita intelligendum est, non quòd uno aut altero die tempus non observetur: sed quòd sepe mutetur, vel taliter mutetur, ut gravis pervertatur in recitandis Horis contingat. Hæc autem conclusio colligi videtur ex Clementina prima de celebratione missarum: ubi concilium Viennens. sic ait: *Ne igitur transgressiones invaliscant hujusmodi, aliisque veniant in exemplum: sancimus, ut illi ad quos id pertinet, omni negligentia vel injuria penitus relegata, circa reformanda præmissa, & eorum singula corrigenda, nec non ut in cathedralibus, & Regularibus, & Collegiatis Ecclesijs, horis debita perfolvatur sollicitè curent assiduitatem adhibere.* Hæc tenet Concilium. Quæ autem sint horæ debite, agunt Summistæ verbo (*Hora*) & inter juniores doctò Bellarmin. *to. 3. lib. 1. de bonis operibus Cap. 11.*

Ultimò dico. Ex vi nostræ Regulæ tenentur Religiosi chorum pro divino officio recitando adire. Id in primis colligo ex illis Regulæ verbis: *Hi qui horas Canonicas cum Clericis dicere norunt.* Quæ verba significant, simul cum clericis alios etiam Horas Canonicas perfolvere, ac proinde omnes simul recitare. Secundò colligo ex *Cap. de silentio*, ubi dicitur: *Statuimus, ut dicto Completorio silentium teneant, usque ad Primam dictam sequenti diei:* consta autem hoc non esse intelligendum de Completorio, nec de Prima singulariter dictis: nam sic posset quisquam Completorium usque ad undecimam horam differre, & Primam simili modo. Quare supponit Regula tam Completorium, quam Primam communiter ab omnibus recitari: & idem censendum est de alijs Horis. Tertio, quia etiam expressè in Regula non caveretur, ut horæ canonicæ perfolverentur ab omnibus simul: tamen, etiam si olim ad omnes Horas non convenirent, nunc verò tenentur ex vi illorum verborum. *Eas dicant secundum constitutionem Sanctorum Patrum, & consuetudinem Ecclesie approbatam.* Quam supra esse diximus, ut in choro publicè divinum officium certis horis ab omnibus recitetur.

*Eas dicant secundum constitutionem Sanctorum Patrum, & consuetudinem Ecclesie approbatam &c.*

## D V B I V M II.

Quid intelligat Regula per Constitutionem Sanctorum Patrum, & consuetudinem Ecclesie approbatam?

UT aperiamus Regulæ sensum, sciendum est, olim inter Monachos maximum dissidium fuisse circa modum Canonicis orationibus statuentium, ut patet ex Cassiano, præcipue ex *cap. 2. lib. 2. institutionum*. Per universam enim Ægyptum & Thebaidam certus & legitimus orationum modus ex Majorum constitutionibus (eodem teste Cassiano *Cap. 3. ubi supra*) observabatur. De hac ergo circa divinum officium Sanctorum Patrum constitutione fortè Regula loquitur, vel certè de ea, quæ apud Palæstinæ & Syriæ cenobis receptissima erat, de qua idem Cassian. *lib. 3. serm. per totum*

totum loquitur. Et hoc mihi magis probatur. Nam cum Majores nostri per multa secula in Palaestina cœnobij habitassent, credendum est, eos à Palaestina, & non ab Ægyptijs monachis constitutionem hanc accepisse. Qualis autem fuerit Palaestinarum in orando mos live constitutio, latius tractat idem Casianus lib. 3. per totum.

Secundò opere etiam declarare, quid significet Regula illis verbis: *Consuetudinem Ecclesie approbatam*. Cujus resolutio facilis est, si advertas id, quod nuper dicebamus: Ordinem nostrum initium in Palaestina partibus sumpisse. Unde Majores nostri semper Patriarchas Hierosolymitanos coluerunt, & Ecclesiam Hierosolymitanam, ejusque instituta, & præcepta in eo, in quo tenebantur, amplexi sunt. Quare et si in recitandis Horis antiquam Patrum Constitutionem amplederentur: eam tamen secundum consuetudinem & formam Hierosolymitanæ Ecclesie observabant. Unde usque ad nostra tempora, nempe, usque ad annum 586, in quo Sixtus quintus nobis Breviarium Romanum indulsit, perduravit. Regula igitur, cum præcipit dicere divinum officium secundum consuetudinem Ecclesie approbatam, sine dubio de consuetudine Hierosolymitanæ Ecclesie est accipienda.

Sed cum jam prædictam Breviarium Hierosolymitanum non sit apud nos in usu, non est cur modò immotemur amplius in investigandis illis Patrum Constitutionibus, & Hierosolymitanæ Ecclesie usis, & orandi consuetudine: cum jam, loco istorum, Constitutiones Romanæ Ecclesie, ejusque ritus in recitandis Horis Canonicis sequi tenemur. Qui verò sint hujusmodi ritus, & constitutiones, non est nostrum in hoc loco latius explicare: sufficere tamen, si breviter aliqua attingamus de his, quæ requiruntur ad officium divinum debite persolvendum.

Ea, quæ ad officium divinum, secundum Ecclesie Romanæ Canones, necessaria sunt, ad septem capita reduci possunt, nempe, ad integritatem, Ordinem, qualitatem, locum, tempus, attentionem, & devotionem: de quibus hæc Summissa. Primò ad integritatem divini officij spectat, ut nulla prætermittatur ex principalibus Horis, tam illarum, quæ ad diurnum, quam earum quæ ad nocturnum spectant officium. Præterea ad hanc reducitur, ut nulla ex minoribus partibus, ex quibus Horæ componuntur, prætermittatur: ut sunt Psalmi, Hymni, Lectiones, Orationes &c. nec non & alia minutæ partes, ex quibus hæc minores partes coalescunt, ut sunt versus, vel verba: in quibus omnibus, secundum majorem vel minorem quantitatem materiæ, magis aut minus delinquitur.

Secundò ut rectè officium persolvatur, ordo requiritur, qui in eo consistit, ut singula proprijs & debitis locis recitentur, ita, ut officia priorum Horarum priùs, & posteriorum posterius persolvantur. Si autem hic ordo ab aliquo in particulari prætermittatur, non erit nisi veniale, si alià justa causa non adstet: nam si ob rationabilem causam fiat, nullum erit peccatum. Si verò à Communitate hic ordo non servetur, grave erit peccatum, nisi id aliqua urgens causa postulaverit.

Tertiò, de loco, in quo divinæ laudes recitandæ sunt, diximus dèbò præcedenti: dum loqueremur de Horis publicè persolvendis. Privatum verò peragenti officium non est certus deligendum.

*Ihm. à Jesu Oper. Tom. 1.*

natus locus, ubique enim id perfici potest: quamvis ut loca turpia vitemus, consilium sit D. Ambrosij in illa verba 1. ad Timoth. 2. *Volo vos orare omni loco.*

De tempore verò officia divina persolvendi, cum distinctione loquendum est. Nam si loquimur de his, qui publicè officium dicunt, ut debite absque ullo peccato suo muneri satisfaciunt, debent officia sive partes totius officij statuta horis celebrare, de quibus diximus difficultate præcedenti. Orantes autem privatim, si sine justa causa tempora debita omittant, solum venialiter peccant.

Notandum est tamen, ex privilegio posse Generalem Ordinem cum Capitulo, vel saltem cum seniorum consilio, circa recitationem officij statutas horas determinare. Sic concessit Eugenius IV. Ordini beati Bernardi, ut in Compendio eorum haberetur verbo Divinum officium §. 1. & Martinus V. Cap. Generali Ordinis beati Hieronymi, ut haberetur in eorum Compendio, verbo officium divinum, §. 3.

Quintò requiritur attentio, quæ ab Authoribus triplex distinguitur: alia ad verba, alia ad sensum, tertia ad ipsam DEUM, qui oratur: de quibus latè Summissa, ubi supra.

Sextò Concilium Generale Lateranense requirit devotionem, ut divinum officium rectè persolvatur: ut patet ex Cap. dolentes de celebratione Missarum. Nomine autem (devotionis) intelligitur & interna mentis promptitudo ad DEUM laudandum, & externa promptitudo ad exteriores actus Religionis exercendos: ut ad genu flexendum, inclinandum, prostrandumve corpus. Hæc tamen devotio non cadit sub præcepto mortalis peccati.

Ad devotionem externam revocari potest, ut cum cantu divinum officium celebretur: hoc enim infirmorum animi excitantur ad laudes DEI, & tedium expellendum, quod ex prolixitate officij non raro oriri solet. Est autem cantus in Ecclesia utilissimus, ut latius contra hæreticos protulit noster sapientissimus Walden. Tom. 3. de Sacramental. tit. 2. & latissimè ferè omnes nostri temporis Controversarij.

Advertit tamen Waldensis Cap. 18. ubi supra, quòd, quamvis communi populo proficiat cantus, perfectis tamen viris interdum magis prodesse potest vox summissa, quam alta, ut ipse Augustinus libro 10. confessionum cap. 34. fatetur: ubi ait: *Tutius mihi videtur, quòd Alexandrino Episcopo archidiacono saepe mihi dicebat commemini, qui tam modico flexu vocis faciebat sonare lectorem Psalmi, ut pronuncianti vicinior esset, quàm canenti &c.* Unde D. Isidorus lib. 1. de officio cap. primo, Primitiva (inquit) Ecclesia ita psallebat, ut modico flexu vocis faceret resonare psallem, ita, ut pronuncianti vicinior esset, quàm canenti. Propter carnales in Ecclesia, non propter spirituales consuetudo cantandi instituta est, ut qui verbis non compungitur, suavitate modulaminis moveatur.

Ultimò, qualitas quoque officij observanda est, ita, ut Clerici formam Breviarj Romani sequantur: alia verò Religiones sive Congregationes, quæ ex speciali privilegio specialem habent modum recitandi, illum sequantur. Ita enim cavetur in Bulla Pij quinti in initio Breviarj posita. Et ad hoc reducitur, ut festivitates propriæ alicujus loci, Congregationis, aut Religionis, etiam si in Calendario Romano non sint appositæ, dummodo

modo alijs in prædictis Congregationibus vel Religionibus conuenero fuerit, eas solemniter celebrandi, debeant iuxta formam & tenorem Breviarj Romani recitari, ut habeatur in principio Rubricarum Breviarj Romani. Sed quia nos nouiter Romanum officium, Carmelitano relicto, suscepimus: congruum erit examinare hanc novam in Ordine subortam difficultatem de Sanctis, ac Solemnitatibus olim in Carmelitano receptis, & ex consuetudine antiqua recitatis, an possint nunc etiam sine Breviarj Romani præiudicio recitari.

### DUBIUM III.

An festa omnia sanctorum, aliæque solemnitates sint celebrandæ, quæ olim Ordo celebrabat, & officia sint recitanda, licet in Romano Breviario non habeantur?

Suppono primò in Ordine nostro proprium fuisse orandi modum ac Breviarium: quod etiam adhuc in æ antiquos carmelitas perdurat. Nam cum *Pius V.* in Bulla, quam de receptione Breviarj Romani edidit, exceperit à Romani Breviarj usum omnes illas Congregationes, quæ iam institutio dictum Breviarium ducentos annos antecesserat, dummodo constaret, illas alijs certis Breviarj usas fuisse: factum est, ut Carmelitarum Ordo proprium & antiquum Breviarium (etiam post editionem Romani) retinuerit: quod apud nos in reformatione etiam in usum fuit usque ad annum 1588. in quo à *Sixto V.* Romanum impetravimus.

Secundò præmittendum est, facultatem esse cuiusque Congregationi à *Pio V.* in dicta Bulla concessam, proprium omittendi Breviarium, & ad Romanum transfundi. Nam liberum est unicuique, proprio favori ac privilegio renunciare, & jus commune ac universale amplecti. Hoc tamen in Religione fieri debet, ut ibi præscribit *Pius V.* de consensu Capituli generalis, quod cum tunc habere non possent Fratres Discalceati, nec possibile esset talem facultatem à totius Ordinis Capitulo obtinere, à summo Pontifice similis facultas utendi Breviario Romano impetrata est.

Hæc igitur facultate consequuta, statim exortum est in Ordine dubium, an Festa Sanctorum ac aliæ solemnitates, quæ in Carmelitano celebrabantur, quæ tamen non erant in Calendario Breviarj Romani, deberent Romano Calendario inseri, & secundum ejus modum ac formam celebrari?

Cujus quidem dubij solutio satis facilis videtur. Nam sub initium ipsius Romani Breviarj in Rubrica prima, qua declarat Pontifex, de quibus festiuitatibus in Breviario Romano officium fieri debeat, habetur: *Officium sit duplex in festis, in quibus in Calendario apponitur vox (duplex) & in festis Sanctorum, qui apud quasdam Religiones consueverunt solemniter celebrari cum eorum octavis consuetis. & officium proprium à sede Apostolica approbatus, aut ex ejusdem sedis auctoritate receptus, aut recipiendus, servata tamen forma hujus Breviarj: alioquin de communi, etiam si prædicta festa in Calendario Romano non sint apposta. Eadem etiam verba repetit infra Rubri-*

ca secunda de officio semiduplici. Hæc Breviarium Rom. ut supra.

Quibus verbis quinque clarè & manifestè indicantur. Primum est, Ecclesiam non solum præbere facultatem prædictis Congregationibus, propria Sanctorum festa celebrandi: verum & id præcipere. Patet hoc ex ipsis Rubricæ verbis, in qua eodem tenore præcipitur, festa in Calendario apposta, ac propria cujusque Congregationis recitare. *Officium enim (inquit) sit duplex in festis, in quibus in Calendario ponitur vox (duplex) & in festis Sanctorum, qui apud quasdam Religiones consueverunt solemniter celebrari &c.*

Secundò ex prædictis verbis dicendum est, posse in Religionibus recitari officia propria de his Sanctis, etiam si hæc officia à sede Apost. non sint approbata: dummodo digna sint officia, ut approbentur, vel Religio eis utatur, animò à Sede Apostolica confirmationem impetrandi: quod patet ex illis verbis: *Cum eorum officium proprium, sedis Apostolicæ auctoritate receptum aut recipiendum. Quod si ista festa proprijs officijs non gaudeant, recitanda sunt secundum Commune, ut constat ex illis verbis, Alioquin de Communi.* Quare existimo, si de communi officium fiat, non requiritur aliam Apostolicæ Sedis approbationem, cum jam sit approbatum.

Tertiò licet colligere, tam in officio proprio, quam in alijs servandam esse formam à Breviario Romano præscriptam: quod indicant illa verba: *Servata tamen forma hujus Breviarj Romani.* Forma autem Breviarj Romani nihil aliud est, quam quod servetur modus in divino officio celebrando in Rubricis assignatus: nempe, ut si festum sit duplex, officium verbi gratia matutinum novem habeat lectiones, & post quamlibet Responsoria apponantur: Antiphonæ ante Psalmos, & post illos integræ repetantur: & alia quæ in dictis Rubricis præcipiuntur.

Quartò in his verbis considerandum est, illa procedere de festis proprijs cujusque Congregationis, quæ apud illas consueverunt celebrari, etiam si in Calendario Breviarj Romani apposta non sint, ut ex ipso verborum contextu pluraquam manifestè patet.

Ex quibus ultimò fit, quod quamvis Ecclesia non velit laudabilem Religionum propria Sanctorum officia rectandi consuetudinem de medio tollere: vult tamen, omnes Congregationes formam ac modum Breviarj Romani in recitandis officijs servare. Ex quo etiam inferitur (quod est maximè in nostro proposito considerandum) aliud esse in recitatione officij numerum Sanctorum, de quibus officium fieri debet: aliud verò formam, quæ in tali perolvendo officio servanda est. Quare liberum erat Ordinis Prælati, (imò & necessarium, ut infra demonstrabimus) post facultatem à *Sixto V.* recitandi Romanum concessam, proprias Ordinis festiuitates, sicut & antea (servata tamen forma hujus Breviarj) cum officio proprio vel communi celebrare. At quia tunc visum fuit, Apostolicam sedem de re tam gravi consulere, à *Sixto V.* postularunt, ut hanc sibi aliàs à jure concessam facultatem confirmare dignaretur. Sæpe enim contingere solet, rem aliquam aliàs communi jure concessam in specie à Sede Apostolica impetrari, ut patet ex *Cap. 1. de rescript. & c. quamquam 23.* distinctione eam similibus. Et certè si quid aliud petiit fuit, hoc præcipuum esse videbatur, ut officia Sanctorum propria auctoritate

Cap. 1.  
de rescript.  
Cap. quamquam 23.  
Ponu  
dist.

Pontificis approbarentur : quod diximus supra prærequiri in officijs proprijs Sanctorum, quæ in Calendario Romano non reperiebantur. Quod autem hoc contineret Ordinis petitione Pontifici facta, patet ex Bulla ejusdem Sixti Quinti in initio Quinterni Sanctorum Ordinis posita : ubi sic inquit :

*Sed quia jam diu vetus viget in vestro Ordine laudabilis consuetudo, dies festos in honorem Beatae MARIE, & quorundam Sanctorum solemniter celebrandi, nobis humiliter supplicari fecisti, ut Religiosum istud institutum auctoritate Apostolica comprobare dignemur. Ex quibus constat, à Sede Apostolica non fuisse postulatum, ut aliquid de novo concederetur; sed potius, ut comprobaretur, id est, approbaretur sive confirmaretur id, quod antea jure communi concessum erat. Concessit igitur, & approbavit Sixtus Quintus antiquam Ordinis recitandi de proprijs festis consuetudinem, ut pater ex prædicta Bulla : & insuper adjecit ; Dummodo tam in Missa, quam in recitandis Horis canonicis diurnis ac nocturnis, modum ac formam descriptam in Quinterno seu libello per dilectos filios nostros, Antonium Sanctorum Joannis & Pauli, Cavassam, & Vincentium, Sanctæ MARIE in via titularum, Presbyteros Cardinales Montis Regalis nuncupatos, de mandato vestro reviso, correcto, & approbato, in hoc servetur, & nihil penitus addatur vel minuatur &c. Prædicti igitur Cardinales in dicto libello seu Quinterno Beatae MARIE Virgini ac quibusdam alijs, paucissimis tamen Ordinis festivitibus officia propria designarunt : & plures alias ab Ordine consuetudine receptas omittentes, ullam de eis mentionem non fecere.*

Modò igitur præsens difficultas in eo sita est, an præter dictas festivitates in Quinterno à Cardinalibus designatas liceat in Ordine de alijs, quæ olim consuetudine erant receptæ, in Quinterno verò novo non sunt appositæ, propria aut communia officia recitare.

Pro parte negativa in primis urgent verba illa in prædicta Bulla appositæ *Modum ac formam descriptam per dilectos filios Cardinales &c. observetur, & nihil penitus addatur, aut minuatur.* Quare cum prædicti Cardinales numerum ac formam Sanctorum designaverint, minimè licere videtur, eis quidquam penitus addere vel detrahere.

Secundò, quia tempore Gregorij XIII. Romani pontificis, dum tota Religio reformaretur Carmelitanum officium, ab eo peiit, ut aliquas festivitates, de quibus fieri officium in Ordine consueverat, simul cum novo Carmelitano Breviario approbaret. Et quamvis Pontifex prædictum Breviarium confirmavit, festivitates verò alias, præter illas, quæ in illius calendario continentur, comprobare noluit. Igitur cum recitandi de his expresse sit à Sede Apost. denegata licentia, non videtur id nunc quoquo modo licere.

Tertiò, quia Ordinis Generalis Procurator fatetur, se alias festivitates, præter eas, quæ in Quinterno continentur, enixè procurasse, & obtinere à prædictis Cardinalibus non potuisse.

Quartò, quia olim celebrabantur festivitates plurimorum Sanctorum, qui secundum ab Ecclesia erant canonizati : quod secundum formam Breviarij Romani nunquam fit.

Quintò, quia illa Ordinis consuetudo fundamentò ullo non innitebatur, ac ideo potius corripitela dicenda erit.

Ultimò, quia fortè, si de omnibus, de quibus

*Thom. à Jesu Oper. Tom. L*

olim erat consuetum, officium ferer, non esset locus ferias ullas recitandi, atque adeò non servaretur forma Breviarij Romani.

Prima conclusio, *In Ordine licitè fieri officium potest de illis festivitibus, de quibus antea in ea officium fieri consueverat.* Primò probatur ex jure communi Rubricarum : nam hoc in Rubrica prima & secunda ( ut in initio hujus difficultatis dicebamus ) clarissimè decernitur : nec aliter exponi ullo modo illa verba possunt : nec credendum est, Sixtum V. in Bulla prædicta eis ullo modo contradicere voluisse : nec juris communis decisio abrogatur, nisi ei fuerit specialiter derogatum. At Sixtus V. in re lata Bulla non solum non derogavit communis Ecclesiæ Rubricis : verum eas expresse confirmavit. Nam postquam revulit Ordinis sibi factam supplicationem, ut laudabilem consuetudinem, dies festos beatae MARIE, & quorundam Sanctorum solemniter celebrandi, comprobaret, postea ait : *Nos itaque vestris inclinatis supplicationibus &c. ut officium prædictorum festorum ubique recitare libere & licitè possitis, auctoritate Apostolica indulgemus.* Ubi illa verba, *Prædictorum festorum*, referenda sunt ad illa, quæ in supplicatione continebantur, nempe : *Sed quia jam diu vetus viget in vestro Ordine laudabilis consuetudo, dies Beatae MARIE & quorundam Sanctorum solemniter celebrandi &c.* Quare cum in hac Ordinis petitione non fuerit Sanctorum numerus restrictus, nec limitatus : sed eorum omnium, de quibus consueverant officia celebrari, mentio fiat : manifestè colligitur, quòd illa verba, *Prædictorum Sanctorum*, quæ de his relationem faciunt, non sint limitanda, sed potius referenda ad omnes illas festivitates, de quibus in Ordine consuetudo erat, divina officia recitandi. Et sic summus Pontifex in hac Bulla approbat consuetudinem Ordinis absque ulla restrictione.

Secundò quia rescripta Pontificum exponi debent, juxta juris communis regulas, ut constat ex *Cap. cum causam, de rescript. Cap. licet de prob. ubi communiter Doctores.* Quare hæc Bulla interpretari debet juxta communes Rubricarum Ecclesiæ universalis regulas. Præcipuè, quia ferè semper vitari debet juris communis correctio, nisi hoc expresse intendatur, *Cap. cum expediat de electione.* Quare in nostro casu, absque dubio Sixti Quinti Bulla juxta communes Rubricas intelligenda, atque interpretanda est.

Tertiò, quia secundum receptam juris regulam, Quod in gratiam alicujus conceditur, non debet in ejus odium retorqueri. *Cap. quod in gratiam de reg. jur. lib. 6. juncta lege Quod in favorem Cap. de legibus.* Ergo si summus Pontifex hanc Bullam, quantum ad officia Sanctorum, in favorem & privilegium Religionis edidit, ut patet ex illis Bullæ verbis, *Auctoritate Apostolica indulgemus*, quæ gratiam ac privilegium sonant *Cap. cum Ordine de rescript. Cap. in his, Cap. dudum de privilegijs, traxeruntque Abb. Innocen. Hosten. Felin. & Decius Cap. primo de rescriptis*, cum alijs etatis à Menochio *conf. 39. volumine primo* : non est cur quis credere debeat, ab Ordine nunc per hanc Bullam fuisse ablaram facultatem, quæ antea illi jure communi Rubricarum competeat : quia jam non hoc privilegium, sed potius odium & Religionis damnum videtur, cum non solum favorem aliquem specialem non præferat, verum & id, quod aliàs jure erat concessum, de medio tollat, ac perimat : quod minimè in simili casu secundum juris Regulas præsumendum est.

Xx 3

Uti

Ultimò: quia si ob aliquam rationem nunc non liceret hæc festa recitare, maxime ob illa verba Bullæ, nempe: *Modum ac formam descriptam in hoc Quinterno observetis, & nihil penitus addatur vel minuat.* Sed certè si prædicta Bulla, & omnia ejus verba attentè considerentur, expressè in ea nihil aliud cavetur, quam ut officium fiat de omnibus Sanctis, de quibus antea erat in Ordine consuetum, servata forma à Cardinalibus præscripta. Et ita potius videtur quædam declaratio sive confirmatio primæ Rubricæ Breviarii Romani, in qua decernitur, ut ea officia celebrentur etiam nunc post receptum Romanum, quæ consueverunt in Religionibus celebrari, servata tamen forma Breviarii Romani, in sensu, quo supra hoc nomen (*forma*) exposuimus. Et ut hoc rectius & tutius fiat, in dicta Rubrica præcipitur, ut officia Sanctorum propria à Sede Apostolica approbentur. Hoc igitur omnino est, & non aliud, quod Sixtus Quintus in hac Bulla decernit: in qua primò quidem approbat consuetudinem Ordinis antiquam; deinde tamen vult, ut in earum Festivitarum forma assignanda, sive in officio proprio (quod idem est,) servemus modum à dictis Cardinalibus auctoritate Pontificia præceptum. Modum (inquam) ac formam, non numerum Festivitarum. Nam hæc saltem, quæ in consuetudine erant, jam erant approbatæ, tum à Sixto Quinto in dicta Bulla, tum à generalibus Rubricis. Solum igitur vult, servari formam ac modum recitandi à Cardinalibus designatum.

Et confirmatur, seu potius amplius declaratur. Nam hæc sunt verba generalis Rubricæ: *Officium sit duplex in festis Sanctorum, qui apud quasdam Religiones consueverunt solemniter celebrari cum eorum officio propriis à sede Apostolica receptis, aut recipiendis: servata tamen forma hujus Breviarii, alioqui de communi &c.* Ecce, quomodo etiã in consuetudinem Religionum proprias festivitates celebrandi approbet, reservat tamen soli Sedi Apostolicæ potestatem, officia propria & eorum formam examinandi. Quid ergo est aliud, quod hic Sixtus Quintus statuit, qui primis nostri Ordinis consuetudinem confirmat, & postea formam in officijs proprijs Sanctorum servandam, Cardinalibus prædictis examinandam ac constituendam reservat: cui neque addendum, neque diminuendum præcipitur.

Secunda conclusio, *Prædicti Cardinales à Sixto V. designati, nulla ratione limitarunt festivitates olim in Ordine consuetas celebrari.* Patet primò, quia in toto illo libello, sive Quinterno talis limitatio, aut restrictio non invenitur. Neque est argumentum sufficiens, imò neque apparens, illas festivitates tantum designasse & non alias: quia illic tantum egerunt de illis Festivitatibus, quæ officium proprium habebant, ceteras verò prætermiserunt, ut de illis fieri possit in Ordine officium de communi, juxta prædictam Rubricam in illis verbis: *Alioqui officium de communi fiat.*

Et confirmatur, quia quando in aliqua dispositione, seu constitutione aliquis casus omittitur, de eo judicandum est secundum regulas juris communis, ut tritum jurisperitorum proverbium habet. Quare, cum iste casus prætermisus sit à Cardinalibus, de eo ferendum est judicium secundum communes Rubricarum Regulas: ac promde, licet de his Festivitatibus propria officia non dentur, communia verò eis minime debent denegari.

Secundò, Quia, etsi Cardinales vellent, fortè non possent sine speciali à Summo Pontifice ad hoc eis concessa facultate, consuetas in Ordine olim Festivitates limitare: quia Summus Pontifex eas in initio Bullæ confirmat, & tantum Cardinalibus relinquit ac delegat modum ac formam, proprium officium examinandi: quod valde diversum est, ut ex superioribus patet, ab hoc quod est, denuò Festivitates aliquas concedere, aut ex concessis derogare. Quare ipsi non possent, ultra hanc facultatem sibi concessam, quicquam prædictarum Festivitarum numero addere, vel minuere. Et confirmatur: quia Cardinales à sede Apostolica non habuere facultatem addendi aliquas Festivitates, præter eas, quæ in Ordine erant in usu: ergo nec potestatem acceperunt aliquam auferendi. Antecedens ex Bulla patet, ac præinde & consequens.

Tertia conclusio: *Non solum in Ordine nunc est facultas, consuetas olim officia celebrandi, verum ad id tenemur eo modo, quo obligamur celebrare ceteras Festivitates in Calendario Romano annumeratas.* Hæc conclusio patet ex Rubrica prima, in qua utrumque eodem verborum tenore præcipitur, ut patet ex his, quæ superius diximus.

Hæc tria à nobis dicta, cum alijs, quæ de proprijs Ordinis Festivitatibus supra attulimus, in Academia Complutensi, communi Doctorum calculo ac subscriptione propria, ut vera & certa anno 1592. confirmata sunt. Subicijserunt enim huic nostræ sententiæ ex Theologis, Doctor Franciscus Martinez, Primarius Cathedrae Theologiae, & nunc meritis Canariensis Episcopus, ac doctissimus Pater Vazquez Societatis Jesu; & ex Canonistis, Doctor Salzedo, in priorum Canonum Cathedra Regens, ac Felicianus, Cathedrae Decret. & alij inferioris notæ.

Quarta conclusio: *Hæc festa, de quibus in superioribus conclusionibus actum est, non est necessarium, quòd sint propria, id est, de Sanctis proprio aliqujus Religionis: sed sufficit, quòd de eis in tali Religione consueverit officium recitari.* Hæc conclusio patet ex verbis tam Rubricæ primæ, quam Bullæ Sixti V. ubi tantum præcipitur, ut sint Festivitates, consuetæ in Religione aliqua celebrari. Quare non est opus, amplius in hujus conclusionis confirmatione immorari.

Ad argumenta in contrarium posita, Respondetur. Ad primum evidenter patet solutio ex dictis, nempe, quòd formæ à Cardinalibus præscriptæ nihil addatur vel minuat. Ex hoc tamen non sequitur, (ut sæpius jam adnotavimus) non posse fieri officium de alijs Festivitatibus in Quinterno à Cardinalibus prætermisissis, dummodo fiat de communi.

Secundum Argumentum non ingerit. Quia id, quod Gregorius observantia Fratibus Breviarium Carmelitanum retinentibus negavit, potuit concedere, imò debuit Sixto V. novæ Discealceatorum Reformationi: quia in ea exceptus jam erat usus Breviarii Romani, in quo cavetur, ut Religiones eo utentes recitent Festivitates proprias, secundum consuetudines receptas.

Ad Tertium dico, quòd dictum vel confessio Procuratoris Generalis nihil obest: tum primò, quia standum est juri scripto, ex quo constat, nobis concessam fuisse hanc facultatem: tum secundò quia potuit Procurator in hoc decipi, & fortè non percipere mentem Bullæ, nec Summi Pontificis. Quod viris sapientibus nonnumquam etiam contingere solet. Ad

Ad Quartum Responderetur, parum interesse, quòd in Ordine esset usus receptus recitandi officia aliquorum Sanctorum, qui nondum erant canonizati: quia hoc nonnunquam fit, & conceditur ab Ecclesia aliquibus Congregationibus: imò & olim antequam Sanctorum Canonizatio esset introducta, omnia officia fiebant de Sanctis non Canonizatis.

Ad Quintum Responderetur, iudicandum esse pro Religione quantum ad hoc, quòd maximum habuerit fundamentum recipiendi plura Sanctorum officia. Nam cum olim Ordinum Prælati potestatem haberent in suo Ordine proprium condendi Breviarium; non mirum est, si pij Sanctorum cultores proprijs officijs eos voluissent venerari: maxime quia cum Religio nostra, tum in Ecclesia Hierosolymitana, tum in Romana, pluribus annis florisset, necesse erat, ex utraque plures Sanctorum festiuitates recepisse. Et ut appareat hæc antiquissima Ordinis consuetudo aliquorum Sanctorum solemnitates recitandi, infra narrabimus, à quo tempore hæc festiuitates in Ordine consueverint celebrari.

Ad ultimum Responderetur. Adhuc, etiam si prædictæ festiuitates recitentur, locum ferijs relinquunt. Imò et si non relinquuntur, parum interest, dummodo seruetur forma Breviarij Romani. Imò hæc est mens ipsius Breviarij, ut dum officium duplex, vel semiduplex occurrerit, de feriis minime fiat. Sed oportet in hoc modum aliquem in Ordine seruari, & non ita amplè, ut fieri potest, hac uti facilitate. Quare hic annumerare decrevi, quæ sint festiuitates, quæ potissimum (eo modo quo antea) debeant observari: & similiter tempora recensere, ex quibus in Ordine recitantur. Quamvis de omnibus ferè festiuitatibus, de quibus olim consuevitur, nunc liceat officia celebrare: tamen oportet in hoc modum præfigere. Quia, etsi ut in plurimum vera sint, quæ superius probavimus; fieri tamen compellimur, amplam olim in Ordine fuisse licentiam, festa plura celebrandi. Quare oportet hic inter festiuitates discernere, & eas quæ maturè, & habito in capitulis Generalibus consilio olim fiebant, proponere, quibus absque ulla hesitatione aut scrupulo nunc uti liceat.

In primis, festiuitates omnes, quæ ad DEIPARAM Virginem MARIAM spectant, illis diebus & solemnitatibus, cum eorum octavis, quibus antea recitabantur, etiam modò recitandæ sunt. Nam cum sub sanctissimæ Virginis huius tutelæ Religio nostra militet; eam semper speciali devotione & honore est prosequenda. Quoniam, ut rectè Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, antiquus & grævis auctor, in oratione de Virgine DEI parente scripsit: *Quemadmodum continua respiratio non solum est signum vitæ, sed etiam causa: sic sanctissimum MARIÆ nomen, quod in DEI servorum ore assidue versatur, simul est argumentum, quòd sit vera vita.* Hæc ille. Quare huius Virginis laudes semper in ore Fratrum nostrorum tam publicè quam privatim versabantur. Et, ut nunc alia Ordinis statuta omittam, illud notare par est cum Paleonydorolib. 3. Cap. 10. ab hinc annis ferè trecentis festum Conceptionis in Ordine solemniter celebrari, Tholozæ Anno 1306. statutum fuisse. Deinde aliæ etiam festiuitates Virginis semper fuerunt in usu, & debent nunc observari: de quibus in Breviario antiquo Carmelitano constat. Solum restat aperire, quòd officium, quod semel in hebdomada de Domina nostra fieri solet, in Or-

dine fuerit introductum. Pro quo sciendum est: quòd in Capitulo Generali in monte Pessulano anno Domini 1369. celebrato ordinatum fuit, (teste Paleonydoro ut supra Cap. 12.) ut in Adventu semel in hebdomada fiat officium plenum de Beata Virgine: in quo capitulo fuit etiam designata forma officij. Idemque officium fieri in Quadragesima, statutum fuit in Capitulo Generali Podiensi, anno Domini 1375. præterquam in ultima hebdomada Quadragesimæ, ut idem auctor Cap. 12. narrat. Quando verò hæc immemorialis, & laudabilis Ordinis consuetudo, ut per totum annum semel qualibet hebdomada fiat officium DEIPARÆ, originem sumpsit, certè scriptum non invenio: fortè ita vetus est consuetudo, ut potius antiqua traditione, quàm scriptura aliqua niatur.

Præterea anno Domini 1342. in Capitulo Generali Lugduni celebrato decretum fuit, ut octavo fieret de Sancto Michæle. Paleonyd. lib. 3. Cap. 11.

Anno 1321. in die Pentecostes, celebrato Capitulo in monte Pessulano, statuerunt Ordinis Patres, fieri officium Novem lectionum de Sanctis, quorum nomina habentur in Canone Missæ; ac de sanctis Apollonia, & Barbara. Paleonydorus ubi supra.

Anno Domini 1339. in conventu Lemovicensi, Capitulo Generali habito, decretum fuit, ut de sancto Martiale, & Timotheo fieret festum duplex, sicut de uno Apostolo, & duplex festum etiam de sancta Ursula: insuper & novem lectionum de Sancto Mauro, & Saturnino. Paleonyd. ubi supra.

Anno Domini 1456. in Capitulo Generali Parisijs celebrato sancitum fuit, quòd de Sancto Lazaro fieret officium, sicut de uno Martyre & Pontifice. Paleonydorus lib. 3. Cap. 14.

Anno 1478. in Conventu Bixiensi statutum fuit, quòd fieret festum duplex, vel totum duplex de omnibus illis sanctis, & octavis, in quibus diebus & octavis concessa est indulgentia in Sixtina, hoc est, in Bulla Sixti IV. Et insuper quòd fieret festum 9. lectionum de Sancto Faustino & Jovita: de Sancto Honorato Episcopo & Confessore 24. Aprilis: de Sancto Erasmo Episcopo & Martyre 3. die Junij. Paleonydorus Cap. 15.

Præterea anno 1482. in Capitulo Generali Avenione habito ordinatum fuit, ut festum decem milium Martyrum esset duplex. Paleonyd. lib. 3. Cap. 14.

Hæc festa sunt, quæ usque ad sua tempora Paleonydorus scripsit. In quo quidem nescio, cui possit esse ambigendi locus, an possint nunc, sicut & antea, secundum formam Breviarij Romani de eis fieri officia: cum per tot annorum spatia in Religione horum Sanctorum festiuitates receptæ sint. Tum etiam omnes ferè in Calendario Romano annumerantur, licet non eisdem solemnitatibus, ac in ordine, celebrentur.

Præterea in secundo loco & gradu certitudinis recensere licet proprias Sanctorum Ordinis solemnitates, de quibus absque ulla hesitatione, etiam si canonizati non sint, dummodo in Ordine jam pridem sint recepti, eorumque festiuitates celebrandi viguerit consuetudo officium fieri potest.

In Tertio loco apponi debent omnes aliæ festiuitates Sanctorum, qui ab Ecclesia approbati seu canonizati sunt, quamvis in Calendario Romano non numerentur, dummodo eorum officia consueverint celebrari. Quæ autem sint hæc festiuitates,

IN IESU  
Spiritus  
II II  
III  
26

De alijs nonnullis festis de quibus officium recitabatur à Carmelitis antiquitus videndum est Petrus Thomas in Menologio Carmelit. part. 2. & director. Regul. part. 2. Tra 3. Diss. 6. num. 248

tares in Ordine, & quando instituta, videndi sunt Ordinis Historiographi, qui à tempore Paleonondori acta & gesta in Capitulis Generalibus recensuerunt: quos ego neque invenire, neque videre potui. Possunt tamen hæc festivitates elici ex Calendario antiquo Carmelitano. Præter hæc festivitates, licet in rigore juris alia possent recitari, omittenda tamen meritò sunt: tum, quia ad eorum officia peragenda non est ita certum fundamentum, ac in festivitibus prædictis: tum, quia nullus relinqueretur locus officium parvum B. MARIE recitandi: quod certè alienum à ratione, & indecorum Religioni, quæ sub patrocinio Virginis militat, videtur.

#### D V B I V M IV.

An post Breviarii Romani usum, in Ordine dici debeat Officium B. Virginis, sicut in Carmelitano consueverat?

**H**æc difficultas expeditam ac facilem habet solutionem. Nam Pius V. in Bulla, quam circa Breviarii Romani officium edidit, in primis licet ademerit omnibus recipientibus Breviarium Romanum obligationem recitandi in particulari officium B. Virginis: hoc tamen ira fieri voluit, ut in illis Congregationibus, in quibus antea in choro prædictum officium perfolvebatur, adhuc hæc laudabilis consuetudo permaneret: ut patet ex illis verbis: *Hoc autem concedimus sine præiudicio sanctæ consuetudinis illarum Ecclesiarum, in quibus officium B. MARIE Virginis in Choro dici consueverat, ita ut in ipsis scriberetur ipsa laudabilis consuetudo celebrandi more solito.* Hæc Pius V. satisque colligitur ex prædictis verbis contra Navarrum, qui *Miscellan. 70. de oratione* censet, olim fuisse juris communis præceptum recitandi officium B. MARIE: nam Pius V. solum hanc consuetudinem vocat, ac proinde in iure de tali præcepto non constat, licet iure particulari Religionum, aut Congregationum esset de hoc præceptum. Et cerè in nostra Religione dum Carmelitanum reineremus, officium B. Virginis non aliter, ac modò officium Romanum, Religiosos omnes, tam in particulari, quam in communi obligabat.

NAVARR.

Post hanc igitur Bullam Pij V. supposito, quòd in nostra Religione esset præceptum, sive consuetudo in Choro officium B. Virginis recitandi, non est dubium, quin modò eadem maneat obligatio: quamvis ab illa in particulari & extra Chorum omnes excepti sint. Difficultas ergo superest, quem comprehendat, sive astringat hæc obligatio in Choro recitandi: & an ad omnes in particulari, an verò ad Communitatem, sine hoc quòd ad singulos derivetur, vel denique ad Prælatum solum extendatur?

Vid. supra citat. Andree in nost. cap. 1. p. 2. s. num. 21.

Primus dicendi modus est aliquorum, qui existimant, omnes existentes in choro, dum officium B. MARIE perfolvitur, obligati sub mortali ad attentionem, & ad ceteras circumstantias, quæ in officio divino majori obligant. Quæ sententia his argumentis niti potest.

Primò, Quia cum obliget Chorum, ex consequenti manifestum videtur, quòd omnes etiam existentes in choro obligate debeat. Nam cum certum sit, quòd non obliget Chorum in abstracto & universaliter, fatendum erit, obligare membra & partes chori, quales sunt ibi existentes.

Secundò, Quia si non obligaret singulos, sepe contingeret, ut officium divinum in Choro absque attentione & intentione celebraretur: & sic idem esset, ac si non perfolveretur. Antec. patet. Quia est esset hominum conditio, ut in his, in quibus arte non obligantur, facile deficiant: & sic fieri posse, omnes non attendere. Tertio, videtur pro hac parte pugnare etiam communis Religionis consensus.

Hic tamen modus dicendi in primis non placet. Quia cum omnes in particulari ab hac conditione à Sede Apostolica excepti sint, durum videretur, eo ipso, quòd choro assistant, eos tam strictè & arte obligare: quia jam essent melioris conditionis non assistentes Choro, neque officium Virginis recitantes, cum ab his periculis & laqueis liberentur.

Secundò, Quia per hanc sententiam à Choro vitii timorati, & præcipue scrupulosi arcerentur, Et præterea laquei conscientiarum injicendi non sunt, dum salva veritate ac DEI honore fieri potest.

Secundus modus dicendi circa hanc difficultatem esse potest, officium B. Virginis obligare in Choro totam Communitatem, neminem verò in particulari: sicut in simili casu, de illo præcepto Genes. 1. *Crescite, & multiplicamini*, Divus Tho. 2. 2. q. 152. art. 2. ad primum censet. Qui affirmat, hoc præceptum Domini non obligasse omnes, & singulos homines: sed tantum ipsam multitudinem. Ubi distinguit inter debitum, & obligationem præceptorum: quòd aliud est debitum non à singulis, sed à tota multitudine adimplendum, & tunc non quilibet de multitudine tenetur: aliud verò, quòd à singulis impleri debet. Eodem modo videtur philosophandum esse in præsentem, nempe, quòd illud præceptum, ut officium in Choro perfolvatur, non obligat singulos, sed tantum totam Communitatem, neminem verò in particulari.

Sed objicies: quia prædictum præceptum, *Crescite &c.* licet neminem determinatè obliget, obligat tamen indeterminatè omnes, ita, ut tempore necessitatis tenerentur illud homines adimplere. Igitur simili modo, saltem tempore, quo pauci Choro assistunt, omnes ad attentionem tenebuntur: alia periculum esset, ut officium divinum in Choro sine attentione celebraretur.

Respondeo, Quòd licet verum sit, illud præceptum obligare singulos tempore necessitatis, ut bona, & major pars Theologorum fatetur, quia illud omnes ex vi sua, licet non determinatè, obligat tamen indeterminatè: tamen præceptum recitandi officium B. MARIE neminem, neque determinatè, neque indeterminatè in particulari obligat sub mortali: imò expresse voluit Pius V. singulos ab hac obligatione eximere: & idè tempore etiam necessitatis non obligantur sub mortali ad attentionem: sed satis est, quòd obligentur sub incurfione culpæ venialis ad eam attentionem, quæ ex natura rei annexa est officio divino.

Vel secundò Respondeo, quòd tempore necessitatis obligat existentes in choro, ut illud perfolvarur, non verò obligat ad attentionem: quòd est dicere, quòd hoc præceptum, ut officium hujusmodi fiat in Choro, obligat totam Communitatem in Choro assistentem, ut recitet illud: non tamen obligat singulos in particulari, sicut præceptum, *Crescite &c.* At si ita pauci adessent Choro, ut sine illis commòdè non posset recitari, tunc tenerentur illi omnes ad recitandum, licet non ad attentionem sub culpa mortali. Et hæc solutio secunda melior videtur.

Quòd

Quod si quis adhuc urget, quod *Pius V.* licet in particulari omnes ab hac obligatione absolvar, loqui tamen ibi videtur de illis, qui particulariter extra Chorum recitant, non verò de eis, qui Choro assistunt. Respondendum est, absolute absolutam fuisse à *Pio V.* omnibus in particulari prædictam obligationem, ut ex ipsa Bulla patet: & solum constat, voluisse hoc concedere sine præjudicio earum Ecclesiarum, in quibus prædictum officium dici consueverat. Et sic dicendum est, per illa verba voluisse Summum Pontificem singulos in Choro obligare, ut infra patebit.

Tertio objicit: si Papa relinquit Congregationibus antiquum morem & consuetudinem ab eis in choro servatam, ergo in illis Congregationibus, in quibus antea officium DEIP. Virginis singulos Chori obligabat, ut dictum est de nostra Religione, etiam nunc cum retinenda sit eadem consuetudo, eodem modo obligabit.

Adhuc prædictæ objectioni respondeo: etiam si olim omnes in Choro præsentés ad officium sanctissimæ Virginis obligarentur; tamen post prædictam Bullam *Pij V.* hanc obligationem cessasse videri: quia cum olim ad omnes pertineret obligatio recitandi in particulari, ex ea fiebat, ut in Choro omnes tenerentur. Quare cum à *Pio V.* illa obligatio recitandi in particulari, quæ hujus obligationis in communi erat principium, & quasi radix, quantum ad singulos sublata sit, ex consequenti etiam in Choro cessare debet.

Potest etiam alia tertia via hujus difficultatis nodus dissolvi, nempe, quod illa obligatio recitandi officium B. Virginis in Choro nec comprehendat singulos, ut primus modus asserbat; nec Communitatem, ut præcedens affirmabat; sed tantum ipsum Prælatum, pro quo oportet notare, Præceptum verbi gratia recitandi officium divinum, triplici via posse obligare Communitatem. Primum, ita, ut singulos comprehendat & obliget, quemadmodum fit nunc in Officio majori. Secundò, ut obliget tantum Prælatum ipsum, non solum ut recitet ipse, sicut & alij; sed etiam ut faciat Officium Divinum publicè in Choro sive Ecclesia recitari: quo sensu verè potest dici, quod obligatio persolvendi publicè Officium in Choro spectat ad Prælatum. Tertio potest præceptum Communitatem non pro singulis, sed tantum pro tota Communitate obligare, ut supra in secundo modo dicendi asserbamus: in quo sensu dicere possumus, Communitatem jam existentem in Choro teneri ad canendum vel recitandum publicè Officium, licet nemo in particulari teneatur eum alij recitare aut canere.

Juxta hanc triplicem obligationem, distinguimus hunc triplicem dicendi modum: inter quos 1. & 3. probabiles, & veriores videntur, præcipuè tertius, qui omnem obligationem in Prælatum refundit, quantum ad hoc, quod teneatur curare, ut Officium beatissimæ Virginis in Choro persolvatur.

Ad argumenta pro primo modo adducta

facilis est solutio. Ad primum, quod non obligat Chorum, sed tantum Prælatum: vel si Chorum, tantum obligat ipsam Communitatem, neminem verò in particulari. Neque in hoc est, cur timendum sit de periculo defectus attentionis: nam licet tunc singuli non obligentur ad eam sub mortali, obligantur tamen sub veniali: quod sufficit, ut omnes debitè persolvant. Quod si periculum sit, ut aliquando omnes huic debitæ attentioni deficiant; hoc parum refert: nam simile periculum posse inveniri, quamvis obligaret sub mortali. Et ex hoc patet solutio ad secundum Argumentum.

Ad tertium respondeo, hanc non esse communem Religionis consensum, sed potius multos de hac re hæsisse comperi: quorum scrupulis cupiens satisfacere, hanc addidi difficultatem, de qua per pauca, aut nulla apud Auctores, qui post Bullam *Pij V.* scripserunt, inveniuntur.

## IN TEXTV

ibidem.

*Qui eas non noverint, XXV. vicibus Patet noster &c.*

Circa hanc Regulæ partem primò ex superius Callatis constat, Fratres laicos non teneri ad Antonij Horas Canonicas, sive Officium Divinum: sed à spiritu tantum ad illas orationes, quæ hinc in Regula imponuntur, quæ breviores, ac faciliores sunt. Quia cum eorum munus & destinatio sit corporalibus exercitijs studere, (ut rectè observat Corduba in hunc Reg. B. Francisci Cap. 3. & ibi omnes Expeditores, & nos infra latius in Cap. de labore manuum prosequemur:) non oportuit, eos graviore orationum sive officij onere gravari. Constat etiam ex dictis, sub veniali eos obligari ad prædictum numerum orationum à Regula statutum.

Dubitari tamen posset, an etiam sub culpa veniali teneantur prædictas orationes persolvere temporibus determinatis? Respondeo, id probabile videri: quia hæc officia à Regula eis imponuntur divisim sub nomine *Prima, Tertia, &c.* ex quo apparet, voluisse Regulam eos prædictis temporibus hæc orationes adimplere, Tum etiam, quia cum hæc officia instituta sint, ut animi devotio non extrinquetur, sed subinde orationibus ac precationibus per determinata intervalla exciteretur: non satisficient huic intentioni, si id debitis horis non faciant. At cum occupati fratres laici fuerint, non debent in hoc nimis esse solliciti, neque scrupulosi: nam eorum potissimum munus circa laborem corporalem exercendum versatur. Et hæc de Horis Canonicis,



Basilii in  
Brevior. 4  
85. Bened.  
6. 33. sua  
regul.  
Et reg.  
monacho.  
6. 2. & 3.  
D. Franci.  
6. 6. reg.  
Augusti.  
3. statu.  
Caribus. 2  
p. c. 19.  
De distri-  
butione in-  
firmis fa-  
cienda.  
Reg. Fran-  
cis. c. 9.  
& 6 in fi.  
Augusti.  
6. 4. &  
17. De in-  
firmorum  
necessitate  
sublevan-  
da.  
Angu. re-  
gula c. 9.  
& cap. 18  
Reg. Mo-  
nacha-  
rum c. 49  
De infir-  
mis Bene-  
dic. c. 36.  
& c. 37.  
De Seni-  
bus. & in-  
firmis.  
Et regula  
Societa.  
Iesu 3. p.  
constituit.  
c. 1. nu. 17.  
Regula  
Monacho-  
rum prope  
finem.  
De distri-  
butione  
per fra-  
trem fa-  
cienda. c.  
16.  
Item agit  
Basilii in  
breviori-  
bus. reg.  
87. & 91.  
Benedict.  
6. 31. &  
33.  
Regu.  
Mon-  
achorum.  
6. 2. & 3.  
De modo  
servando  
in distri-  
butione.

# CAPUT VIII.

## De abdicatione proprietatis.

### TEXTVS.

**N**ullus Fratrum sibi aliquid proprium esse dicat: sed sint vobis omnia communia, & di-  
stribuatur unicuique per manum Prioris, vel per Fratrem ab eodem ad idem  
officium deputatum, prout cuique opus fuerit, inspectis etatibus, & necessitatibus singulo-  
rum.  
Asinos autem sive Mulos prout vestra ex postulareris necessitas, vobis habere liceat, &  
aliquot animalium, sive volatilium ad nutrimentum.

### GLOSSA VIII.

**E**X hoc Capite nonnulla deducuntur conclu-  
siones. Prima, nullum Regularem ex rebus  
Monasterij aliquid sibi proprium nec habere, nec  
verbo appellare posse. Secunda, omnia Mon-  
asterij bona esse omnibus communia. Tertia, ut hæc  
ita intelligantur communia, ut non sit uniuscuius-  
que, ea sibi propria auctoritate vendicare: sed om-  
nibus omnia per manum Prioris, vel per alium  
Fratrem ab eo designatum distribuuntur. Quarta  
docet, hanc distributionem faciendam esse inspe-  
ctis singulorum etatibus, & necessitatibus, ita, ut  
Regula & mensura distributionis sit maior vel  
minor necessitas. Quinta, licitum nobis esse asi-  
nos, sive mulos in communi possidere, & insuper  
aliquot animalium, sive volatilium ad nostrum  
nutrimentum.

Ex qua sexta & ultima elicitur conclusio:  
præter asinos, & mulos, aut prædicta animalia ad  
nutrimentum, non licere nobis in communi red-  
ditus, aut possessiones, aut aliquid aliud immobile  
possidere.

Hæc sunt, quæ Regula hæc brevi sermone  
complectitur. Quæ omnia ad votum paupertatis  
spectant: & sic à nobis alibi discutienda, hæc ta-  
men breviter attingenda erunt: & potissimum ea,  
sine quibus littera hujus Capituli nequit commodè  
intelligi.

Circa hoc Cap. præmittendum est illud ab  
Innoc. IV. in aliquibus fuisse correctum & decla-  
ratum. Nam olim in Regula B. Alberti sic erat  
scriptum: Nullus fratrum sibi dicat aliquid esse pro-  
prium: sed sint vobis omnia communia, & ex his,  
quæ vobis Dominus dederit, distribuatur unicuique per  
manum Prioris, id est, per hominem ab eo ad idem offi-  
cium deputatum, prout unicuique opus fuerit, inspectis  
etatibus & necessitatibus singulorum: ita tamen, ut si-  
cut præmissum est, in deputatis c. illis singulis maneat,  
& ex his, quæ sibi distributa fuerint, singulariter vi-  
vant. Hæc Albertus in hoc Capite.

Innocentius igitur hic in primis correxit Re-  
gulam in illis ultimis verbis: Ita tamen, ut sicut præ-  
missum est in deputatis c. illis. &c. Nam, Innocentius  
non singulariter eos in omnibus vivere permisit,  
sed ad commune refectorium convenire præcepit.  
Quare ablata sunt in ejus mitigatione hæc  
ultima verba, & loco illorum alia posita sunt in  
hoc Cap. (quæ prima facie fortè alicui minus apta,  
aut frivola videbuntur,) nempe, Asinos autem sive  
mulos vobis habere liceat. &c. Cujus licentia aut per-

missionis Albertum non meminit. Quorum ergo  
(dicit quis) Innoc. prædicta verba in hoc Cap. præ-  
fixit: aut quæ magna facultas vel permissio est hæc, Regula  
Asinos sive mulos, & aliquot animalium sive vo-  
latilium possidendi?

Illud tamen certum est, Innocentium non ab-  
re, neque sine consilio illa verba, Asinos autem sive  
mulos &c. addidisse. Per illa enim amplius hoc  
Regulæ caput declarare intendit: nam (ut ex præ-  
fatione ejusdem Innocentij constat) Ordinis Pro-  
fessores ab eo inter alia postularunt, ut quædam  
dubia, quæ in Regula ab Alberto tradita continen-  
bantur, declarare ac corrigere dignaretur. Nam  
inter fratres, (ut in speculo Ordinis dicitur,) circa  
hoc cap. prout in Alberti Regula jacebat, magna  
dubitatio exorta fuit, an per illa verba, Nullus fra-  
trum sibi dicat aliquid esse proprium, sed sint vobis om-  
nia communia, & ex his quæ vobis Dominus dederit  
&c. tenerentur non solum ad paupertatem in par-  
ticulari, sed etiam in communi servandam. Quæ  
certè dubitatio ante Innocentium IV. tempore Gre-  
gorij IX. pullulavit.

Cujus causa Fratres Gregorium IX. pro ejus  
solutione adisse fertur: qui postquam Regulam ab  
Alberto traditam anno Domini 1230. Pontifica-  
tus verò sui anno 3. confirmavit, sic circa pauper-  
tatis articulum servandum decrevit. Ex offi. 11. no. Bulla  
sibi debita circumspectione tenemus sollicitam exhibere Gregorij  
cautelam, ne ij, qui lotis pedibus ascenderunt orare cum IX. circa  
Domino, iterum eos coinquent, à contemplationis speculum  
cula descendendo: & ne resumendo terrenas facultates pauper-  
abjectas, quasi quadam indumenta corporis habeant, tati-  
unde teneantur, incassum cum spiritalibus nequitis  
pugnaturi. Hinc est, quòd cum lotis pedibus montem  
Domini ascenderitis, vacantes contemplationibus cele-  
stium, & assumpseritis contra malignos spiritus iusta-  
men, terrenis omnibus abdicatis: nos profectui vestro  
aspirantes, auctoritate presentium districtius prohibe-  
mus, ne in proprietatem de cetero eremi vestra loca, vel  
possessiones, sive domos, aut redditus alios recipiatu illo  
modo, vel presumatis habere, præter asinos, mulos aut  
aliquot animalium, sive volatilium ad nutri-  
mentum. Hanc Gregorij declarationem eisdem  
verbis fecit Innocentius Quartus anno secundo  
sui Pontificatus, antequam Regulam confirma-  
ret: qui eandem Gregorij Bullam eisdem verbis re-  
petit, ut videri est apud Paleonidorum libr. 3. Cap.  
5. & 6. & in speculo Ordinis, ubi etiam prædictæ  
Bullæ recensentur.

Cum verò Fratres anno 4. Pontificatus eja-  
dem Innocentij, ab eo Regulæ correctionem, de-  
clara-

Benedict.  
6. 34. sua  
Regula.  
Et Regula  
Monacho-  
rum, ut  
supra.

Quæ ita  
natura  
in hoc  
addidit

Et Ro-  
gula Cat-  
melan-  
ad ac-  
disti-  
mam ob-  
ligatur  
pauper-  
tatem,  
tam in  
particu-  
lari quam  
in com-  
muni.

incident  
sancti-  
dubita-  
tion.

clarationem, & mitigationem petent, inter alia, quæ Innocentius IV. declaravit, illud potissimum dubium fuit, quod ad pauperatam in communi, & hoc fuit in causa, ut pauperatam in communi, & omnium reddituum, & possessionum expoliationem, præter asinos, & aliquot volatiliam, Innocentius IV. in Regula, à nobis habenda, decreverit. Quod illis verbis factis declaravit: *Asinos autem sive mulos &c.*

Ex quo clarè constat, ex vi Regulæ nos, tam in particulari, quam in communi, arctissimam pauperatam profiteri: cojus etiam paupertatis idem Innocentius IV. post hujus Regulæ confirmationem, eodem mente & anno, quo Regulam confirmavit, in quadam Bulla mentionem facit, dicens: *Hinc est, quod cum dilecti filii, Prior, & Fratres Eremitæ de monte Carmeli, abdicatis seculi opibus, titulum paupertatis sibi elegerint, ut mente & corpore expediti, liberam & acceptam valeant impendere Domino servitium: nullas possessiones neque proprium, quo sustentari valeant, possidentes &c.* In qua Bulla, nostram etiam proponens Fidelibus pauperatam, eos ad elargitionem elemosynarum Ordini faciendam allicere intendit. Nec non idem Innocentius anno II. sui Pontificatus, ratione hujus paupertatis Ordinem exemit à decimarum solutione, ut in quadam Bulla, quæ in Speculo Ordinis refertur, ait: *Cum itaque ex tenore petitionis vestrae percepimus, quod Ordo vester nullas possessiones habeat: sed vos de fidelium elemosynis duntaxat elargitis sub regulari habitu sustentari: Nos paupertati vestrae &c.* Hæc autem Bulla annis 6. post mitigationem concessa fuit.

Patet igitur ex dictis, quid significant illa verba, *Asinos autem &c.* & quorum appositæ sint in hoc Cap. Nam per illa expresse declaratur, nos nullas possessiones, neque redditus, neque quidquam aliud in communi habere posse, præter asinos, sive mulos, & aliquot animalium &c. Quæ altissima paupertas licet ex altis Bullis Pontificum non constaret, sufficientissimè tamen his verbis (*Asinos sive mulos*) probaretur. Nam quorsum, ut in initio dicebamus, si nobis possessiones, redditus, domos, aut alia bona possidere liberum est, in specie conceditur, ut *asinos autem mulos* licet possideamus? Certè ridicula esset hæc concessio, nisi aliàs esset singularis exceptio, qua nobis, quibus quidquam in communi ex Regula possidere non licet, conceditur, ut *asinos sive mulos* habeamus. Et hæc exceptio, secundum juris axioma, Regulam firmat in contrarium.

At quamvis ex Regula, de hac paupertate constet: adhuc restat dubium, an hæc eadem in communi paupertas ex Reg. prioris B. Alberti quoquo modo colligi possit?

Respondet, hanc pauperatam collegisse Innocentium ex illis verbis Regulæ Alberti, quæ in hoc Cap. referuntur, nempe, *Sint vobis omnia communia, & ex his, quæ vobis Dominus dederit, distribuatur unicuique &c.* Quibus verbis factis indicatur, Fratres ex elemosynis debere vivere. Et sive ex hoc Cap. Regulæ B. Alberti, sive ex alio idem Innocentius desumpsit, id omnino certum videtur, hanc declarationem eum secundum Alberti mentem fecisse. Quod mihi illud argumentum efficaciter suadet, quia Innocentius in hac Regula tantum intendit, vel declarare dubia, vel graviora Regulæ onera moderari: at si ipse ex suo mente B. Alberti Regulæ strictissimam hanc pauperatam addidisset; non

mitigare, sed augere Regulam Alberti diceretur. Quare si tantum in hoc declaravit, ejus declaratio elicienda erat ex prioris Regulæ mente. Patet igitur ex dictis in hoc Capite, tam de paupertate in communi, quam in particulari sermonem fieri. Quare breviter de utraque agendum erit: & prius de paupertate in particulari, ut litteræ ordinem sequamur.

*Nullus fratrum sibi aliquid proprium esse dicat.* Recolendum est in primis, pauperatam, quam Religiosi colant, esse in duplici differentia. Altera est privata tantum, quæ est de essentia voti paupertatis, per quam quilibet Religiosus abdicat à se capacitatem dominij, & alterius cujuslibet juris ad exteriora bona: potest tamen in communi possidere, in quantum in sua Religione redditus & possessiones habentur, ut contingit in Ordine Cathedralianorum, Benedictinorum, &c.

Altera paupertas in communi dicitur, per quam nihil omnino neque in communi, neque in particulari possidetur: quæ non solum ad personas, sed etiam ad Conventus, quantum ad redditus & immobilia bona extenditur: quam Sanctus Franciscus, & ejus ductus exemplo Dominicus suo Ordini servandam reliquerunt, & ante ipsos (ut supra demonstravimus) nostri Ordinis profectores ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano simul cum Regula acceperunt. Prædicta igitur verba, *Nullus fratrum sibi aliquid proprium dicat*, an ad pauperatam in communi, an verò in particulari pertineant, opus est ut explicemus.

## D V B I U M I.

*An illa verba, Nullus Fratrum sibi aliquid proprium &c. intelligantur de paupertate in particulari?*

**I**N hoc dubio nulla dissentendi occasio est, cum clarè constet, prædicta verba, *Nullus Fratrum sibi aliquid proprium esse dicat*, de paupertate in particulari esse accipienda. Quod ut manifestius fiat, annotare in primis oportet, Religiosum nulla ratione posse dominium aut proprietatem ullius rei possidere, ut distinctum est in Lateranensi Concilio sub Alexandro Tertio, parte prima, cap. decimo & ter. novissimè in Tridentino sessione 25. Capite 2. Conc. Trident. stat. citato ex varijs Patrum testimonij. Urbanus Urbanus primus in Epistola, seu Decretali de paupertate loquens, sic ait: *Quicumque vestrum vitam communem suscepit, & vovit, se nihil proprium habere, videat, ne sollicitationem suam irritam faciat.* Cassianus libro de institutis renuntiantium, capite 3. de Ægypti Monachorum paupertate loquens, *Nulli* (inquit) *ci-stellam, nulli peculiarem sportellam liceat possidere, nec tale aliquid, quod ut proprium retinens, suo debeatur commanire signaculo.* Divus Basiliius in Constitutionibus monasticis Capite 35. *Debet* (ait) *pietas cultor, qui vitam communem amplexus est, ab omni privata rerum possessione liber esse.* D. Benedictus in sua Regula cap. 33. *Neque aliquid quis presumat habere proprium, nullam omnino rem, neque codicem, neque tabulas, neque graphium, sed nihil omnino.* D. Augustinus in tribus Regulis, quas condidit, idem latè prohibet.

Omnes

Omnes denique Religionum institutores hoc perpetua traditione senerunt, ut omnes monasticae vitae professores nihil omnino proprium possiderent. Imò hanc proprietatis abrenuntiationem intrinsecam esse Religionis statui, satis ubique constat: ac proinde omnes Religiosi speciali voto, omnium rerum dominio ac possessioni renuntiant. Quod & necessaridè debere ita fieri, alibi ex eo principio ac fundamento colligebamus, quia, cum Religiosi sui juris non sint, ac suae libertatis dominium non habeant, sed illud in Praelatorum potestatem per traditionem, quae in professione fit, transferant; necessaridè sequitur, eos nihil habere, neque possidere posse, non aliter ac si servi essent.

Cujus rationis sive fundamenti Benedictus Cap. 33. suae Regulae meminit: ubi cum docuisset, nihil omnino proprium à monachis esse possidendum, rationem sic reddi: quippe quibus nec corpora sua, nec voluntates suas licet habere in sua propria potestate. Eodem ferme modo in hoc proposito arguit. D. Aug. in sermone de communi vita clericorum, relato in Cap. non dicatis, 12. q. 1. dicens: Cum hujus Congregationis Fratres se per obedientiam penitus aliorum potestati subdiderint: certum est, eos nihil habere posse. Quasi dicat, ex eo, quod quis est sub alterius potestate constitutus, necessaridè sequitur, quod nihil in sua potestate possidere, neque habere possit: sicut contingit in seruo ac in filio familias: sed quia de hoc latius, dum de Paupertatis voto ageremus, disseruimus, ne eadem saepius repetamus, ab his super sedendam diximus.

Ex his factum est, quod, cum Religiosi per votum paupertatis ab omni possessione & proprietate, imò & habendi capacitate denudentur, non solum nihil proprii illis habere conceditur, verum nec quicquam oretenus proprium appellare patres, ac Religionum institutores permittunt. Quam consuetudinem in Ecclesia Primitiva fuisse accuratè observatam, ex Actibus Apostolorum capite 4. accepimus, ubi dicitur: Nec quisquam eorum, qui possidebat, suum aliquid esse dicebat. Unde Basiliius in Regula brevior. hanc (ethi rigidam) protulit sententiam: quae est enim 8. sic ait: Qui dicit, suum aliquid esse, seipsum alienum reddi: ab Ecclesia Dei, & Charitate Domini. D. Augustinus sermone 1. de vita communi clericorum, Quantum (inquit) possumus, imitemur sanctos, de quibus loquitur lib. Act. Apostol. Nemo dicebat aliquid proprium. Idem docet in Epist. 109 ad Monachos, & clarè in sua regula praecipit, dicens: Non dicatis vobis aliquid proprium. A quo mendicavit Gratianus celebrem illum textum Cap. Non dicatis 12. q. 1.

Cap. dicitis. 12. q. 1.

Chrysostomus suae aetatis Monachos commendans, ait: Non est ibi meum ac tuum: sed hoc verbum penitus eliminatum est, multorum causa malorum. Et Conc. Milanense part. 1. Cap. 7. quod habetur in 5. Tomo Conciliorum, de Religiosorum paupertate tractans, ait: Tuum, & meum, atque omni possessio, re & verbo omnino tollatur. Sed & illud magis mitandum est, ita hunc ritum inter antiquos Monachos fuisse observatum, (Cassiano teste ubi supra) ut etiam, qui inconsideratè proprium aliquid appellabat, illo tempore puniretur. Ac denique hanc observationem in suis Monasterijs ita florere, Magnus ille Basiliius praepoptavit, ut etiam Religiosorum proprios parentes communi nomine appellandos decerneret.

Horum igitur Patrum, imò & potiùs Scripturae vestigijs nostra inherens Regula; meritò in

hoc Cap. decernit, ut nullus Fratrum sibi aliquid proprium esse dicat, quasi à fortiori sumens argumentum. Si enim aliquid proprium vobis etiam nominatè prohibeo: quòd magis neque habere neque retinere concedam? Quare in hoc Cap. utrumque horum prohibetur: & possidere aliquid proprium, insuper & proprium aliquid dicere: licet illud tanquam intrinsecum voto paupertatis praesupponatur; hoc verò tanquam utile ad ejus observationem expresse decernatur. Sic enim Gerlon in opus contra proprietarios in similibus verbis circa Regulam Augustini consideravit, dicens: Si ergo expresse prohibet Augustinus verbum proprietatis, à fortiori & factum.

Inquitet aliquis, an proprium aliquid dicere, Legem in nostro Ordine peccatum sit? Navarr. d. Cap. supradicti. Non dicatis n. 1. tunc hoc existimat esse peccatum, quando quis non solum voce, sed re appellaret, & crederet sibi aliquid proprium: minime verò peccatum censet, si quis sibi rem usui à Praelato concessam, propriam appeller. Alij verò Canonistae, ut sunt Archidiaconus, Cardinalis, & Alexander, in Commentariis dicti Capitis Non dicatis, & alij Expositores Regulae D. Augustini sentiunt, Religiosum peccare saltem venialiter, qui absolute liberos, cellam, aut vestes, aut quid aliud proprium appellat. Quod etiam nobis videtur necessaridè affirmandum: quia cum nostra Regula ad majorem paupertatis observantiam id clarè praecipiat, & haec obliget ad peccatum veniale, non video, qua ratione ij possint excusari, nisi ignorantia, aut inconsideratione faciant.

Secundò Queret aliquis, quando peccabit quis contra votum paupertatis, aliquid proprium sibi retinendo?

Hac difficultas longiorem petit disputationem, quam nos late prosequuti sumus in Tractatu de voto paupertatis. Breviter tamen respondeo. Toties quouscunque rei dominium, proprietatis, movens, sive possessio, jus, vel administratio, usus fructus, vel usus possideretur, sive quilibet alius actus domini exercetur, sine Praelati tacita vel expressa licentia, toties peccatum est proprietatis ex suo genere, majus vel minus secundum majorem vel minorem gravitatem materiae. Ad quae reducitur, quidquid Religiosus sine Praelati autoritate donat, accipit, retinet, vendit, emit, commutat, vel alienat, aut mutat, vel alio modo administrat: quae omnia per singulas partes praedicto libro probavimus. Quare amplius in his non oportet immorari.

IN TEXTU

ibidem.

Sed sint vobis omnia communia.

DVBIVM II.

In quo consistat ratio vitae communis: ac de ejus utilitatibus.

Vitae communis modus ac forma in eo maxime sita videtur, ut nullus Religiosorum aliquid proprium sibi vendicat. Quia cum proprium &

De hac  
vitæ ra-  
tione.  
ejusque  
maximis  
commo-  
diis ac  
bonis  
præclare  
differit  
noit.  
Joan. à  
Jesu Ma-  
ria 2.  
part.  
discipli-  
næ mo-  
nasticæ  
cap. 17.  
Ait.  
Apost. 6. 4.

& commune inter se invicem pugnent, communia omnia sibi esse non possant, ubi proprium aliquid retinetur. Pertinet etiam ad hanc vitæ communis rationem & essentiam, ut ea omnia, quæ ad Religiosorum victum & vestitum sunt necessaria, æqualiter eis, inspectis eorum necessitatibus, ex bonis monasterij communibus administrantur. Et sic tunc in Religione omnia communia esse dicuntur, quando una mensa, unus cibus, eadem vestes, eadem habitatio, eadem suppellex, & denique omnia, quæ ad victum & vestitum pertinent, æqualiter omnibus distribuuntur.

Hanc esse communis vitæ rationem ac modum, in primis probatur ex *Ait. Apost. ubi cap. 4.* dicitur: *Nemo aliquid suum proprium dicebat, sed erant illis omnia communia, & distribuuntur unicuique sicut cuique opus erat.* In quæ verba Aug. ser. 25. de verbis Apost. sic ait: *Sed iure fraternitatis erant illi omnia communia, scilicet, ut qui eodem consortio Religionis tenebantur, eodem consortio fruerentur & vitæ, hoc est, ut quibus erat una fides, esset una substantia: & quibus erat communis Christus, communis esset & sumptus.* Et idem Aug. in Reg. Cap. 3. Et distribuatur unicuique à proposito vestro victus, & tegumentum, non aequaliter omnibus, quia non aequaliter valetis omnes: sed potius unicuique, sicut cuique opus fuerit. Sic enim legitur in Actibus Apostolorum, quia erant illis omnia communia. Quibus verbis satis perspicue docet Aug. communem vitam maximè in hac rerum proportionata distributione consistere.

D. Basil. serm. 4. exercitationis prumpt. Porro (ait) unum commune omnibus sit, & nihil proprium unicuique hominetur: sed in possessate Præsæti positus sit usus, ut ex communibus id, quod conveniens est, unusquisque usurpet, juxta Præsæti voluntatem. D. Benedictus in Reg. Cap. 33. hanc rerum communitatem in eo consistere decernit, ut nullus aliquid proprium habeat: & quod omnia distribuuntur ab Abbate singulis, prout opus habent: hanc enim ibi docet esse rationem communis vitæ D. Joan. Chryl. serm. 58. ad populum Antiochenum, de sui loculi monachis narrans ait: *Una mensa, unum ministerium suscipientibus, & exhibentibus eadem ferula, eadem indumenta, habitacula eadem, vita eadem: non est ibi meum, ac tuum, sed hoc verbum penitus eliminatum est, multorum causa malorum.* In quorum Patrum testimonio id licet considerare, omnes vitam communem ad hæc duo reducere, & ad carendum proprio, & ad distributionem communium bonorum, servata subditorum necessitate, faciendam.

Quibus etiam accedat Conc. Trid. sess. 25. Cap. 2. ubi volens quæ ad communem vitam in victu & vestitu conservandam pertinent, fideliter observari, Religionum Prælatis præcipit, ut de bonis Monasterij necessaria subditis provideant, Et in Conc. Colonienf. sub Conrado Archiep. ann. 1260. celebrato tit. de Monachis, & de eorum conversatione & vita Cap. 3. sic decernitur. *Statuimus, quod Monachi proprium non habeant: & quod pariter victum aut vestitum percipiant de communibus per administrationem sui Abbatis.*

Conc. Medii. Celebre quoque Concilium Mediolanense, sub Carolo Borromæo Cardinali post Tridentinum celebratum, parte 3. titulo de communi vita usu, sic inquit: *In omnibus monasterijs quoad cibum, potum, somnum, vestitum, ceterasque res attinet, omnes communiter vivant, ut sacro Concilio Tridentino decretum est: nec quidquam inter eas differat* (loquitur Thom. à Jesu Oper. Tom. 1.

enim de monialibus) aut alia alii preferatur, aut posthabetur, quemadmodum votum paupertatis postulatus TUUM & MEUM, ac omnis privata possessio & re & verbo omnino tollatur. Quibus verbis clarè hoc Concilium decernit, quantum ad votum paupertatis accuratè servandum conducatur hujus vitæ communis ratio. Nam ex ea oritur, ut à Monachis omnis privata possessio procul arceatur: sicut è contrario, ex defectu vitæ communis ac distributionis necessariorum magna illis proprietatis præbetur occasio.

Et denique prædictis consonat Concil. Provinciale Camera, tit. de Monachis Cap. 9. 10. & 11. dicens: *Cum sacrosancta Synodus Trid. præceperit, ea quæ ad communem vitam, victum, & vestitum pertinent, fideliter observari: mandat hæc Synodus omnibus Religiosis, ut diligentissimè paupertatis votum, tanquam ineffabili cupidam & dulcissimæ quietis causam, custodiant: neque proprietatis vitio violent. Caveant igitur, ne quid sibi ita retineant, vel retinere desiderent, ut Communitati nolint esse commune: neve ad peculiaris usus eo utantur sine Superioris consensu. Et infra præcipit, ut Prælatis omnibus necessaria tribuant.*

Ex his facile conjici potest, illa Regulæ verba, *Omnia esse communia*, nihil aliud significare, quam quod nemo quidquam sibi proprium habeat: sed potius ut omnia sint omnium, & illis in communi, & in necessarios usus auctoritate Prælatis omnibus dispensentur. Quare commune bonum non erit illud, quod, quamvis quis à Prælato sibi permissum habeat, tamen ita mordicus & renaciter retinet, ut vitæ ab eo etiam auctoritate Prælatis separari possit. De quo memini me dixisse in Tractatu de Paupertate: ubi bonum commune illud appellabamus, quod incorporatum est aliis bonis communibus monasterii, & subest liberæ administrationi Prælatis, ita, ut Prælatus libere & absque impedimento possit necessarios Fratrum, aut Conventuum usus applicare.

Variæ verò sunt rationes, ob quas Concilia ac Patres tantopere hanc vitæ communis rationem commendaverunt. D. Basilus Sermon. 5. exercitationis, eam rationem hujus adinvenit, ut id factum esse existimet ob Religiosorum pacem & unitatem. Cum igitur (ait) plures ad eundem salutis scopum respicientes, communem inter se vitam suscipiant, oportet, hoc præ omnibus in ipsis obtinere, ut unum in omnibus sit cor, & voluntas una, & desiderium unum: & quemadmodum Apostolus sancit, ut unum corpus fiat, ex diversis membris coaptatum, totus ille Congregationis acervus. Hoc autem aliter fieri non potest, nisi illud obtinuerit, ut non designetur nominatim alicui, neque vestimentum, neque vas, neque aliud quid ex his, quæ ad communem vitam conducunt, quo singula ex his usus sint necessitatis, & non possidentis. Hæc Basilus, quibus luculenter probat, maximè ad unitatem & pacem, hanc communem vitam conducere, quam etiam ad ineffabilem & dulcissimam quietem custodiendam juvare, supra ex Concilio Cameracensi retulimus.

A Basilio non dissentit Chryl. serm. in Apologia vitæ monasticæ: in qua dum conversationem hanc castissimè commendat, ejusque gaudia, quietem, gloriam aliaque commoda recenset, statim subjicit, hoc provenire, quia inde duo illa, quæ omnia pervertunt & perturbant, Meum, & Tuum, cunctis eliminata sunt. Cuncta quippe illis communia

Yy

munia

Vita  
commu-  
nis mul-  
torum  
bono-  
rum pa-  
rens.

munia sunt, mensa, domus, indumentum: & quod sane mirabilis est, unos etiam idemque animus est. Horum Patrum sententia manifesto testimonio comprobatur. Nam tunc in Ecclesia primitiva Fidelibus omnibus erat cor unum & anima una, quando omnia bona illis erant communia: cessante verò hac communitate & distributione bonorum, ortæ sunt in fidelibus lites & contentiones multæ. Ex quo colligitur, hanc vitam communem multorum bonorum esse parentem.

Præterea hæc bonorum distributio in monasterijs à Religionum institutoribus introducta est, tum, ut monachis nulla detur proprietatis occasio (ut supra ex Concilio Mediolanensi adducebamus,) quia cum se communibus Monasterij auxilijs destitutos conspiciunt, proprium victum, suppellectilem, vestitum, ac alia quæere compelluntur: ob quam causam Concilia, & præcipuè Tridentinum, & Religionum Patres tanto studio ac diligentia vitam communem in suis monasterijs observari voluerunt, se id impossibile atque tractes, sine hac vitæ ratione, paupertatis votum diu posse consistere: tum etiam, ut à Religiosis omnibus omnis sollicitudo ac rerum temporalium cura penitus resecaretur.

Nam in hac cælesti Religionis Philosophia, externæ terrenæque occupationes maximè impediunt, ita, ut rectè à D. Gregorio illud dictum sit 12. *moral. Cap. 22.* Cura multiplex terrenarum rerum quia occupat, excæcat. Nam ut terrena omnia sunt corporea & crassa: sic animus in his tractandis occupatus, fit: crassior & concretior. Ex quo illud provenire necesse est, ut ea curarum mole impeditur, ad cælestia contemplanda nequaquam possit ascendere. De quo bene idem D. Gregorius 5. *moral. Cap. 8.* Nequaquam ad superna atollitur, si curarum tumalibus continè occupetur. Ubertius autem, quantum hæc sollicitudines rerum temporalium profectum nostram impediunt, disserit D. Thomas 2. 2. q. 186. art. 6. Ne igitur his sollicitudinibus mens impeditur, in procurandis sibi necessarijs occupata, fuit in Religionibus hæc vitæ communis Philosophia introducta. Ex qua magna felicitas ac quies Religionis statui accersit, ut testis est venerabilis Beda in *lib. retract. super act. Apost.* in illa verba, *Erant illi omnia communia.* Communia (inquit) idem est, quod Græcè *cæna*, à quo nomine constat perfectos Dei famulos canobitas Græcè, & communiter viventes Latine dici. Qui ergo ita vivunt, ut sint eis omnia communia in Domino rectè, composito ex duobus uno nomine, vacantur canobitas: quæ quidem vita tanto terreni sæculi hujus conversacionibus felicitior est, quanto magis statum futuri sæculi etiam in presenti imitatur: ubi sunt communia omnia omnibus beatis, cernentibus ejus gloriam, à quo sunt omnia bona. Hæc Beda. Quare hanc conversationem planè cælestem, nihiloque Angelis deterio-rem appellat D. Chrysostomus in *apologia*, ubi supra. Nam sicut Angeli (inquit) omnes pariter in gaudio, & quiete, summaque illa cælesti gloria exultant: ita fieri quoque perspicuum in monasterijs. Loquiturque ibi D. Chrysostomus de vita communi Religiosorum: & propter hanc, eos cum Angelis comparandos censet.

Et (ut plura uno verbo concludamus) illud prætereundum non erit, ipsos adhuc Philosophos ethnicos, cum Republicam ingenio suo ita perfectam & absolutam fingere vellent, ut animo magis optati, quam re ipsa perfici possent, nullam aliam formam commodiorem, & præstantiorem

reperire potuerunt, quam illam, in qua hæc vitæ communis regula servaretur. Sic enim Plato dial. 5. de Republica ipsam illam Republicam ita instituit, ut primum illud proverbium, *Amicorum omnia communia*, quam maximè vigeret. In eoque existimavit, tam virtutis quam felicitatis summam in civitate esse collocandam, ut quicquid proprium dicitur, omni studio ab ea removeatur: neque solum agri, aut pecuniæ, aut domus cum omnibus communicentur; sed illa etiam omnia, quæ ita propria sunt, ut cum alijs communicari non posse videantur. Hanc ergo (ait Plato) Civitatem sive Dialecticam, sive Deorum filij unâ platea incolant, ceterè beatos, omnique gaudij cumulatos fore. Hæc Plato. Quanta igitur communis vitæ felicitas est ac præstantia, ut non solum Christiani cælestem illam, verum & Ethnici reputaverint!

IN TEXTV

ibidem.

*Et distribuatur unicuique per manum Prioris, vel, per fratrem ab eodem adidem officium deputatum, prout unicuique opus fuerit, inspectis atatibus & necessitatibus singulorum.*

Hucusque in hoc Capite de proprietate abdicanda, ita, ut communia sint omnia monasterij bona, Regula decreverat. Nunc ultra progrediens statuit, quibus, & qualiter sit hæc distributio faciendâ. Primum horum illis verbis, *Distribuatur unicuique*, scilicet Religiosorum: secundum ibi, *Per manum Prioris, vel per Fratrem ab eodem adidem munus designatum*: tertium verò, quod ad modum spectat, illis clauditur verbis, *Inspectis atatibus & necessitatibus singulorum.* Quæ omnia, ut supra adducebamus, ex Actibus Apostolorum desumpta videntur. Hæc igitur tria à nobis in præsentem amplius declaranda & confirmanda sunt.

D V B I V M III.

Quibus, & à quo bonorum communium distributio faciendâ sit.

PRima fronte dubitare posset quis hæc ratione. *Videtur* unicuique erit, de eis sibi necessaria propria auctoritate provideret; id enim ad rationem communis boni spectare videtur, ut de eo liberè unusquisque vindicet, saltem quod sibi necessarium est. Ergo non est expectanda Prælati, neque alterius distributio.

Pro hujus dubij resolutione sit prima propositio. *In Religione nullus potest auctoritate propria aliquid ex communibus Monasterij bonis sibi in proprietatem, vel usum applicare.* Hæc conclusio adeo est certa, ut à nullo unquam fuerit de ejus certitudine dubitatum. Et patet primò. Quia omnes ferè Religionum institutores, horum bonorum dispensationem sive distributionem ad Prælatos pertine-

re, decernunt: Ergo abique eorum auctoritate non potest subditus quicquam sibi appropriare. Aug. in Reg. Cap. 4. ait, Distribuat ur unicuique à Praeposito vestro: ubi omnes Expositores docent, illa verba, A Praeposito vestro, esse apposita, ne quispiam falsò sibi persuadeat, licere sibi propria auctoritate res communes accipere, vel in alios dispensare.

Consonat Augustino Benedictus Cap. 33. ubi de paupertate tractans docet, Monachum nihil habere posse, sed omnia necessaria à Patre Monasterij spectare debere. Nec quicquam (addit) licent habere, quòd Abbas non dederit aut permisit, sicut scriptum est: Divitiabatur singulis, prout cuique opus erat.

D. Basilii idem docet Serm. 4. exercitationis, & in reg. brevior. interrog. 87. & adhuc clarius interrog. 91. ubi inquit: Si frater nudus perat ab alio vestem, quid hic facere debeat? Et solvit dicens: sive nudus sive pravus, sive ex necessitate, sive ex avaritia perat, semel dictum est, quòd dare, aut accipere non cussus est, sed eius, cui talis dispensatio commissa est. Et q. 93. in simili proposito adducit illud Act. Apost. Distribuitur singulis.

Al. 4.

Constat prædicta omnia optimè Trid.

Con. Trid. sess. 25. Cap. 2. & post. Trid. Conc. Mediol. & Camerac. Conc. Mediolan. Conc. Camerac.

Constat prædicta omnia optimè Trid. sess. 25. Cap. 2. & post. Trid. Conc. Mediol. & Camerac. quæ omnia concilia, nulli Religiosorum licitum esse aliquid sine concessione Prælati possidere, decernunt. Nec velam hinc multam innovari, cum alibi de hoc sæpius tractaturum promiserim. Quare una vel altera ratione hanc conclusionem breviter confirmabo.

Prima est. Quia si licitum esset unicuique, de bonis conventus sibi necessaria usurpare, maximum incommodum, & inevitabilis ruina in Religione sequeretur. Primò, quia dum unusquisque sua auctoritate quippiam præsumit accipere, & omnes prorsus uti melioribus rebus, inde rixæ & contentiones maximè oriuntur: ob quas vitandas, bonorum communitas introducta fuit, ut dubio præcedenti dictum est. Secundò, quia cum homines, supposita naturæ corruptione, plures necessitates fingant, plura etiam, quàm necessaria sibi essent, ex bonis Communis vendicant: & sic vel facillè Religionis bona perirent, vel omnes lupe sua possiderent: ac proinde tam votum paupertatis, quam temporalia Monasterij bona omnino corruperent.

Secunda & principalis ratio. Quia Prælati, ut ex dictis constat, maximè ex Concilio Tridentino sess. 25. Cap. 2. ex officio hanc distribuendi facultatem habet, & nullus est, qui unquam subdito eam concesserit, neque ad proprios usus; sed potius omnes illi eam expresse denegant, ut ex Patribus allatis, & præcipuè ex Tridentino supra constat: ergo illicite subditus facit, cum hac abutitur potestate.

Ex quibus primò licet colligere, maximè ad votum paupertatis spectare, non solum ut quis proprium non habeat, verum etiam ut ne spontaneam sibi quidem de bonis Communis dispensationem faciat. Omnia enim tam Concilio quam Patrum testimonia, hic & alibi relata, eam contra paupertatem delinquere, luculenter docent.

Secundò inferitur, quòd neque ea, quæ quis proprio usui deputata habet, valet alteri donare vel conferre, etiam ad usum. Quod ex D. Basil. supra interr. 29. evidenter monstratur. Tum etiam, quia hæc bona, quæ quis habet ad usum, sunt etiam

iam Communitatis, ac proinde non potest ea dispensare.

Tertiò, quia nostra Regula, & Regula etiam D. Augustini, Benedicti & Basil. aperte docent, hanc administrationem vel fieri debere à Prælato, vel fratre ab eodem ad idem munus assignato. Quod expressis verbis docuit Trid. ubi supra: ergo qui non est designatus à Prælato, eam non potest exercere, & sic recipiens ab eo illam rem, non esset tutus in conscientia. Quia subditus omnia, quæ ad victum & vestitum pertinent, debet à suo Prælato expectare, ut patet ex dictis, & ex hoc Cap. Regulae, distribuat ur unicuique per manum Prioris, vel per fratrem &c. Unde nullius rei licitus erit usus, quam Prælati vel expresse vel tacite alicui non concesserit.

Secunda conclusio. Prælati tenentur de bonis monasterij subditis necessaria, tam quæ ad victum, quam quæ ad vestitum attinent, promptè charitativè quoque distribuere. De hoc plura in Tractatu de paupertate diximus: ibi enim egimus de cura, quam circa subditorum ministerium Prælati adhibere tenentur.

Tertia conclusio. Hæc administratio non solum potest fieri à Prælato, sed etiam à quocumque alio ad id munus designato. Hæc Conclusio constat ex regulis Basilii, Benedicti, Augustini ut supra, & ex nostra Regula, ubi vel per fratrem ab eodem ad idem officium deputatum. Et est communis Religionum Praxis, ut Prælati non omnia per seipsum immediate dispenserent, sed per ministros ad suam nutum amobiles, ut Trident. d. Cap. 2. statuit. Hic autem

dispensator, qui Fratribus necessaria distribuit, apud varias Religiones varijs etiam nominibus gaudet. Apud D. Benedicti, ut ex eius Regula constat Cap. 31. & apud August. Cap. 16. Cellarius nuncupatur: apud Basil. interr. 149. Dispensator dicitur: quamvis sæpe etiam cellarius nominetur: apud antiquos Aegypti monachos, œconomus appellabatur, ut videre est apud Cassianum lib. 4. institution. Religio-

Cap. 20. apud nos verò absolute frater in Regula nuncupatur. Quæ autem sit huius dispensatoris sive œconomi facultas, non est facillè id in communi discernere: cum mensuranda sit ex varijs Religionum consuetudinibus. Et potissimum, cum ejus facultas à Prælati voluntate dependeat, dicenda erit Facultas major vel minor, secundum quod Prælati matres eorum jorem vel minorem potestatem, ac jurisdictionem concesserit. Quòd autem omnino à Prælato pendere debeat, præcipit Benedictus in sua Regula ubi de Cellario loquens, ait: Curam gerat de omnibus Rebus, & sine iussione Abbatis nihil faciat. Et infra: Omnia mensurate faciat secundum iussionem Abbatis. Et iterum: A quibus enim prohibuerit, non præsumat. Hæc ac potissimum Benedictus, Basilii de cellario loquens interrog. 148. talem potestatem eum habere sentit, juxta qualem ei dederit, qui talem ei curam commisit, Prælati nempe, Præfectus. Et ratione ipsa monstratur: Quia si Prælati administrationem & gubernationem habet Monasterij, & subditus solum ex ac voluntate, & delegatione, fit, quòd ad plura se extendere non possit, quam ei sit permissum, & subdelegatum.

Circa hanc conclusionem duo oportet adnotare. Alterum, quid debeat Prælati in eligendis his ministris observare. Alterum, quid ipsi, ut in iuncto sibi muneri satisfaciant, teneantur prestare. De primo extitit celebre Innoc. III. Responsum in Cap. Cum ad monasterium, de stat. Monach.

LESU  
Spiritu  
II  
III  
26

hec vita  
lato dial  
ita insti  
omni  
ue existi  
nam in  
oprium  
que so  
mibus  
que ita  
on posse  
em sive  
colant,  
os fore,  
felicitas  
ni cele  
Pri  
e offi  
us  
abdi  
nona  
pro  
hæc  
tribus,  
e se  
em ab  
e d,  
10  
om  
olo  
is in  
nda  
U  
e, Videt  
m met  
o. nob  
is Franci  
ne in hanc  
io Reg. no  
i. tam p  
20.  
num. 7.

Quales autem (ait) ad agenda officia Monasterij officiales deputentur. qui fideles sint & discreti. Quibus verbis in dispensatore duo precipue desiderari fatetur: fidelitatem nempe, & prudentiam. Nam si infidelis sit, alteri Juda similis factus, substantiam Monasterij deprædabitur, vel alijs destruet vijs. Si verò imprudens, minimè damna vel commoda Monasterij opportuno tempore considerabit, ut illa vitare, hæc verò consequi monasterium possit. Quare Basil. interrog. 104. magnam vult haberi rationem in administratoribus Monasterij eligendis, ita, ut velit Præfectum id cum consilio facere. Quæ Benedictus considerans d. Cap. 31. multa ad Cellarium statuendum prærequirit. Ait enim: Cellarius Monasterij eligatur de congregatione, sapiens, maturus moribus, sobrius, non multum edax, non elatus, non turbulentus, non injuriosus, non tardus, non prodigus; sed iuvens DEUM, qui omni Congregationi sit sicut Pater, & curam gerat de omnibus. Hæc Benedictus, plura ne oblecto ad eligendum Abbatem posse postulare?

Quid his agendum, ut inuncto sibi muneri satisfaciante

Circa secundum, nempe, quale æconomi sive dispensatoris officium debeat esse, attentè audiendus est D. Basilus in regul. *sufius disputatis, interrogacione 34.* Primum (inquit) oportet æconomos Monasterij eos esse, qui illos possint imitari, de quibus in *Alt. Cap. 4.* legitur, solitos eos fuisse singulis distribuere, prout unicuique opus erat, ita, ut multam misericordie & longanimitatis erga omnes providentiam faciant: ut neque suspicionem præbeant alicui affectionis, favoris aut invitationis: neque è contrario elationis, ob quæ ipsi, quibus infensiores sunt, necessarias res subtrahant: aut his, erga quos affecti sunt, amplius quam opus sit largiantur. Est autem illud fratrum odij, hoc verò favoris, sive amoris maximè vitiosum. Itaque à favoris affectu, itémque contentionis, ad summam putos esse necesse est eos, qui fratemitatis res ad usum necessarias distribuunt.

Et idem Basilus in *Regul. brevior. interrogacione 149.* inquit, que sit pena dispensatoris, si quid amore vel odio fecerit? & ait: *Quod talis alienus ab Ecclesia DEI decernatur, donec correctus fuerit.* Et infra interrogacione 150. requirit, Si verò negligens, non dei fratri necessaria, Respondet, hoc iudicium manifestum est ex verbis Domini, qui dixit: *Abite à me vos maledicti in ignem æternum: esturivi enim, & non dedisti mihi idere &c.* Prædicta Basilus.

Ac denique Benedictus, postquam Cellarij partes ita maturè depinxit, in eodem Cap. qualiter suum munus sine offensione exercere valeat, similiter docet: *Curam (inquit) gerat de omnibus: sine Abbatu justione nihil faciat. Quæ jubentur custodiat, Fratres non contristet. Si quis autem frater ab eo aliqua forè irrationabiliter postulet, non spernendo eum contristet, sed rationabiliter cum humilitate malè petenti denegat. Memor sit illius Apostoli præcepti: Quia qui benè ministraverit, gradum bonum sibi acquirit. Infirmorum, infantium, hospitum, pauperumque cum omni sollicitudine curam gerat, sciens sine dubio, quod pro his omnibus in die iudicij rationem redditurus sit.*

Et infra: *Nec avaritia studeat, neque prodigus sit, aut extirpator substantia Monasterij: humilitatem ante omnia habeat, & cui substantia non est, qua tribuatur, sermo responsionis porrigatur bonus. Quia scriptum est: sermo bonus super datum optinuit.* Et infra: *Fratribus constitutam annonam sine aliquo typo vel mora offerat, ut non scandalizentur: memor divini eloqui, quid mereatur, qui scandalizaverit unum de pusillus, horum competentibus dentur, qua danda sunt, &*

petantur, qua petenda sunt, ut nemo perturbetur, neque contristetur in domo Dei. His sanctus Benedictus satis aptè prudentie ac charitatis Regulas, quas debeat servare Cellarius, proponit. Discant ergo Monasterij dispensatores, horum Patrum Doctrinam sectari, & eam veluti speculum ante oculos ponant. Qualiter verò ab eis substantia Monasterij, cuius cura sibi commissa est, tractari debeat, in *Tractatu de paupertate* docuimus.

Ad rationem in contrarium adductam respondetur, advertendo, bona communia esse in duplici differentia. Quædam, quæ ita sunt alicui universitati communia, ut cuique liceat ex eis accipere pro suo libito: qua ratione licitum est incollis alicujus oppidi, ex communi sylva ligna cadere. Quædam verò ita sunt communia, ut totum à toto possideatur, & nihil partis à parte, qua ratione Religiosis omnia communia dicuntur, nulli enim singulari licet aliquid ex eis accipere vel possidere, nisi juxta leges à Religione traditas, ut rectè Navarrus in *Cap. non dicatur, num. 40.* docet.

D V B I V M IV.

Qualiter fieri debeat dispensatio à Prælato, vel à fratre ab eo designato, inspectis ætatibus & necessitatibus?

Multa hinc memoriâ digna offerebant se examinanda circa modum, quo debeat Prælati. Consuetus verum usus in subditos dispensare, nisi de hoc lenda, 4. P. *Tractationis nostræ de paupertate* vota dictum Comptesset, ubi differimus de causis, quæ inervenire mentes debent, ut Prælati subditis aliqua distribuatur, & non in quos usus monasterij bona sint distribuenda: Franciscus & similiter, quando Prælati peccet, vel superflua in hac concedendo, vel necessaria denegando. Qualiter Regula etiam ab æconomo sive Cellario bonorum administratio gerenda sit, difficultate præcedenti pag. 217. breviter attingimus. Sed quoniam prædictis locis & locis hæc generaliter dicta sunt, oportebit hinc aliqua & ad hoc specialiter circa illa verba, *Inspectis ætatibus & necessitatibus*, adnotare, quæ ad modum sive formam tonij in distributione à Prælato, sive dispensatore servandam, diximus pertinere.

Primum igitur his verbis Regula distribucionem non præcipit æqualiter mathematicè fieri: quia non æqualiter indigent omnes, ut rectè D. Augustinus in sua Reg. Cap. 3. ait: *Distribuat unicuique à Præposito vestra vitæ & tegumentum, non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valent omnes, sed potius unicuique sicut opus est.* Benedictus etiam Cap. 34. sue Reg. in hoc proposito ait: *Sicut scriptum est, Dividatur singulis prout eique opus erit. Ubi non dicimus, ut personarum (quod absit) acceptio sit, sed infirmitatum consideratio: ubi qui minus indiget, agat DEO gratias, & non contristetur: qui verò plus indiget, humilietur pro infirmitate, & non excusatur pro misericordia.* Et ita omnia membra erunt in pace. Hactenus Benedictus. Hoc igitur est, quod hinc nostra Regula statuit, ut in distributione bonorum, ratio habeatur unicuiqueque ætatis & necessitatis, magis indigenti plus detur, & minus egentibus, etiam minus conferatur. Quæ distributio licet non sit ad æqualitatem mathematicam, est tamen secundum justitiam distributivam: in qua attenditur æqualitas proportionalitatis.

Præcedenda,

Præterea merito in hoc Regulae articulo de singulorum ætatibus mentio fit. Nam quamvis forte necessitatis nomine hic infantium vel seniorum ætas comprehenderetur: adhuc tamen id expresse caveretur, ut majori cura ætatibus his, maxime verò senio confectis necessaria provideretur. Quis autem verè dicatur senex, non est facile discernere. Hippocrates enim senem appellat à quadragesimo octavo sive ætatis anno usque ad 56. sic Servius Tullius illos senes nominat, qui ad annum 46. accesserunt: Varro verò 45. Galenus lib. 5. de tuenda sanitate, ætatem senis tripartitò dividit, in quo modò non moror: nam jure Canonico probabilis sententia est, senem dici, qui annum 50. attigerit: pro qua sententia multos refert aucthores pretiosissimus Menochius, de arbitrariis iudicium questionibus, Tom. 1. casu 59. Ipse tamen, relicta hac sententia, cum communi sentit, senectutem arbitrio iudicis, vel prudentum iudicandam esse.

Quæ sententia maxime mihi placet, cum in hoc ulla certa regula, aut definitio assignari non possit. Prælati ergo illum arbitrabuntur senem, quem jam annorum numerus, perpelli in Religionem labores, & assidue corporis afflictiones ineptum ad Ordinis rigorem reddiderunt. Iis ergo distinctioris vitæ indulgentia (cum discretione tamen) permitienda est. Quod merito magnus ille monachorum Pater Benedictus in sua Regula Cap. 37. præcepit. Agens enim ibi tam de senum, quam infantium ætatibus, ait: *Licet ipsa natura humana trahatur ad misericordiam in his ætatibus, senum videlicet, & infantium; tamen ut Regula auctoritas eis prospiciat. Consideretur semper in eis imbecillitas, & nullatenus eis restrictio Regula teneatur in alimentis, sed sit in eis pia consideratio, & præviant horas canonicas.* Quod autem Benedictus ita senibus præcipue provideat, non mirum est, cum Senectus quedam morbi species esse perhibeatur. Sic Comicus Senectutem, ait, *per se ipsam morbum naturalem esse.* Unde M. Tullius in oratione de M. Mutio loquens: *Et ille senectutis morbus (inquit) non equidem incidens est & transiens.*

Oportet tamen Prælatos (& potissimum in Ordine nostro) in hac re maxima cum cautione procedere, ita, ut non nisi præmissò diligentiori examine, hac aliquis indulgentia concedatur, ne professio nostra, quæ in asperitate & arctitudine vitæ tota versatur, his indulgentiis ac remissionibus facile tepescat, aut relaxetur. Cum pueris verò, si qui in Religione aliquando admittantur, non minor Prælatorum discretio requiritur. In illis enim oportet, ut attentè consideret vires, complexionem, & alia: & secundum ea iudicet, quid magis Ordini expediat, ne Religionis progressu eis vires deficiant, & inhabiles ad Communitatis labores omnino reddantur.

Tertio aperire oportet, quid nomine necessitatis Regula intelligat. Pro quo observo, illam esse veram necessitatem, cui si non provideatur, officium Communitatis ab habente eam exerceri non potest; vel si particulatim persona re aliqua indiget, sine qua commodè secundum nostræ vitæ statum transire non potest: verbi gratia, si deficiant sufficiens victus, vel vestitus: ut cibus & potus, vestes, lectus, domus, vel cella, libri pro officio divini; vel pro studio literarum, ut Prædicatoribus, Confessoribus, aut Scholasticis in Collegiis studentibus: & denique alia huiusmodi requisita ad cuiusque officij munus debitè exercendum. Quæ omnia providere tenetur Prælati secundum

nostrum vivendi modum, & statum paupertatis, quem professi sumus, ita ut verè adimpleatur Concilij Tridentini sessionis 25. Cap. 2. decretum, nempe, quod ita rerum usus Prælati permittant, ut eorum suppellex statui paupertatis, quem professi sunt, conveniat; nihilque superflui in ea sit, nihilque, quod sit eis necessarium, denegetur. Hæc enim sunt, & aliae necessitates, quas Prælati in rerum distributione attendere, & providere debent. De quo, sive de dispensatore (quod in proposito idem est) Basilii in regulis superior. interrogatio 19. scribens ait: *Communis scopus dispensatoris sit, necessitati impletio.*

Præterea advertant Prælati, nomine necessitatis hic non intelligi necessitatem, quam dialectici simpliciter appellant: qua ratione aliquid dicitur necessarium, sine quo res nullo modo consistere potest: sed necessitas sumitur pro necessitate decentiæ, aut congruentiæ, secundum nostrum statum paupertatis; ita, ut illa sit centenda necessitas, quam, consideratis nostri Ordinis circumstantiis, indecens vel inconveniens esset, non sublevare. Quare mensura & regula in distributione à Prælato facienda, est necessitas decentiæ nostri status, quam optimè necessitatem dicit, docuit Divus Thomas Secunda secunda quæst. 141. & cum eo ibi Cajetanus. Unde hic nomine necessitatis non solum extrema necessitas, & illa, quæ gravis est; verum & ea, quæ secundum decentiam status intelligitur.

Ex quo fit, in prædictis casibus necessitatis, & non in alijs debere fieri huiusmodi inaequalem distributionem. Quare neque in minoribus aut parvis necessitatibus ita arctè obligantur. Unde optimè Hugo de Sancto Victore in Regula B. Augustini Cap. 4. admonet, regulam hanc de distribuendis bonis communibus, inspectis necessitatibus & ætatibus, non sic esse interpretandam, ut abundanter omnia distribuantur, quasi omnimoda indigentia sit è monasterio propulsanda. Quamvis enim Ab. quarto scriptum sit, *Nec quisquam egens eras inter illos*: tamen etiam de ipsis Apostolis legitur, quod DEO serviebant in fame & siti, in frigore, & nuditate: in huiusmodi enim negotijs valetudinem naturæ, non carnis attendere oportet. Quare subditi rebus necessarijs contenti esse debent, & patienter ferre, si aliquando hæc eis deficiant, neque in Religione abundantias, aut delicias querere. Bernardus: *Magna sane abusus est, ut in loco paupertatis, ubi divites penuriam incurrunt, pauperes superfluitatem quarant: in loco afflictionis, ubi delicati morificantur, homines rusticani res delicatas affectent.* De hac vitæ parsimonia à subditis servanda, plura in Tractatu paupertatis 4. par. Cap. ult. tradidimus. Quibus addo in eodem Cajetani doctrinam 2. 2. quæst. 181. art. 7. qui ibi omnino videndus erit, ubi conqueritur de sumptibus Religiosorum, ob quorum nimietatem perfectionem Religionum destructam esse affirmat.

Sed hic statim dubium occurrit, an, quando necessitas est occulta, neque à Prælato cerni potest, subdito eam propalanti teneatur Prælati fidem adhibere? Divus Augustinus Cap. 17. sua Reg. ait: *Si latens est dolor in corpore famulo DEI dicenti, quid sibi doleat, sine dubitatione credatur.* Umbertus verò in Commentarijs ad illud Cap. in hæc Divi Augustini verba ita scripsit: *Signa servorum Dei hæc sunt, servire DEO die ac nocte voluntarie, humiliter, & devotè: obedire Prælato: querere bonum commune, & non privatam: edificare proximum verbo, & exemplo.*

Duplex necessitas, & qualis hoc loco intelligatur?

Doctrina impenfenda ad 4.

Cajetani doctrina

Signa servi Dei.

Benedi-  
Regulas,  
Dilecti  
Patrum  
um ante  
bitantia  
tractati  
u.  
tam re-  
na effin  
nalicum  
eis ac-  
st inco-  
cedere  
um à ro-  
ratione  
li enim  
offido-  
tr rectè  
  
io à  
  
ca-  
zela. Con-  
e hoc loci  
tum Con-  
venire men-  
ur, & nos  
ondr. Franci  
stia in he  
aliter Regu-  
lari- vetu-  
lenti pag 21  
ocis & 22  
qua & 23  
no. 22. 23.  
am romi  
er. Spiritu  
in. in  
io. mm. 17  
ti: & 18  
D.  
ui-  
up  
et,  
m  
p-  
it.  
io  
d  
d  
Que  
a quali-  
tas in d-  
tribo-  
tion  
atten-  
dendi.

LESU

Spirit.

II

III

IV

V

VI

VII

VIII

IX

X

XI

XII

XIII

XIV

XV

XVI

XVII

XVIII

XIX

XX

XXI

XXII

XXIII

XXIV

XXV

XXVI

XXVII

XXVIII

XXIX

XXX

XXXI

XXXII

XXXIII

XXXIV

XXXV

XXXVI

XXXVII

XXXVIII

XXXIX

XL

XLI

XLII

XLIII

XLIV

XLV

XLVI

XLVII

XLVIII

XLIX

L

LII

LIII

LIV

LVI

LVII

LXIII

LXIV

LXV

LXVI

LXVII

LXVIII

LXIX

LXX

LXXI

LXXII

LXXIII

LXXIV

LXXV

LXXVI

LXXVII

LXXVIII

LXXIX

LXXX

LXXXI

LXXXII

LXXXIII

LXXXIV

LXXXV

LXXXVI

LXXXVII

LXXXVIII

LXXXIX

LXXXX

LXXXXI

LXXXXII

LXXXXIII

LXXXXIV

LXXXXV

LXXXXVI

LXXXXVII

LXXXXVIII

LXXXXIX

LXXXXX



Tali, inquit, famulo DEI, quid sibi doleat, absque ulla dubitatione credendum est. Hæc Umberto, Mihi verò in hac parte potius videtur, ut nimia credulitate Prælati excedat, quàm ut ob hujus defectum à debita charitate, & justitia deficiat. Nam si in priori erret, fortè contra prudentiam, & materialiter tantùm peccabit; in secundo verò majori exponitur periculo, tum, quia facit contra potissimam Charitatis & Justitiæ præcepta; tum, quia subditum multis periculis, tam corporalibus, quàm spiritualibus exponit. Aliquando tamen proderit, Prælatum leviter non credere, & cautiorem esse circa suas oves cognoscendas: hoc enim maximè ad ferendum judicium in hac rejuvabit.

DVBIVM V.

De infirmorum necessitatibus, ac de eorum cura à Prælati sollicitè procuranda.

**N**ecessitatis nomine potissimùm in Regula nostra ægrotantes ac debilitates Religiosorum intelligitur. Quare oportet Prælatos maximè intentos esse in infirmorum necessitatibus: providendis, ac curam de eorum valetudine ac solatio diligentem adhibere. Hanc maximè Religionum Patriarchæ & Institutores in suis Regulis commendaverunt. In primis Divus Basilus in *questione fusio, interrogazione 55.* querit, an sit juxta scopum pietatis uti medicina? Respondet, Quod quemadmodum singule artes in auxilium nobis, ob debilitatem, à DEO donatæ sunt, veluti agricultura, cum non sufficerent ea, quæ sponte ex terra nascuntur: sic etiam medicina data est in auxilium nostri corporis. Ubi Divus Basilus de medicinæ utilitate plura prosequitur. Ita tamen ibi tradit Monachos debere curari, ut superflua non querant: & præterea sit Medicinæ arte utendum, ut non in ipsa omnem causam sanitatis & morborum ponamus, sed ad gloriam DEI & formam medelæ animarum, usum rerum ab ipsa sumamus. Alia deinde lectione digna circa Medicinæ usum docet ibi Divus Basilus. Idem quoque in *regulæ brevior. interrogazione 155.* ait: Qui præfectus est, necessariò singulos languentes cognoscere debet, & convenienter curare.

Benedictus, (cujus Regulam discretione conspicuam Sanctus Gregorius appellat,) de infirmis fratribus *Cap. 36.* sic scriptum reliquit: *Infirmitatem cura ante omnia & super omnia adhibenda est: sicut re vera Christo, ita eis serviat. Quis ipse dixit: infirmus sui, & visitasti me &c.* Et infra: *Ergo cura maxima sit Abbati, ne aliquam negligentiam patiantur, quibus fratribus infirmis sit cella per se deputata, & servitor imens DEUM, & diligens, ac sollicitus.* Neque his contentus, intra idem Benedictus iterum repetit: *Curam autem maximam habeat Abbas, ne à cellarijs aut servitoribus negligantur infirmi: quia ad ipsum respicit, quidquid à discipulo delinquitur.* Divus Augustinus in *Capite 4. sua Regule* multa circa infirmorum curam sanctè & piè decernit. D. Hieronymus in *Epist. ad Eustoch. de custodia virginis*, in et alia, quæ de monachis sui temporis laudat, hoc circa infirmorum curam refert. *Si quis (inquit) capere agrotare, transfertur ad exediam laxioris.*

medicinis querens utendum?

Infirmitatem cura impense à SS. Patribus & Religion. Fundatoribus commendata, Legend. Constitut. Congregat.

rem. & tanto servit ministerio consuevit, ut nec delectas urbium, nec matris querat affectum. Et denique Franciscus in sua Regula *Cap. 6.* Si quis (ait) in infirmitatem ceciderit, alij fratres debent ei servire sicut vellent sibi serviri.

Placuit etiam prædictis adungere Divi Bonaventuræ, circa ægrotorum curam, quædam præclara documenta, à Prælati præ oculis habenda. Is enim *Tomo secundo in lib. de sex alij Seraphin Cap. 4.* hæc tradidit.

Infirmitas corporis triplex est. Primi sunt infirmi decumbentes in lectulis, vel acris vel alijs infirmis laborantes. Alij sunt infirmi per domicilium, vel etiam per terram quandoque deambulantes, & tamen sæpe gravibus doloribus afflicti, ut calculosi, infistulati, pondere ossi, & similes. Tertij determinatam infirmitatem non habentes, sed tamen corpore debile, & viribus exhausti, vel senes, & laboribus confecti, ut naturali infirmitate depressi, sed quandoque accidentali labore ad tempus aritri. His est triplici pietate subveniendum. Scilicet, remedijs medicinalibus, si congruè potest fieri. Item, relaxatione rigoris in victu, vestitu, vigilijs, & hujusmodi. Item, exemptione laboris in officijs, servitijs, discursibus & hujusmodi, prout cujusque necessitas exquirat.

Itaque primis de primo, secundis de secundo, tertijs de tertio, juxta singulorum indigentiam specialiter succurrat. Omnis humanitas est infirmis, & debilibus exhibenda, quæ flagellati sunt à Domino. Si super hoc ab hominibus tribulantur, ipsa eorum materia clamat ad Patrem misericordiarum, contra illos, qui eos tribulant conquerendo, dicente David: *Quoniam quem tu percussisti, persequuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Infirmus enim, qui afflictus subime, subvenire non valet, eo ipso amplius tribulatur, quia ab his, quibus deberet, non solatur, non à labore relevatur, non subvenitur indigenti, nec habet sibi compatiemem, juxta illud Propheticum: *In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me: improprium expectavit cor meum, & miseriam. Et infirmi qui simul contristarentur, & non sunt: & qui consolaretur, & non inveni. Et dederunt in escam meam sibi exortationis, & in suis me oportaverunt me aceto oburgationis.* Fiant ergo eis, quæ sequuntur &c.

Et infra: Bonus autem Prælati agnoscit se fratrum suorum partem, non Dominum, & exhibet se eis medicum, non tyrannum, nec reputat eos, ut jumenta sua vel servos emptionis, sed ut filios hereditatis supernæ confortes: & sicut eis sicut vellet sibi fieri, si similiter indigeret. Sed fortes & sani non sentiunt quod sentiat æger: ideo nesciunt eis compati, scient autem postea, cum dolent.

Quòd si objiciant, quia sæpe fingunt se quidam debiliores, quàm sunt; nunquid propter hoc omnes sunt hypocritæ judicandi, cum è contrario pro paucis justis, ut habetur in *Genesi 18.* multis malis Dominus voluerit pepercisse?

Triplici autem ratione magis indigent infirmi subsidio pietatis, quàm sani, & robusti. Primum propter sustentationem vitæ: quia seiplos non valent procurare. Si tunc etiam ab alijs non procurantur, coguntur deficere, non possunt subsistere, juxta illud 2. *Reg. 1.* *Ne penitus pereat, qui abjectus est.*

Secun-

& viri enim ro, quæ ge d adbu mino tur h quia eis, c tion cum delin bas eent quòd mu pro tio ric sub se- tripli modo succor- tendam. Psal. 68. Epsal. 11

Secundò propter restaurationem sanitatis, & virium, quas in infirmitate perdidit. Cùm enim sanus & fortis solum indigeat sustentamento, ut quod habet conseruet, æger & debilis indiget duplici refectioe, ne pereat, & perdat quod adhuc habet, & reparat quod amisit, dicitur Dominus Luc. 19. *Ab eo, qui non habet, etiam quod videtur habere auferetur.*

Tertiò, propter consolationis relevamentum, quia cum sic multipliciter affligantur, solatium est eis, cùm vident alios sibi compati, & ad reparationem suæ stadii fideliter cooperari, & dicunt cum Saul 1. Reg. 23. *Benedicti vos à Domino, quia doluisti vicem meam.* Sed dicunt aliqui: illis debilibus dignè subvenitur, de quibus est spes convalescentiæ: in illis vero, de quibus non præsumitur quòd aliquando convalescant, inutiliter consumuntur expensæ. Hoc rectè diceretur, si non propter meritum charitatis, sed propter retributionem humanæ utilitatis deberet infirmis misericordia exhiberi. Qui autem propter hoc infirmo subvenit, ut cùm sanus fuerit, benefactum illud servando retribuatur, merito charitatis se privat. Ubi enim major miseria, ibi clarior misericordia apparet, & purior charitas. Expediit ergo, Prælatum quandoque experiri infirmitates ceterorum, ut dicat compati, juxta illud Hebr. 4. *Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris.* Hæc optime Divus Bonaventura.

Nec sancta Pontificum decreta hujus laudabilis circa infirmos ministerij obliviscuntur. Innocentius enim III. in ca. *cum ad monasterium*, de statu monachorum, sic statuit: *Porro debiles, & infirmi, qui minutione indigent, vel aliqua medicina, non seorsum in camera, sed omnes in infirmatorio, quæ sibi necessaria fuerint tam in carnibus, quam in alijs, recipiant competenter.* Hoc est igitur, quod nostra Regula illis verbis, *infectis necessitatibus*, præcipit. Latius verò & expressius nostris Constitucionibus hæc infirmorum cura commendatur, ut patet ex parte prima Cap. 18. præcipuo, §. 2.

Et ratione etiam hæc constat: quia jure ipso, & quasi ex natura rei spectat ad Prælatos præfata provisio de necessarijs, præcipue ubi major est indigentia, qualis est in infirmitatibus: quia subditi renuntiantur curæ propriæ tam quoad animam quam quoad corpus, & potestati Prælatorum omnino se tradiderunt. Et sic non aliter, quam Patres filiorum, subditorum tenentur curati gerere. Unde ut optime Turrecremata in d. Cap. 36. Regulae Benedicti loquitur: *Si monachus reliquit sua ex quibus necessaria parare possit; reliquit suos, qui ei in infirmitatibus libenter ministrarent; reliquit etiam semetipsum propter Christum, nolens sui curam habere: magna erit impietas Prælatorum, si subditorum indigentis non plenè subveniant.* Hæc ille. Neque in procuranda infirmorum salute, ceterisque ad eorum solatium necessarijs unquam admittenda est Prælatorum excusatio, dum paupertatis titulo negligentis his subvenire solent. Nam potius (ut Beata mater Teresa à JESU dicere solebat) *sanus necessarius, quam infirmus in monasterio indulgentia sive delicta deficere debent.*

Illud tamen etiam ipsos ægotantes admonere vellem, minimè oportere, nec superflua in Monasterio quaerere, nec de obsequio sibi impensio murmurare: sed se infirmos pauperes esse læpemente recolere. Unde Benedictus ubi supra: *ipsi infirmi considerent, in honorem DEI sibi serviri, & non*

*superflua se sua contristent fratres suos, servientes sibi.* Hæc Benedictus. Quare si aliquando infirmi obsonium aliquod, vel medicinam appetant, indicare illud debent Prælato, vel eorum curam gerenti: & si obtineant (ut par est) gratias agant: sin minus, patientes sint, & ob DEI amorem eo libenter careant. Nam, ut inquit Basilus interrog. 1 §. 5. *Si infirmus retribuendæ à DEO mercedis gratia laborem suffert, non inde solatium, ac mitigationem requirere debet: sed ad retributionem mercedis à Domino se ipsum componere, sciens, quòd consolatione pro angustia à benigno DEO dignus fiet.* Et in proposito notanda sunt Hieronimi verba in Regulae D. Francisci Cap. 6. ibidem à Corduba relata quæst. 19. *Infirmitas autem (inquit) si pauper est voluntarius, penset non quæ divites, sed quæ pauperes infirmos decet. Nam pauperis est, modicis esse contentum, & in necessarijs sepe deficere, defectumque æquanimiter tolerare. Grandis autem est, grandia quaerere, & nullum in votu æquanimiter ferre defectum.* Hæc ille. Neque enim Prælati, ut ibidem ait Corduba, more reddituorum possunt communiter laudibus sine ullo defectu providere.

Quare cavendum maxime est Religiosis, etiam infirmis, extraneo dinaria condimenta, aut pretiosa, aut non multum necessaria quaerere, ut optime Bernardus in Epistola 321. ad fratres de Sancto Anastasio consulti. *Compatior (inquit) utique, & multum ego compatior infirmitati corporum, sed timenda multo magis ampliusque cavenda infirmitas animarum. Properea minimè competis Religioni vestra, medicinas quaerere corporales. Nam de viribus quidem herbis, & quæ pauperes decant, interdum aliquid sumere, tolerabile est, & hoc aliquando seles fieri: at vero species emere, quaerere medicos, accipere potiones, Religiosis indecens est: maximeque Ordinis nostri neque honestati congruit, neque puritati. Hæc omnia gentes inquirunt. Hæc ille Divus Bernardus. Et tunc, (ne tam rigidam sententiam cum Bernardo proferamus) non hic D. Bernardus de gravibus infirmitatibus loqui credendus est, sed de quibusdam inveteratis, & contuentis morbis, quibus non alio remedio, quam patientia, medari potest, de quibus Divus Basilus loquitur dicta Interrog. 55. in Reg. suis disputati.*

Denique (ut omnia concludam) infirmis pro præ oculis hæc quinque habenda erunt. *Primum*, nuntur ne superflua quaerant. *Secundum*, quòd necessaria quinque ita postulent, ut si eis denegentur, patienter si esse puncta infirmis Ænt. *Tertium*, ut sibi persuadeant, non omnes infirmos Religiosis præ medicis posse sanari: nam, (ut rectè Basilus d. interrogatiōe 55.) Sæpe flagella peccatorum sunt ægrotiones ad conversionem inducunt. *Quem enim* (inquit Apostolus ad Hebr. 12.) *diligit Dominus, castigat.* Et ideo inter vos multi debiles & infirmi, ut ipse prima Corinth. 11. testatur. Tales igitur oportet quiete, & e demittere studia medica, & sustinere quæ inducuntur, ubi nostra ipsorum delicta cognoverimus, juxta eum, qui dixit Michæ 7. *Iram Domini susseram, quia ipse peccavi.* Hæc D. Basilus, ubi latè docet, multas esse infirmitates, quæ non ex malitia victus, aut ex alijs principijs naturalibus proveniunt, sed eas D E U S nobis propter nostra peccata vult infligere: in quibus medicinam quaerere superfluum est. *Quartum*, quòd

Quid ægris summo-  
pere ca-  
vendum.

Spirit.

II

III

IV

V

VI

VII

VIII

IX

X

XI

XII

XIII

XIV


XV

XVI

quod etiam si aliqua levis agilitas (maximè inferius) aliquod medicinarum remedium admittant: non tamen debent omnes, nec possunt curari, cum possibile non sit, in tanta vitæ nuditate ac arctitudine, aliquo corporis incommodo vel dolore non affici.

Quare si quis omnes eradicare velit, ceterè illi eveniet quod de Hydræ capibus fabulantur Poëtæ, quod amputato uno, plura renascuntur. Est enim hoc nostræ vitæ genus omnino medicinarum regulis contrarium. Et sic de illis in nostro Ordine non est multum curandum, maximè si infirmitas gravis non sit, aut talis conditionis, quod à proprio munere exercendo Religiosos omnino impediat. Quare rectè D. Ambrosius in Psalm. 20. *Contraria (ait) divina conditioni præcepta medicina sunt.* Ita qui se medicinis dederit, seipsum sibi abnegat. Videnda sunt, quæ supra capitul. 4. de refectioe ex Bernardo *Serm. 30. in Cantu.* tradidimus. Ubi quantum distet inter Christi, & Hippocratis præcepta & inter utriusque discipulos, aptè docet ut solet.

Quintum & ultimum desumitur ex Divi Augustini Regula *Capite 2.* Ut cum infirmi suas vires pristinas reparaverint, ad feliciorum consuetudinem suam redeant: quæ famulos DEI tantò amplius decet, quanto minus indigent. Neque ibi eos teneat voluptas jam vegetatos, quos necessitas levaret infirmos, illos æstimet ditiores, qui in sustinenda paupertate fuerint fortiores. Et hæc de inspiciendis ætatibus, & necessitatibus singulorum dicta sunt.



## IN TEXTV

ibidem.

*Asinos autem sive Mulos, prout vestra  
exposulaverit necessitas, vobis  
habere liceat.*

Circa hæc verba, aliqua in initio hujus capitis adnotavimus; ubi rationem reddidimus, quid his *Innocentius Quartus* voluerit significare. Diximus enim, hanc esse veluti exceptionem paupertatis, quæ in communi nobis in hoc capitulo Regula præscribit. Et quamvis per hanc omnium possessionem, reddituum, ac aliorum bonorum dominium interdicitur, & nihil horum Religiosis similem profitentibus paupertatem habere liceat; concessit tamen *Innocentius Quartus*, ut saltem asinos sive mulos, & aliqua alia animalia sive volatilia nobis liberum esset possidere. Et in primis asinos sive mulos habere permisit: quia cum Patres nostri, Eremi loca sæpe ab urbibus remota inhabitarent, ad eorum victum, & reliqua Monasterij emolumenta, necessum erat his animalibus uti. Addit præterea: *Aliquos animalium sive volatiliam ad vestram nutrimentum.* Nam cum nobis elus carni in hac Regula sit prohibitus, & ex alia parte pisces non ubique facile parentur, rectè cautum ab *Innocentio* videtur, ut Eremitarum aliqua

animalia haberent, ex quorum fructibus (quod sunt, lac, caseus, & ova) alerentur.

Præterea considerandum est, Regulam non solum volatilia, sed etiam aliqua alia animalia concedere: quod de quadrupedum etiam genere (quales sunt oves, & capra) intelligi debet. Ex quo elicere possumus, attento Regulae rigore ac puritate, non licere in Ordine, arietum, aut cuniculorum, sive quoruncumque aliorum animalium greges possidere, nisi tantum ea, quæ ad nutrimentum Religiosorum, medijs laeticinijs, aut ovibus juvare possint.

Sed dicet: Etiam ad infirmorum nutrimentum prædicta animalia conducunt: igitur etiam erunt à Regula permilla. Respondeo, quod etiam aliqua ex animalibus prædictis utilia & necessaria sint ad infirmorum agilitates, in quibus carnis vesci licet, curandas; tamen adhuc mentem Regulae non videtur esse, de hoc infirmorum nutrimento agere: quævis in hoc non multum temperose insistentium sit. Neque enim existimo, omnino à Regula alienum, in eremi domibus (sine sine scandalo fieri posset) aliqua prædictorum animalia ad subveniendum infirmorum necessitatibus habere. Nec tamen credat aliquis, ex hoc licitum esse, greges arietum à fratribus possideri: hoc enim valde nostræ paupertatis dissonum, & omnino contrarium censeo, nisi fiat cum magna cautione & limitatione, ut esset, quatuor vel sex arietes pro dictis necessitatibus remitte. Denique circa hanc capituli partem restat, ut de paupertate in communi aliqua differamus.

## D VBIVM VI.

An nostra Religio habeat paupertatem in communi, & una sit ex Mendicantibus?

EX his, quæ in initio hujus Capitis præfati sumus, satis superque constat, tum ex his verbis, *Asinos sive mulos &c.* tum ex varijs Pontificum declarationibus ibi adductis, nostram Religionem ex vi suæ Regulae paupertatem in communi profiteri, ac ex consequenti, quod una sit ex Mendicantibus, non quomodolibet ex constitutionibus aut alijs privilegijs, ut alij Ordines sibi hunc titulum vendicant: sed ex proprio jure & Regula, quia illi proprietates omnes, rerumque usus in communi interdicitur. Sunt autem ex approbatis in Ecclesia DEI Religionibus duæ Regulae tantum, quæ hanc mendicantem, & paupertatem præcipiant; nostra scilicet & beati Francisci Regula: quamvis nostra prima fuerit ex his Regulis, quas ego viderim, quæ in Ecclesia hunc altissimum paupertatis modum introduxit, & suis professoribus observandum tradidit. Nam cum ea prima fuerit inter mendicantes, ut in præfationibus probatum reliquimus, constat etiam, ab ea in primis hanc arctissimam paupertatem dimanasse.

Quod verò Religio nostra ex Regula suam mendicantem accipiat, præter ea, quæ in initio hujus Cap. asseribamus, docet inter Canonistas *Abbas Lappus alleg. 4. §.* Et quamvis ibi aliquantulum hæc

hæret, tandem inclinatur, Carmelitas esse Mendicantes ex Regula, quod colligit ex illis verbis Regula: *Et cum oporteat vos frequentius mendicare itinerantes.* Et licet ipse amplius non probet, non inceptè id ex prædictis verbis colligi demonstrabo, quia si illud verbum (*oportet*) vim habeat præceptivam, ut constat ex *Clementina Exivit de verborum significatione*, sive tantum concedentiam, sive honestatem importet; magnam vim illa verba ad confirmandam Lappi sententiam habent. Nam si præceptiva sint, (quod verius & probabilius apparet) aperte sequitur inentium. Si enim Regula præcipit, ut adhuc itinerantes mendicemus, quanto magis etiam in alijs temporibus idem vellet observari? Si verò verbum (*oportet*) honestatem aut decentiam tantum denotet, non minus urget argumentum: quia tunc illis verbis supponitur professio arctissimæ paupertatis. Nam faciunt hunc sensum: Cum vos pauperes tam in particulari, quam in communi sitis, decet vos ut pauperes mendicare. Si enim Regula redditus ac possessiones permittit, quorum præcipere deberet, ut itinerantes mendicarem? Quod non ob aliam rationem factum existimo, nisi quia, cum Monasteria redditus habere non permittantur, ex quibus Religiosis itinerantibus providere possent, cautum à Regula fuit, ut illi iter facerent mendicantes.

*Cap. univ. de Relig. domib. in 6.* Præterea ex jure communi constat, Carmelitas esse Mendicantes. Colligitur enim ex *Cap. Unico de Religiosis domibus in sexto*, estque hoc ita communiter receptum, ut non sit necessarium amplius in eo immorari.

Difficultas verò restat, an supposito decreto Concilij Tridentini *Sessione 25. Cap. 3.* quo caveatur, ut omnes Religiones Mendicantes, exceptis Capucinorum & Observantiæ beati Francisci, possint libere & licite redditus, sive alia bona immobilia possidere: hæc decisio locum habeat in paupertate, quam nos ex Regula profitemur.

*Conc. Trid.* Estque urgens argumentum pro parte negativa: quia ibi Concilium tantum id permittit illis Religionibus, quibus ex Constitutionibus suis erat prohibitum, aut ex privilegio Apostolico non erat concessum: at in nostra Religione non ex privilegio aut ex Constitutionibus ortum mendicitas habuit, sed potius ex ipsa Regula, ut *suprà* demonstravimus. Secundò: Quia neque Ordo Discalceatorum Carmelitarum, neque Regula primitiva tempore Concilij erat in usu. Quare Concilium nullam de ea potuit habere notionem, ac proinde decisio tantum extendenda est ad eas Religiones, quæ tunc temporis florebant. Et confirmatur: Quia sicut excepit Concilium Ordinem B. Francisci, quia hic Mendicantis jus ex Regula accepit, etiam nostrum ob eandem causam exciperet: ergo adhuc stante decreto Concilij Tridentini, bona immobilia in Ordine possideri non possunt.

Pro contraria parte etiam urgere videretur, quod Concilium ibi de omnibus Mendicantibus loquitur, sive ex Regula, sive ex Constitutionibus mendicitatem servant: aliàs si tantum loqueretur de illis Religionibus, quibus hoc per suas Constitutiones erat prohibitum, frustra concilium exci-

peret Fratres Ordinis Minorum, quibus non ratione Constitutionum, sed ex sua Regula hoc competeat.

Adhuc tamen prioris sententiæ fundamenta probabiliora videntur. Nam certè Concilium illis verbis, Etiam quibus aut ex Constitutionibus suis erat prohibitum, aut ex privilegio Apostolico non erat concessum, expressè significat, suam facultatem ad summum extendi ad illas Religiones, quibus hoc competeat ex Constitutionibus, aut ex privilegio Apostolico. Quare cum Concilium tantum Constitutionum, vel Privilegij, & non Regula mentionem fecerit, aperte videtur colligi, non loqui ibi de Mendicantibus ex vi Regula. Et ad rationem in contrarium responderetur, verba Concilii alium habere sensum, quam argumentum proponit: nam Concilium ait: Concedit Sancta Synodus omnibus Monasterijs & domibus, tam virorum, quam mulierum etiam Mendicantium, exceptis Fratrum S. Francisci. Ecce, quomodo Concilium, volens comprehendere omnes Religiones etiam mendicantes, excepit B. Francisci domus, quia mentionem fecerat Mendicantium: postea verò ad majorem claritatem addit etiam, illis Religionibus, quibus ex Constitutionibus proprijs, aut ex Privilegio Apostolico hoc erat prohibitum: non verò loquitur hic de illis, quibus ex Regula non erat concessum. Et sic Religionem B. Francisci ideo excepit, quia de Mendicantibus absolute pronuntiaverat. Quare in hoc casu non auderem affirmare, hoc decretum Concilij nobis præbuisse facultatem habendi immobilia bona. Et hanc nostram sententiam quidam doctissimus Primariæ Canonum doct. Vallisoleti, dom. Concilium Tridentinum circa *Cap. 3.* exponeret, affirmavit: Tridentinum (scilicet) ibi non agere de illis Religionibus, quibus ex Regula bona immobilia non sunt permittenda. Ex quo colligitur, non esse facultatem in Ordine, nisi consulto s. mmo Pontifice, statutum, quo facultas præbeatur ad habendos redditus, vel alia immobilia bona, condendi.

Præterea, quia *Gregor. XIII.* in Bulla separationis, & alij Summi Pontifices Ordini potestatem concesserunt, leges & statuta faciendi, dummodo Regula primitiva non sint contraria. Tum tertio, quia jam Religio renunciavit proprijs Constitutionibus huic concilij favori. Quare, cum Regula decernat, nihil nos neque in communi neque in particulari possidere posse; sequitur, quod Constitutio ulla ei non possit derogare, Nec valet, si aliquis respondeat, non fuisse animum Pontificis, per hanc & similes Bullas Concilio Tridentino derogare: quia Summus Pontifex minimè dictis Bullis derogat per Tridentini decretum. Nam Tridentinum non præcipit, ut habeantur bona immobilia, sed concedit habendi ea liberam licentiam. Unde, quod Summus Pontifex velit, nos ea licentia non uti, non est hoc Concilio derogare: sicut non derogat Concilio Capitulum generale, cum præcipit, ut nihil commune habeatur.

# CAPUT IX.

De Oratorio, & cultu Divino.

TEXTVS.

Simile de-  
cernitur  
in Ca-  
mand.  
Et Car-  
thus, con-  
stitutio-  
nibus.

**O**ratorium (prout commodius fieri poterit) construatur in medio cellularum, ubi manè per singulos dies ad audienda Missarum solennia convenire debeatis, ubi hoc commodè fieri poterit.

## GLOSSA IX.

Legend.  
Joan. à  
JESU  
MARIA  
Cap. 21.  
& 22.  
part. 2.  
discipli-  
nae mo-  
nasticæ.

**D**Uo in hoc capitulo præcipuè commendan- tur. Primum, ut oratorium sive Monasterij Ecclesia in medio cellularum construatur. Secun- dum, ut manè in Oratorio ad audiendam Missam omnes conveniant. Nec tamen ad id obligat ab- solutè, sed tantum, ubi hoc commodè observari potest.

Circa hujus capitis priorem partem reco- lenda sunt, quæ *suprà* capite 2. anno avimus: nempe, Monasterij formam ex Regula talem esse de- bere, qualem ibi descripsimus. Quod ex hoc capite valè confirmatur: dum in eo præcipitur, ut Ora- torium in medio cellularum construatur. Quod signum evidens est, Monasterij domum sive ejus structuram non esse continuam, sicut modò erigi- com claustrum & dormitorio solet: sed potius tunc ex cellulis divisit & à se invicem separatis consti- tisse. Et hæc est forma monasterij, quæ à Regula in- ducitur. Et ob id in medio earum in hoc capite Oratorium constitui præcipitur, ut commodius omnes ad officia divina peragenda convenirent, ut nunc etiam in Ordine Camandulensium servatur. Est enim ex Regula nobis eremitica vita, & cellu- larum solitudo præscripta, ut *dicto* Capite 2. dixi- mus.

Circa secundam verò hujus capitis partem, per illa verba, *Missarum solennia*, primùm dici po- test, omnes debere convenire manè ad audiendam Missam: quia cum omnes laboribus ma-

nium studeant, oportebat, ut primo manè Mis- sam audirent, ut sic labori jugiter incumberent. Ex quo elicitur, esse Reg. Præceptum, ut omnes Missam quotidie audiant. Hic est communis hu- jus loci sensus.

Secundo, & probabilius dici potest, hunc locum non intelligi de Missa privata, sed potius de Missa Conventuali: quod satis expressè illa deno- tant verba, *Missarum solennia*. Missa enim solennis illa tantum dicitur, quæ in Conventu ab omnibus celebratur, ut constat ex Rubricis Missæ solennis. Et præterea, quia, cum jure casum sit, ut quolibet die in Ecclesijs Regularibus Missa Conventualis celebretur, ut ex *Cap. cum creatura, de celebratione Missarum* patet, videtur prædictum *Cap.* intelligi de- bere de hac Missa Conventuali. In quo duo itatu- untur: primum, quòd Missa hæc in quolibet Con- ventu quoad die celebretur: secundum, quòd ad il- lam audiendam omnes conveniant, ubi commo- dè poterit observari. Quæ verba intelligi possunt, ut omnes convenire teneantur, nisi aliud impedi- mentum, vel rationabilis causa obitet, quamvis propria & vera expositio sit, ut *suprà* in *Cap. 4. de communi Refectorio* attigimus: in quo similia verba afferuntur, nempe hæc verba à Regula ideo esse adjecta, quia in aliquibus Ecclesijs ita cellule ab oratorio, vel communi Refectorio distabant, ut non semper commoditas esse illud ad eundem: hi verò, qui Missæ solenni intervenire non possunt, non est dubium, quin ex mente Regulæ Missam privatam audire teneantur.

Capit. cum cre. an. de celebrat.

Vid. Jo. à Jesu Maria cap. 23. de disciplina monastica

Que à Præbato in capitulo præstandæ

Concil. Vinnens. Clement. 1. de statu Monachorum

Qui nominatim juniorum fuerint intelligendi

Qui nunc mine nicoen. Eccl. Sapientia

# CAPUT X.

De Capitulo, & correctione Fratrum.

TEXTVS.

De ha-  
bendo ca-  
pitulo  
qualibet  
septima-  
na: D.

Hic. in  
Regula  
Monacha-  
rum. Cap.  
9. & de  
correctio-  
ne

**D**ominicus quoque diebus, vel alijs, ubi opus fuerit, de custodia Ordinis, & de animarum salute tractetis: ubi etiam excessum & culpam Fratrum (si qua in aliquo deprehensa fue- rint) Charitate mediâ corrigantur.

## GLOSSA X.

Reg. Mo-  
nachorum  
Cap. 6. &  
2. p. statum  
Carthus.  
Cap. 8.  
De chari-  
tate &  
modo in

In hoc Capite duo præcipuè statuantur: pri- mum, tempus in quo capitulum Conventuale celebrari debet: secundum, ea quæ in his capitulis gerenda sunt. Circa primum constituitur hæc conclusio: *Capitulum debet fieri singulis Dominicis, aut alijs diebus*. Circa secundum, Quartum detemi- nantur, Primum, in Capitulo de observantia Or-

dinis agendum esse. Secundum etiam de animarum salute. Tertium, de correctione culpæ. Et deni- que Quartum de modo correctionis (scilicet, ut *D. Francis* charitative fiat) tractat. Quæ omnia nos ad tria *Cap. 7. de dubia* reducemus. In primo & secundo, de Capitulo Conventuali, & de ejus actibus, nempe, quo- modo in eo fieri debeant proclamationes sive ac- cufationes, in Tertio verò specialius, qua ratione in correctione culpæ se gerere debeant Præla- ti, exponemus.

correctio-  
ne fratru-  
m, de  
Basilien-  
bus sig.  
37. & 39.  
Basilien-  
Cap. 1. &  
2. &  
idem  
Basilien-  
sibus sig.

supra sig. 51.  
Cap. 7. & 10. sig. 10. & 11. sig. 12. & 13. sig. 14. & 15. sig. 16. & 17. sig. 18. & 19. sig. 20. & 21. sig. 22. & 23. sig. 24. & 25. sig. 26. & 27. sig. 28. & 29. sig. 30. & 31. sig. 32. & 33. sig. 34. & 35. sig. 36. & 37. sig. 38. & 39. sig. 40. & 41. sig. 42. & 43. sig. 44. & 45. sig. 46. & 47. sig. 48. & 49. sig. 50. & 51. sig. 52. & 53. sig. 54. & 55. sig. 56. & 57. sig. 58. & 59. sig. 60. & 61. sig. 62. & 63. sig. 64. & 65. sig. 66. & 67. sig. 68. & 69. sig. 70. & 71. sig. 72. & 73. sig. 74. & 75. sig. 76. & 77. sig. 78. & 79. sig. 80. & 81. sig. 82. & 83. sig. 84. & 85. sig. 86. & 87. sig. 88. & 89. sig. 90. & 91. sig. 92. & 93. sig. 94. & 95. sig. 96. & 97. sig. 98. & 99. sig. 100. & 101. sig. 102. & 103. sig. 104. & 105. sig. 106. & 107. sig. 108. & 109. sig. 110. & 111. sig. 112. & 113. sig. 114. & 115. sig. 116. & 117. sig. 118. & 119. sig. 120. & 121. sig. 122. & 123. sig. 124. & 125. sig. 126. & 127. sig. 128. & 129. sig. 130. & 131. sig. 132. & 133. sig. 134. & 135. sig. 136. & 137. sig. 138. & 139. sig. 140. & 141. sig. 142. & 143. sig. 144. & 145. sig. 146. & 147. sig. 148. & 149. sig. 150. & 151. sig. 152. & 153. sig. 154. & 155. sig. 156. & 157. sig. 158. & 159. sig. 160. & 161. sig. 162. & 163. sig. 164. & 165. sig. 166. & 167. sig. 168. & 169. sig. 170. & 171. sig. 172. & 173. sig. 174. & 175. sig. 176. & 177. sig. 178. & 179. sig. 180. & 181. sig. 182. & 183. sig. 184. & 185. sig. 186. & 187. sig. 188. & 189. sig. 190. & 191. sig. 192. & 193. sig. 194. & 195. sig. 196. & 197. sig. 198. & 199. sig. 200. & 201. sig. 202. & 203. sig. 204. & 205. sig. 206. & 207. sig. 208. & 209. sig. 210. & 211. sig. 212. & 213. sig. 214. & 215. sig. 216. & 217. sig. 218. & 219. sig. 220. & 221. sig. 222. & 223. sig. 224. & 225. sig. 226. & 227. sig. 228. & 229. sig. 230. & 231. sig. 232. & 233. sig. 234. & 235. sig. 236. & 237. sig. 238. & 239. sig. 240. & 241. sig. 242. & 243. sig. 244. & 245. sig. 246. & 247. sig. 248. & 249. sig. 250. & 251. sig. 252. & 253. sig. 254. & 255. sig. 256. & 257. sig. 258. & 259. sig. 260. & 261. sig. 262. & 263. sig. 264. & 265. sig. 266. & 267. sig. 268. & 269. sig. 270. & 271. sig. 272. & 273. sig. 274. & 275. sig. 276. & 277. sig. 278. & 279. sig. 280. & 281. sig. 282. & 283. sig. 284. & 285. sig. 286. & 287. sig. 288. & 289. sig. 290. & 291. sig. 292. & 293. sig. 294. & 295. sig. 296. & 297. sig. 298. & 299. sig. 300. & 301. sig. 302. & 303. sig. 304. & 305. sig. 306. & 307. sig. 308. & 309. sig. 310. & 311. sig. 312. & 313. sig. 314. & 315. sig. 316. & 317. sig. 318. & 319. sig. 320. & 321. sig. 322. & 323. sig. 324. & 325. sig. 326. & 327. sig. 328. & 329. sig. 330. & 331. sig. 332. & 333. sig. 334. & 335. sig. 336. & 337. sig. 338. & 339. sig. 340. & 341. sig. 342. & 343. sig. 344. & 345. sig. 346. & 347. sig. 348. & 349. sig. 350. & 351. sig. 352. & 353. sig. 354. & 355. sig. 356. & 357. sig. 358. & 359. sig. 360. & 361. sig. 362. & 363. sig. 364. & 365. sig. 366. & 367. sig. 368. & 369. sig. 370. & 371. sig. 372. & 373. sig. 374. & 375. sig. 376. & 377. sig. 378. & 379. sig. 380. & 381. sig. 382. & 383. sig. 384. & 385. sig. 386. & 387. sig. 388. & 389. sig. 390. & 391. sig. 392. & 393. sig. 394. & 395. sig. 396. & 397. sig. 398. & 399. sig. 400. & 401. sig. 402. & 403. sig. 404. & 405. sig. 406. & 407. sig. 408. & 409. sig. 410. & 411. sig. 412. & 413. sig. 414. & 415. sig. 416. & 417. sig. 418. & 419. sig. 420. & 421. sig. 422. & 423. sig. 424. & 425. sig. 426. & 427. sig. 428. & 429. sig. 430. & 431. sig. 432. & 433. sig. 434. & 435. sig. 436. & 437. sig. 438. & 439. sig. 440. & 441. sig. 442. & 443. sig. 444. & 445. sig. 446. & 447. sig. 448. & 449. sig. 450. & 451. sig. 452. & 453. sig. 454. & 455. sig. 456. & 457. sig. 458. & 459. sig. 460. & 461. sig. 462. & 463. sig. 464. & 465. sig. 466. & 467. sig. 468. & 469. sig. 470. & 471. sig. 472. & 473. sig. 474. & 475. sig. 476. & 477. sig. 478. & 479. sig. 480. & 481. sig. 482. & 483. sig. 484. & 485. sig. 486. & 487. sig. 488. & 489. sig. 490. & 491. sig. 492. & 493. sig. 494. & 495. sig. 496. & 497. sig. 498. & 499. sig. 500. & 501. sig. 502. & 503. sig. 504. & 505. sig. 506. & 507. sig. 508. & 509. sig. 510. & 511. sig. 512. & 513. sig. 514. & 515. sig. 516. & 517. sig. 518. & 519. sig. 520. & 521. sig. 522. & 523. sig. 524. & 525. sig. 526. & 527. sig. 528. & 529. sig. 530. & 531. sig. 532. & 533. sig. 534. & 535. sig. 536. & 537. sig. 538. & 539. sig. 540. & 541. sig. 542. & 543. sig. 544. & 545. sig. 546. & 547. sig. 548. & 549. sig. 550. & 551. sig. 552. & 553. sig. 554. & 555. sig. 556. & 557. sig. 558. & 559. sig. 560. & 561. sig. 562. & 563. sig. 564. & 565. sig. 566. & 567. sig. 568. & 569. sig. 570. & 571. sig. 572. & 573. sig. 574. & 575. sig. 576. & 577. sig. 578. & 579. sig. 580. & 581. sig. 582. & 583. sig. 584. & 585. sig. 586. & 587. sig. 588. & 589. sig. 590. & 591. sig. 592. & 593. sig. 594. & 595. sig. 596. & 597. sig. 598. & 599. sig. 600. & 601. sig. 602. & 603. sig. 604. & 605. sig. 606. & 607. sig. 608. & 609. sig. 610. & 611. sig. 612. & 613. sig. 614. & 615. sig. 616. & 617. sig. 618. & 619. sig. 620. & 621. sig. 622. & 623. sig. 624. & 625. sig. 626. & 627. sig. 628. & 629. sig. 630. & 631. sig. 632. & 633. sig. 634. & 635. sig. 636. & 637. sig. 638. & 639. sig. 640. & 641. sig. 642. & 643. sig. 644. & 645. sig. 646. & 647. sig. 648. & 649. sig. 650. & 651. sig. 652. & 653. sig. 654. & 655. sig. 656. & 657. sig. 658. & 659. sig. 660. & 661. sig. 662. & 663. sig. 664. & 665. sig. 666. & 667. sig. 668. & 669. sig. 670. & 671. sig. 672. & 673. sig. 674. & 675. sig. 676. & 677. sig. 678. & 679. sig. 680. & 681. sig. 682. & 683. sig. 684. & 685. sig. 686. & 687. sig. 688. & 689. sig. 690. & 691. sig. 692. & 693. sig. 694. & 695. sig. 696. & 697. sig. 698. & 699. sig. 700. & 701. sig. 702. & 703. sig. 704. & 705. sig. 706. & 707. sig. 708. & 709. sig. 710. & 711. sig. 712. & 713. sig. 714. & 715. sig. 716. & 717. sig. 718. & 719. sig. 720. & 721. sig. 722. & 723. sig. 724. & 725. sig. 726. & 727. sig. 728. & 729. sig. 730. & 731. sig. 732. & 733. sig. 734. & 735. sig. 736. & 737. sig. 738. & 739. sig. 740. & 741. sig. 742. & 743. sig. 744. & 745. sig. 746. & 747. sig. 748. & 749. sig. 750. & 751. sig. 752. & 753. sig. 754. & 755. sig. 756. & 757. sig. 758. & 759. sig. 760. & 761. sig. 762. & 763. sig. 764. & 765. sig. 766. & 767. sig. 768. & 769. sig. 770. & 771. sig. 772. & 773. sig. 774. & 775. sig. 776. & 777. sig. 778. & 779. sig. 780. & 781. sig. 782. & 783. sig. 784. & 785. sig. 786. & 787. sig. 788. & 789. sig. 790. & 791. sig. 792. & 793. sig. 794. & 795. sig. 796. & 797. sig. 798. & 799. sig. 800. & 801. sig. 802. & 803. sig. 804. & 805. sig. 806. & 807. sig. 808. & 809. sig. 810. & 811. sig. 812. & 813. sig. 814. & 815. sig. 816. & 817. sig. 818. & 819. sig. 820. & 821. sig. 822. & 823. sig. 824. & 825. sig. 826. & 827. sig. 828. & 829. sig. 830. & 831. sig. 832. & 833. sig. 834. & 835. sig. 836. & 837. sig. 838. & 839. sig. 840. & 841. sig. 842. & 843. sig. 844. & 845. sig. 846. & 847. sig. 848. & 849. sig. 850. & 851. sig. 852. & 853. sig. 854. & 855. sig. 856. & 857. sig. 858. & 859. sig. 860. & 861. sig. 862. & 863. sig. 864. & 865. sig. 866. & 867. sig. 868. & 869. sig. 870. & 871. sig. 872. & 873. sig. 874. & 875. sig. 876. & 877. sig. 878. & 879. sig. 880. & 881. sig. 882. & 883. sig. 884. & 885. sig. 886. & 887. sig. 888. & 889. sig. 890. & 891. sig. 892. & 893. sig. 894. & 895. sig. 896. & 897. sig. 898. & 899. sig. 900. & 901. sig. 902. & 903. sig. 904. & 905. sig. 906. & 907. sig. 908. & 909. sig. 910. & 911. sig. 912. & 913. sig. 914. & 915. sig. 916. & 917. sig. 918. & 919. sig. 920. & 921. sig. 922. & 923. sig. 924. & 925. sig. 926. & 927. sig. 928. & 929. sig. 930. & 931. sig. 932. & 933. sig. 934. & 935. sig. 936. & 937. sig. 938. & 939. sig. 940. & 941. sig. 942. & 943. sig. 944. & 945. sig. 946. & 947. sig. 948. & 949. sig. 950. & 951. sig. 952. & 953. sig. 954. & 955. sig. 956. & 957. sig. 958. & 959. sig. 960. & 961. sig. 962. & 963. sig. 964. & 965. sig. 966. & 967. sig. 968. & 969. sig. 970. & 971. sig. 972. & 973. sig. 974. & 975. sig. 976. & 977. sig. 978. & 979. sig. 980. & 981. sig. 982. & 983. sig. 984. & 985. sig. 986. & 987. sig. 988. & 989. sig. 990. & 991. sig. 992. & 993. sig. 994. & 995. sig. 996. & 997. sig. 998. & 999. sig. 1000.

DU- num. 15

D V B I V M I.

De his, quæ tam secundum jus, quam secundum nostram Regulam in Capitulo Conventuali fieri debent.

IN primis singulis Dominicis, vel alijs diebus celebrandum Capitulum à Regula decernitur: cuius verba duplicem sensum possant habere. Primus est, ut Dominicis diebus, & si his aliquod impedimentum se obrulerit, alijs septimanae diebus Capitulum fiat. Secundus sensus est, quòd non solum Dominicis diebus, sed etiam alijs, quando opus fuerit, vel necessitate postulaverit, de animarum salute & correctione culparum agatur. Et verè hæc expositio Regulae menti magis videtur congruere: nam illa verba, *Ubi opus fuerit*, non significant impedimentum, ut prima expositio fatebatur, sed potius emergentem aliquam necessitatem significant, in qua, etiam si Dominica die præcedenti Capitulum fuerit celebratum, denuo, postulante id necessitate peragi possit. Ex quo fit, secundum Regulam mentem, Dominicis diebus Capitulum omitti non posse: quamvis priori expositioni maxime faveat communis Ordinis consensus: imò & Constitutio nostra, in qua cavetur, ut diebus Venetis, vel Dominicis in qualibet septimana Capitulum in Conventu fiat. Hic tamen illud obiter dignum animadversione occurrit, quòd, quando in Regula agitur de refectorio, aut de eo quòd omnes in Oratorio convenient, semper illa verba adiunguntur, *Ubi commode poterit observari*. Hic verò hæc verba omnino omittuntur, quasi veli Regula, ut nemo à culparum Capitulo quavis causa aut incommoditate excusetur.

Suppositis his, explicanda restant ea, quæ in Capitulo tam ex parte prælati, quam subditorum, gerenda sunt. Antè omnia igitur Prælati (ut initium sumam à juris & conciliorum decretis) præcipere tenentur, ut Regula vel saltem aliqua ejus pars in Capitulo legatur, & deinde eam vulgariter omnibus exponere. Ita sancitum est in Concilio Viennensi sub *Clemente V.* celebrato, & refertur in *Clementina prima*, de statu Monachorum §. *Regula*: docet Sylvest. verb. (Religio) 7. num. 15. quamvis glossa in dicta *Clementina* verbo (*juniores*) doceat, quòd si non sint in Conventu juniores, Prælati ad id non obligantur. Nam dicta *Clementina* Regulam legi præcipit propter juniores. Mihi verò glossa expositio non probatur: nam *juniorum* nomine non tam intelligitur ibi Concilium adolefcentes, vel noviter ad Religionem conversos, quam omnes illos, qui in conversatione sua, etiam si senes & antiqui in Ordine sint, juniorum mores imitantur. Nam sicut seniorum nomine non tam annorum numerus, & ætas longæva, quam judicij maturitas, & senilis prudentia significari solet, ut patet ex illo Eccles. 2. *Canities hominum prudentia est*, & Sap. 4. *Senectus venerabilis est*. Eccles. 2. *non duciturna, atque annorum numero computata, canis autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis via immaculata*, ut notant etiam Orig. in *Genes. hom. 3.* & in lib. *Jesu Navè hom. 16.* Hier. in *Esaï. Cap. 3.* Chrylost. in *Epist. Paul. ad Heb. hom. 7.* &

denique D. Aug. in *Gen. Cap. 18.* qui omnes nomine seniorum non annorum senectutem, sed cordis maturitatem, & prudentiam intelligi volunt: ita è contrario, juniorum appellatione, non tam a tate juvenes, & Religione moderni, quam omnes illi etiam senes & in Ordine antiqui, qui juniorum vitam imitantur, in dicta *Clementina* intelligi debent. Et cum hi raro ab aliqua Communitate soleant deficere, saltem propter hoc Prælati, vulgariter Regulam declarare tenebuntur.

Secundò Prælati in Conventuali Capitulo, antequam ad alia procedat, sermone aliquo opportuno subditorum mentes ad Regulam, quam professi sunt, observantiam, vel ad aliarum virtutum functionem hortari debet. Nam cum sit custos legum, maxime earum custodiam verbo & opere Monachis debet persuadere. Ac deinde, cum Pastor sit, assiduis clamoribus à canis ovium lupos arceere debet. Unde per *Esaïam 58.* Dominus Prælatos alloquens, præcipit: *clama ne cesses*: & Paul. ad *Timotheum 3.* *Ut potens sis exhortari in doctrina sana*. Ex quo Divus Thomas 2. 2. q. 42. articulo septimo omnem prælati curam, & obligationem ad duo capita reduxit: alterum, quòd subditos sua doctrina in spiritualibus pascat: alterum, quòd eos etiam pascat in temporalibus. Nullus ergo commodior locus est ad distribuendum hunc Doctrinæ partem, quam capitulum disciplinae. Quare hic Prælati ante omnia ad ejus consequentiam subditos monere debet. Et hæc sunt verba præambula, & inchoationes Capituli.

Quod autem in Capitulo præcipue secundum Regulam geri debet, ad tria tantum capita reducitur: primum, ut de custodia Ordinis: secundum, ut de animarum salute: tertium, ut de Fratrum culpis agatur.

Quoad primum, illud se offeri statim prænotandum, Capituli Conventualis finem esse, de Ordinis custodia tractare: secundariò verò, & minus principaliter de alijs rebus. Ordinis verò custodia nihil aliud sonat, quam observantiam, & disciplinam regularem retinere. Quare de hac in Capitulo potissimum agendum est: primò, ut Prælati in sermonibus suis ad ejus amorem subditos alliciat, & moveat: ac deinde tam Prælati, quam subditi vicissim advertant, atque conferant, quid expediens aut utilius sit ad exactiorem tam Regulae quam Constitutionum observantiam: ac præterea, qua ratione occurrendum sit, ne abusus aliqui in monasterio inducantur, vel quomodo inducti, ne ulterius serpunt tollendi, ac radicibus extirpandi sint. Hic est præcipuus hujus Capituli scopus; & ob id in Religionibus ejus frequentia tanto opere commendatur.

Secundum est, ut de animarum salute agatur: quod consequens est ad primum; nam in custodia Ordinis animarum salus sita est. In specie verò hæc verba aliquid amplius, quam præterita, indicant: nempe, quòd Prælati unicuique, qualiter in via DEI progredi debeat, secundum diversum uniuscujusque statum, munus, vel profectum, in communi aut in particulari, si opus fuerit, declaret, & doceat.

Tertio Capitulum Conventuale ordinatur Culpa ad correctionem culparum, nempe, ut ibi Fratrum suas culpas spontaneè confiteantur, vel de eis accersitio patienter & accusationem, & correctionem ferant. Unde culpa in Capitulo duplici modo peragitur: prima, dum ipsi Religiosi genitèr culp-

Vid. Jo. à Jesu Maria cap. 23. part. 2. disciplina monastica

Quæ à Prælato in capitulo præstanda

Concil. Viennens. Clement. 1. de statu Monachorù.

Qui nomine juniorum sint intelligendi? Qui nomine seniorum? Eccles. 2. Sapient. 4.

Esaï. 58. 1. ad Tim. 3.

Omnis prælatorum cura ad capitulo duo à S. Thoma reducitur.

De tribus præsertim in Capitulo agendum, & quænam ex his per Ordinis custodiam intelligatur?

Quid per animarum salutem?

LESU

Spirit.

II

III

IV

V

VI

VII

VIII

IX

X

XI

XII

sej, eos coram omnibus humili et accusant: secundum, cum a zela ore, vel syndico, vel alio de Capituli gremio denuntiantur. Quoad primum, observandum est, hunc laudabilem seiplos coram alijs Fratibus accusandi morem antiquum fuisse in Religionibus. D. Basilii sermone 4. *exercitationis in sine*, Siquid (ait) factum est præter id quod decet, sive sit cogitatio interdicta, aut sermo extra officium, aut ad orationem segnities, aut Psalmodia negligentia aut communis vitæ desiderium; ne occultet peccatum, sed Communitati confiteatur, ut per communem orationem curetur vitium ejus.

Et in *Reg. sust. interrogazione 37*. Ceterum completa die (inquit) fiat publicatio omnissorum, sive peccatum voluntarium, sive involuntarium, sive etiam latent factum est, aut in verbis, aut in factis, aut circa ipsum cor, ita, ut de his omnibus DEUM per preces placemus. Hæc Basilii. Ubi etiam, quod die has sui accusationes coram omnibus fieri, monet: quod & hodie ad unguem in nostra Religione servatur, dum qualibet nocte Religiosi post cenam, aut collationem coram omnibus genuflexi, spontaneè culpas leves revelant. Quod verò Basilii docet, etiam cordis cogitationes publicandas, consilium potius, quam mandatum videtur.

Cautius tamen Divus Benedictus, culpas publicè confitendas esse *Cap. 46*, declaravit, dicens: Si quis in labore quovis, in coquina, in cellario, in ministerio, in pistrino, in orto, in arte aliqua dum laborat, vel in quocumque loco aliquid deliquerit, aut fregerit quidquam aut perdidit, vel aliquid aliud excesserit, & non veniens continuo ante Abbatem vel Congregationem ipse ultro satisfecerit, & prodiderit delictum suum: dum per alium cognitum fuerit, majori subjaceat emendationi. Si animæ verò peccati causa latens fuerit, tantum Abbatem, aut spiritualibus senioribus patefaciat, Hæc tunc Benedictus.

Divus quoque Hieronymus *Regu. Monachorum Cap. 9*. Non pudeat (inquit) singulis hebdomadibus sexta, quo die Saluator opprobria pro homine ab homine pertulit, unamquamque sororum suam vitam coram omni cætu sororum discutere, & de commissis contra præcepta, & Regulam se proprio ore criminari, ac disciplinam subire, quatenus stimulara mens stimulo accusationis ac verborum, caveat accusanda ac pudenda committere. Nec tamen propter hoc, occulta cogitamina cordium prodantur neque occulta peccata, quæ solis debent sacerdotibus confiteri: sed solum, quæ præceptis obviant publicis, & sororibus exempla peccandi præbent. Si verò vel timore, vel verecundia seipsam accusare neglexerit, licet unicusque propalare tale crimen alterius, ut nullatenus radices inobedientia & superbia in sancto hoculo vestro attipiant, non evellendas de facili.

Cassian. denique *lib. 4. instit. Cap. 16*, de Monachis Aegypti sic scribit: Si quis igitur gillonem fidelem casu aliquo fregerit, non aliter negligentiam suam, quam publicè diluat poenitentia: cunctisque in synaxi fratribus congregatis, tam diu prostratus in terra veniam postulabit, donec orationum consummetur solemnitas, impetraturus eam, cum iussus fuerit Abbatis iudicio de solo surgere. Eodem modo satisfacias, quisquis ad opus aliquod accesserit, vel ad congregationem solitam, tardius occurrerit, aut si decantans psalmum vel modicum tibi ubi verit: similiter si superbe, si durius si

consummatus responderit: si negligentius indicta obsequia complerit, sive leviter murmuraverit: si lectio nem operi vel obedientia præferens, officij statuta seignius fuerit exequutus: si dimissa Synaxi, non concitus ad cellam recurrere se sinaverit: si cum aliquo vel ad modicum subsisterit, vel si ad punctum temporis usquam secesserit: si alterius tenuerit manum: si cum illo, qui cellula sua cohabitator non est, confabulari quantumcumque presumpserit: si parentum quempiam, vel amicorum secularium videre tentaverit, vel colloquutus cum sine suo fuerit seniori: si Epistolam cuiusvisque suscipere, sive scribere sine Abbate suo tentaverit. Quæ omnia Cassianus non aliter, quam per publicam confessionem, & poenitentiam dilui acque emendari apud Aegyptios, asseverat.

Ex quibus Patrum testimonijs duo licet colligere. Primum, leges, quæ de culpis propalandis ab eis latae sunt, non extendi ad interiores culpas: quod ex Divo Benedicto & Hieronymo cavè pernotatum accepimus, si tamen non negant, quod minus, si DEI spiritu & nimio fervore aliquis agatur, ei non liceat, imò laudabile sit, peccata etiam omnino occulta, & secreta ad suam confusionem, & eorum satisfactionem publicè detegere.

Secundò licet inferre, non solum quempiam non teneri, peccata omnino occulta & interiora, verum nec secreta exteriora, si gravia sint, manifestare: cum nullus teneatur seipsum prodere, & infamare. Et patet ex supradictis Patribus, qui omnes in rebus levioribus exempla ponunt. Si verò peccata publica sint, (etiam si gravia,) non est dubium, quin possint, & debeant in Capitulo publicari. Et ratio est, quia per hanc confessionem reus nullum incurrit suæ famæ detrimentum, cum jam illius peccatum publicum sit, & omnibus, vel majori Capituli parti notum.

Tertiò inferitur, quòd peccata ea, quæ levia sunt, & quæ notabilem famæ jacturam non præferunt, licet aliàs leviter fama lædatur, teneri quis (non sub aliqua culpa, sed ut Constitutionibus nostris obediatur) in Capitulo publicè de se confiteri, qualia sunt ea peccata, quæ supra à prædictis Patribus referuntur: quæ ex natura sua levisima sunt, & in Religione, quantumvis perfecta, quotidiana. Ob quorum confessionem, non solum quis famam non amittit, sed sæpius eam auget: quia nullus tam perfectus ac sanctus reperitur, qui in his exterioribus culpis, vel in interioribus alijs septies non cadat.

Tum etiam, quia nullus sanæ mentis erit, qui non iudicet, majoris perfectionis ac virtutis esse publicè ea, quæ secreta sunt, de seipso confiteri, quam fuerit vitij, ea commisisse. Imò quamvis quis sibi persuadeat, se incursum aliquam suæ famæ levem maculam aut jacturam, non excusabitur adhuc: tum, quia sæpe homines proprio excellentiæ amore infamiam ubi non est suspicantes, falluntur: tum etiam, quia Religiosi, ratione sui status perfectioris, tenentur leve hoc detrimentum ob majorem suum profectum, libenter, vel saltem æquo animo pati. De quibus verò culpis ab alijs hæc accusatio fieri debeat, vel quo modo,

& quibus circumstantijs, congruum erit, ut explicemus.

D V B I V M II.

De quibus culpis in Capitulo Conventuali fieri debeant accusationes ?

Consulend. noll. An. rogus in Annotat. in hoc Reg. Cap. n. 381. DICTUM est in calce præcedentis dubij, de quibus culpis possit, & teneatur quis seipsam in Capitulo accusare nunc aperiendum est, à quibus, & de quibus possit etiam fieri hæc in Capitulo denuntiatio. Et ante omnia præmittendum est ex Divo Thoma 2. 2. q. 33. arti. 7. ad 4. & in 4. distincti. 19. q. 2. arti. 3. quæsiuncula 1. ad tertiam, quòd in Capitulis Religiosorum, accusationes licite fiunt, absque hoc, quòd præcedat ulla correctio si aterna, de aliquibus culpis levibus, quæ famam non derogant. Unde sunt quasi quædam commemoraciones potius obliuiscuntur culparum, quàm accusationes, vel denunciations in rigore. Quare in his non est timendum de defectu correctionis fraternæ, ut etiam id præxi & ceterorum Ordinum usus habet.

Secundò præmittendum est, Capitulum esse in Religione quasi quoddam iudiciale forum (ut latius sequenti dubio declarabimus) in quo Prælati veluti iudex præsidet, & ad ipsum pro tribunali sedentem quilibet Religiosus potest contra alium accusationem deferre, secundum uniuscujusque Religionis propria statuta. In his verò accusationibus scopus est, vel perfectior Monasterij observantia, vel delinquentium correctio, vel major profectus & emendatio. Quilibet igitur Religiosus, ex vi suæ Regulæ vel Constitutionum, jus habet contra aliorum defectus in Capitulo proclamandi, non aliter, ac quilibet de populo apud iudicem sæcularem delinquentes denunciandi.

Præcipuè tamen in Religionibus constitui solet Zelator sive Syndicus, qui similis est fiscali forensi. Hujus munus est, Ordinis observantiam zelare, ac in hac parte Prælati curam, & vigilias adjuvare. Hi sunt in Religionibus veluti Censores constituti, ut mores, & vitam aliorum potent, & Prælati prænotata deferant. Hujus muneris gratia in Republica Romana Censores creabantur, ut ait Cicero de legibus lib. 3. & Fenestella de Magistratibus capite 17. præcipuè tamen Valerius Maximus lib. 2. de Censoribus. Cùm enim Prælati ubique adesse non possint, ut aliorum defectus noceat aut emendet: rueret profectò Regularis disciplina, aut maxima ex parte periret, si non esset in Religionibus, qui vice ipsius, monachorum conversationem exploraret. Nec putet aliquis, hoc novum in Religionibus figmentum esse; qui enim Divum Hieronymum in Epistola ad Eustochium de virginitate perlegerit, ibi de zelatoris munere ita scriptum invenit: Et quia nocte, extra orationes publicas in suo cubili unusquisque vigilat: circumiens cellulas singulorum, & aure apposita, quid faciant diligenter explorant. Et divus Benedicteus in sua Regula, Cap. 46. hoc potissimum confirmat, dum ait: Ante omnia autem deputentur unus aut duo seniores, qui circumstant monasterium hostiæ, quibus vacent fratres lectioni, & videant, ne forte inveniant frater accidiosus, qui vacet otio aut fabulis. Ex quibus evidenter fit, olim inter monachos hæc alios zelandi curam fuisse observatam.

Cicero. Fenestella Valerius Maximus

Videndum restat, de quibus tam zelator quàm ceteri Religiosi possint, & teneantur alios accusare. Cujus resolutio ex varijs pendet circumstantijs: breviter tamen ab hac difficultate nos expediemus, quia de ea in Tractatu de visitandi modo latius dicemus.

Prima propositio. Zelator majori vinculo & obligatione astringitur, quàm alij, in Capitulo Fratrum culpas denunciare. Patet: quia non solum tenetur ratione charitatis, sive quovis alio titulo, quo ceteri de Communitate obligantur: sed etiam ratione officij, ad quod de justitia adimplendum, Fratrum & exercendum tenetur. Quare zelator, quia saltem aliquam cura non explorat aliorum culpas, vel ad minus eas, quas vidit, non advertit, à veniali culpa (& fortè non parum gravi) excusari non potest, licet ratione officij zelatoris non teneatur, sicut Prælati tenetur, è cella exire, circumque claudra, aut aliàs studiosè explorare: sed tantum simpliciter ea, quæ coram se contigerint, Prælati in Capitulo vel Refectorio denunciare, quia ita est consuetudine receptum. Dixi, ad culpam tamen venialem teneri: Et hoc quidem, nisi aliàs aliqua gravis relaxatio in monasterio serperet, quæ Prælatum lateret: teneatur enim tunc ratione boni communis zelator sub mortali manifestare.

Secunda Propositio. Alij etiam Religiosi præter zelatorem, aliquando tenentur in capitulo culpas aliorum advertere. Primò patet ex Divo Bernardo in sermone de Nativitate Joann. Baptistæ. Nemo inquit fratris, vitia palpet, peccata disimulat: nemo dicat, Nunquid custos Fratris mei ego sum? Nemo, quod in se est, æquanimiter serat, cùm viderit Ordinem depravare, minus disciplinam. Est enim consentire, silere, cùm arguere possis. Et simus, quia similis poena sit facientibus, & consentientibus. Bernardo subicitur Chrysostomus in oratione prima contra Judæos, loquens contra eos, qui peccatores non corrigunt, Ne inquit mihi dixeris, quid mihi cum illo commercij est? alienus est, ignotus est, dummodo sit fidelis, dummodo eadem jungatur Ecclesiæ. Proinde quemadmodum non tantum ipsi fures dant poenas, sed etiam illi, qui non veterunt: ita non solum qui impiè agunt, verum etiam illi, qui cùm possint ab impietate revocare, tamen ob pigritiam vel timiditatem id facere nolunt, simili cum illis poena plectuntur. Sic in nostro proposito dicendum erit, ad omnes pertinere, etiam leves culpas corrigere, cùm ex illarum frequentia Regularis disciplina minus coeperit.

Dixi in hac propositione, Religiosos aliquando teneri ad hæc denunciationem: quia non semper, nec sub veniali culpa tenentur. Propter quod advertere oportet, triplex esse horum levium peccatorum genus.

Primum, cùm levia peccata totam Communitatem, vel majorem ejus partem inficiant, & ex eis dimanant transgressiones aliquæ, aut relaxationes alicujus Regulæ, aut statuti, aut consuetudinis Religionis, quæ quamvis respectu particularium levia peccata sicut, respectu tamen Communitatis & boni Ordinis communis, ut gravia judicanda sunt. Et de his tenetur quis in Capitulo, vel in visitationibus alios sive reos denunciare, aut accusare, non solum sub veniali, sed etiam sub mortali culpa. Quia tenetur quilibet de Communitate, bono ejus communi prospicere: maxime, cùm sine detrimento Tertij id fieri potest. Et hæc dicitur culpa, sive peccatum Communitatis.

Zelator tenetur sub reatu culpe venialis Fratrum culpas in Capitulo denunciare.

Et aliquando sub Lethali, & quando? Ad quid tenentur alij patres? Doctrina S. Bernardi impenitentibus animadvertenda

Item S. Jo. Chrysolomi

Triplex levium peccatorum genus.

De hoc culpæ genere tenetur quis reos denunciare, sub mortali peccato.

LESU

Spirit. II





De hoc genere totam sub veniali.

Secundum genus offensa est, quod ab aliquo pœnitenti tanquam committitur. Et has offensas si publice sint, etiam tenentur alij Religiosi tubæ enati in capitulo pro palare; ne ex harum diffinitione dæmonum aliquid Communitati accrescat. Si verò hæc culpæ secretae sint, non tenentur quis publice eas in Capitulo denunciare. Constat idem ex praxi Religionis, tum etiam, quia hæc offensa in damnum Communitatis ullo modo non veniunt: ac denique, quia nemo veniales culpas aliorum, absolute loquendo, tenetur corrigere. Et (ut uno verbo concludam) quoties culpæ leves sunt occasiones proximæ relaxationis proprii instituti, vel aliis publicè committuntur, quis eas denunciare tenetur: quia per has duas vias semper Communitati consulitur. De alijs non est multum etrandum. Loquimur hic de levibus offensionibus, ut sapienter pernotavi.

In duobus casibus culpæ leves necessaria denotantur.

D V B I V M III.

Qualiter se debeat habere Prælati in correctione culparum.

Gelasius Papa. Nullam. 18. Joan. à Jesu Maria loc. sup. cit. Cap. 2. 4. & Francisc. à S. Etia Comentar. in hoc Reg. Cap. qui copiosissime differt de hac correctione ejusque conditione & præclaris effectibus. Triplex competit Religionem Prælati jurisdictionis sive potestas, & quænam illar

UT clarius in hoc dubio procedamus, præmittendum est ex Gelasio Papa in Epistola ad Opilionem, & refertur in Cap. Nollam, 18. quest. 2. omnem monasterij potestatem apud Prælatum residere, non solum in his, quæ monasterij commodum & temporale regimen spectant; sed in illis etiam, quæ ad spirituale incrementum & jurisdictionem reducuntur. Nam cum Religio, quædam schola ad discendum perfectionem, medio Superiorum magisterio & doctrina; omnino fuit necessarium, ut apud Religionis Prælatos hujusmodi jurisdictione reperiretur, quæ & suorum subditorum conscientijs possent consulere, verbum DEI proponere, confessiones audire, sacramenta ministrare, & tandem reliqua media ad propostam sibi perfectionem conducenda ex officio applicare: quibus etiam judiciaria potestas annexa est, ut asserit Divus Thom. quodlib. 1. art. 16. dum ait: Prælati in capitulo prælati, ut judex Ecclesiasticus, aut secularis in judiciali foro.

Ex his constat, Triplicem jurisdictionem Religionum Prælati competere: aliam economicam circa res Monasterij temporales; aliam merè spirituales circa res interiores; & quæ ad profectum spirituales conducant: tertiam verò huic annexam, quæ ad finem spirituales ordinatur, quæ judicialis potestas dici potest: juxta quam triplicem jurisdictionem, Prælati Monasterium regit, & subditos ad suæ professionis scopum conator dirigere. Et quia Prælati ea, quæ gravia sunt, secundum nostri Ordinis Constitutiones, prout habetur in Cap. de officio Prioris localis, & in cap. de Capitulo Conventuali, (quod etiam ferè in omnibus religionibus observatur, ut diximus supra Cap. 2.) de consensu capituli expedire debet: fit, ut proprius locus, temporalis exercenda jurisdictionis in rebus gravioribus, sit Capitulum Conventuale; ubi etiam spiritualia tractantur, & correctiones subditorum sunt, ac proinde triplex illa jurisdictione in Capitulo potissimum exercetur.

De hac triplici functione, qua Prælati in Conventuali Capitulo uti debet, specialitè disse-

ramus. Et quod ad primam atinet, certum est ex dictis, aliquando conferendum esse de rebus temporalibus, & de eorum augmento, aut diminutione; & si aliquid aliud Hegoriorum temporale alicujus ponderis circa bona Monasterij se obtulerit. At temporalia hæc perfundiorè, & quali per transennam peragenda sunt, cum Capituli destinatio, & præcipuus scopus sit, de observantia Ordinis, & animarum salute tractare. Quæ ad secundam verò, nempe quæ ad spirituales profectum conducunt, à nobis duobus dubijs præcedentibus quoquo modo dicta sunt.

De Tertia verò, quæ de culparum correctione & animadversione est, & suo modo ad spirituales jurisdictionem etiam redit, in præsentem est à nobis discutiendum. Circa quod, duo sunt differenda. Primum, de obligatione, qua tenetur Prælati subditorum culpas corrigere. Secundum, de modo, quo eas corrigere ac emendare valeant.

Quoad primum, nullus est qui dubitet, quam terribile judicium Prælati imminet, si hoc negligenter omiserint. Nos tamen in medium testimonium aliquis proferemus, quia infinitum esse, omnia recensere. Et in primis hoc Prælatorum importunum silentium, cum sibi corrigendi, vel docendi subditos onus incumbit, quantum eis periculi ac detrimen-i afferat, per Prophetam Ezechielem Cap. 3. Dominus docuit dicens: Si dicente me ad impium. Morte morieris non enunciaris ei, neque loquutus fueris, ut avertatur à via sua impia, & vivat; ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram. Facit & illud Pauli ad Corint. 3. V. a mibi, si non evangelizavero. Et Esaiæ 56. Speculatoris ejus cæci omnes respiciunt, universi canes muti, non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes somnia. Et in eodem Cap. V. a mibi, quia tacui. Innumera sunt alia scripturæ loca, quæ consultiò ob evitarem telerere omittimus.

Ad Patres verò accedamus, & primo loco prodeat Basilii interrogat. 25. in Regul. sibi: cuius titulus, & inscriptio est, Quod horrendum imminet judicium Prælati peccantes non coarguenti? Respondet, Qui commissam communem curam sibi habet, sic afficiatur, vel ut rationem reddere debet de singulari, illudque certo sciat, si frater quisquam in peccatum aliquod ceciderit, quem prius ipse de judicio DEI non pramonuerit, vel si jam lapsus in eo persistit, nec docuerit rationem, qua sanari possit; sanguis ipsius è manibus ejus requiratur. Maxime si non propter ignorantiam, sed propter adulationem neglexerit. Et infra: Qui verò sic non se debet, nempe sincerè veritatem annuiciando, dux est cæcus, & seipsum precipitans, & sequentes simul inducens. Et infra addit: Nullus Pater negligit filium suum in foras cadere, aut illapsam in ruina dimitte. Quanto autem magis horrendum est, animam in profundum malorum incidentem, in interitum dimitte. Hæc Basilii.

Divus Benedictus in Regu. Cap. 22. Memor sit (inquit) Abbas, quia Doctrina sua, vel discipulorum obedientia, utrarumque rerum in tremendo judicio DEI facienda erit discussio. Sciatque Abbas culpa Pastoris incumbere, quicquid in ovis Paterfamilias minus utilitatis potuerit invenire. Tantum iterum liber erit, si iniquito vel inobedienti exigi Pastoris fuerit omnis diligentia tributa, & moribus earum actibus universa fuerit cura exhibitæ. Pastor earum in judicio Domini absolutus dicat cum Propheta Domino, Justitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam, &

Quam terribile Prælati judicium imminet, si negligenter omiserint. Nos tamen in medium testimonium aliquis proferemus, quia infinitum esse, omnia recensere. Et in primis hoc Prælatorum importunum silentium, cum sibi corrigendi, vel docendi subditos onus incumbit, quantum eis periculi ac detrimen-i afferat, per Prophetam Ezechielem Cap. 3. Dominus docuit dicens: Si dicente me ad impium. Morte morieris non enunciaris ei, neque loquutus fueris, ut avertatur à via sua impia, & vivat; ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram. Facit & illud Pauli ad Corint. 3. V. a mibi, si non evangelizavero. Et Esaiæ 56. Speculatoris ejus cæci omnes respiciunt, universi canes muti, non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes somnia. Et in eodem Cap. V. a mibi, quia tacui. Innumera sunt alia scripturæ loca, quæ consultiò ob evitarem telerere omittimus.

salutare tuam dixi &c. Et infra: Neque dissimulet peccata delinquentium, sed mox, ut ceperint oriri, radicitus ea, ut praevalerit ampuer, memor periculi Heli sacerdoti de Sylo: Et paucis interjectis: Ante omnia (ait) ne dissimulans, aut parvi pendens salutem animarum sibi commissarum; plus gerat sollicitudinem de rebus transitorijs, atque terrenis, & caducis: sed semper cogitet, quia animus suscipit regendas, de quibus rationem redditurus est: sicutque, quia qui suscipit animas regendas, prepares se ad reddendam rationem: & ideo timens semper futuram disquisitionem Pastoris de creditu sibi oribus, cum de alienis ratiocinatus cavet, redditur de suis sollicitus. Hæc Benedictus.

Frequens est apud Gregor. in Pastoralibus de hoc iudicio Dei Prælati ob correctionem omisam imminenti, Doctrina, præcipue parte 2. Cap. 4. Sape namque (ait) Rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt, & iuxta veritatis vocem nequaquam jam gregis custodia, Pastorum studio, sed mercenario vitam deserunt, quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt: tunc namque Propheta eos increpat, dicens: Canes muti, non valentes latrare. Hinc rursus queritur dicens Ezechiel. 13. Non ascenditis ex adverso, neque apposuitis murum pro domo Israel, ut stareti in prælio in domo Domini. Ex adverso quippe, ascendere est, pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatis contrarie: & in die Domini in prælio stare, est, pravus decertantibus ex justitia amore resistere. Pastori enim recta timuisse dicere, quid aliud est, quam tacendo terga præbuisse. Hæc & alia ibi latere Gregorius.

Cui luculenter subscribit Divus Prosper. lib. 1. de vita contemplativa cap. 20. Ille autem (Inquit) cui dispensatio verbi commissæ est, etiamsi sanctè vivat, & tamen perditè viventes arguere aut erubescat, aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierunt, perijit: & quid ei proderit non puniri suo, qui alieno puniendus est peccato? Mentior, si non hoc Dominus per Ezechielem Prophetam sub cuiusdam terroris denotatione loquutus est, dicens ad eum: Speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me: si dicente me ad impium: morte morieris, non annuntia veris ei, neque locutus fueris, ut avertatur à via sua impia, & vivat: ipsi impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Quid potuit expressius, & apertius dicit? Hoc est enim dicere: Si impio peccata sua non enuntiaveris, si eum non argueris, ut ab impietate sua convettatur & vivat: & te, qui non increpasti, & ipsum, qui te tacente peccavit, flammis perennibus perdam. Quis rogo tam faxet pectoris, quis tam ferreus erit, quem sententia ista non terreat? Quis tam alienus à fide, qui sententia ista non credat? Hactenus beatus Prosper.

De quo etiam argumento multa utiliter scripserunt Ildorus lib. 3. de summo bono cap. 44. & sequent. Augustinus lib. 10. Homiliarum, homilia 7. Expositores in Ezechiel, præcipue verò Divus Gregorius homilia 11. in eundem, & Hieronymus in Cap. 3. super ea verba, si dicente me ad impium &c. Qui omnes maguum esse Prælatorum crimen censent, cum ob rerum temporalium timorem, pigritiam, adulationem, gratiam, vel metum, subditorum peccata non redarguant.

Ultimò tandem accedant nobilita Umberti viri piissimi ac docti verba: qui in Regulam Divi Augustini Cap. 164. ubi enumerat causas, ob quas à correctionibus Prælati frequenter deli-

stant, ita scribit: Contingit interdum, ut Prælati transgressiones aliquas non corrigant, aut ex pusillanimitate cordis, aut ex humilitate superstitiosa, aut diffidentia proficiendi, aut ex ignorantia, quod Fratrum culpas ignorant: sed nec curam ad eas cognoscendas adhibeant: aut rursus propter pacem propriam, quam turbare nolunt: aut propter verecundiam: conscientia enim eos accusante, alios corrigere non audent: aut propter timorem odij, verentes, ne in subditorum indignationem incurrant: aut propter Prælationis amorem & desiderium, quam amittere formidant, subditos contra se correctionibus huiusmodi provocantes: aut ob defectum zelus, aut denique ex negligentia, qua in Prælationis statu maxime damnanda est. Hæc sunt Umberti: quas omnes causas ad duas redaxit Ildorus ut supra, nempe, vel quia Prælati amore rerum secularium implicentur: vel quia aliquo facinoris onere confunduntur. Augustinus verò dista Homilia 7. ad timorem vel bi asperi reduxit: quia dum Prælati timent detractiones, irrisiones, & opprobria hominum superborum, non audent eis necessaria medicamina adhibere. Attendant ergo Prælati: etsi quando ab opportuna correctione cessaverint, videant, quo fine vel ratione ducantur: & hanc diligenter examinent, ne eis ob aliorum crimina in profundum demergi contingat.

Quoad Secundum verò, quem scilicet modum in correctione faciendi debeant obervare Prælati, manifestè id Regula docet, dum ait: Ubi excessus & culpa fratrum, si qui in aliquo deprehensi fuerint, charitate media corrigantur. Si enim Prælati erga subditos paternæ charitatis & dilectio deficiat, correctio nihil proderit. Et si correctio ultra modum se extendat, vulnera exasperabit, & cicatrici non medebitur. Si nimis rigidus & iustus injuriosus erit. Nam in hac re summum jus summa injuria solet esse. Si verò maxime lenis & tuavis apparet, vitia facile serpen: & dum subditi correctionem non metuumt, sine franco delinquent. Quid ergo Prælati agendum erit? Magna opus est prudentia, ut utroque extremo, & nimietate relicta, medium, in quo virtus est, amplectatur. A quo ut non declinet, maxime proderit, si D. Basilij, & Benedicti (hi enim sunt uberrimi Monasticae vitæ fontes) testimonia mente revolvat. Benedictus enim Cap. 64. Regula, Abbates suos sic circa correctionem exercendam instituit: In ipse autem correctione prudenter agat, & ne quid nimis: ne dum nimis cupit eradicare araginem, frangatur vas, suamque fragilitatem semper suspectus sit, meminertique, calamum quassatum non conterendum. In quibus non dicimus, ut permittat nutriri vitia: sed quod prudenter, & cum charitate ea ampuer, prout viderit cuique expedire: & studeat plus amari quam cimeri. Idem quoque Benedictus Cap. 2. Regula, qualiter Abbas debeat se veritatem cum benignitate miscere, his verbis docet: In doctrina sua Abbas apostolicam illam debet servare formam, in qua dicitur: argue, obsecra, increpa, id est, miscens temporalibus terroribus blandimentis, dirum magistri, piùm Patris ostendat affectum: sicutque, quam difficilem, & arduam rem suscipit, regere animas, & multorum servare moribus, alium quidem blandimentis, alium increpationibus, alium verò suasionibus secundum animumque qualitatem, & intelligentiam gubernare. D. Basilij in Regul. brevior. interrogacione 99. quart: Quo affectu increpantem increpare oportet? Respondet, erga DEUM quidem eum, & quem habebat David

Zz 2 dum

IESU  
Spiritu  
II  
III  
IV

domi Psalms 18. dixit: *Spide pravaricantes & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Erga eos viro, qui incipiantur, talem qualem haberent pater & medicus. si sicutum cum lenitate & misericordia curarent; maxime ubi moror adfuerit, & laboriosus fuerit medela modus.* Quare idem Basiliius interrogatione 37. excecandam esse docet, ac vehementer carpendum illum, qui non desiderio correctionis fraternae, sed ultionis causa peccantem accusat, vel castigat. De modo autem curandi varios subditorum morbos, agit quoque idem Basil. in Reg. sus. interrog. 51. Hinc D. Gregor. lib. moral. Cap. 6. *Disciplina (inquit) vel misericordia plurimum destruitur, si una sine altera conatur: sed circa subditos inesse rectoribus debet, & iuste consolans misericordia, & pie sapiens disciplina. Hinc est quod semivivum illum vulneribus, qui à Samaritano in stabulum ductus est Lucae 10. & vinum adhibetur, & oleum: ut per vinum mordeantur vulnera, per oleum soveantur. Unde quisque igitur, qui sanandus vulneribus praest, in vino ipsorum distributionis adhibeat, in oleo molliem pietatis: per vinum mundentur putrida, per oleum sovantur sananda. Misericordia qui est lenitas cum severitate, efficiendumque quoddam ex utraque temperamentum: ut neque multa asperitate ulcerentur subditi, neque nimia benignitate solvantur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca significabat, in qua cum tabula virga simul ac Manna erat, ut in boni Rectoris pectore si est virga distributionis, sit & Manna dulcedinis. Sit itaque amor, sed non emolliens: sit pietas, sed non plus quam expedit. Hæc optime Gregorius ubi supra.*

Gr 20-  
vius.)

Magna  
discretio  
à præla-  
tis in  
corre-  
ctione  
adhi-  
benda.

Magna igitur discretio à Prælati in correptione adhibenda est. Nam, ut Divus Antoninus 3. parte summi. titulo 19. Cap. 11. §. 6. advertit: Aliquando subditorum vitia prudenter dissimulanda sunt, suo tamen tempore iudicanda: ut videlicet delinquens deprehensus, toleratus tamen, augetur culpa: erubescat, seque se iudice puniat. Nonnulla verò aperte cognita, mature toleranda sunt, ut congrua opportunitate corrigantur: quædam verò occulta subtiliter sunt persequenda, ut, quibusdam signis erumpentibus, Rector, quod in subditorum mente clausum latet, inveniat, & ex minimis majora cognoscat: servatis tamen in omnibus lecteri contegendi iure & ratione, quam perit Theologi tradiderunt. Nonnulla tamen sunt leniter arguenda. Nam cum non malitia, sed sola ignorantia vel infirmitate peccatur, magno moderamine deitatis correctio temperetur: ubi autem morbi gravitas correctionis asperitatem postulat, ea non denegetur. Imò & cauterium apponendum esse constat. Prædicta Antoninus. Et (ut denique breviter omnia comprehendam) tam scriptura, quam Patres in correctione, personarum, temporis, & boni communis circumstantias pensandas esse docent, ut sic medicina congruentius adhibeatur. Et in omnibus iustitia cum misericordia miscenda est: quamvis semper magis in beniguitatem, quam in rigorem inclinandum sit, ut optime D. Benedictus ubi supra. Abbatem his verbis monuit: *Semper exaltet misericordiam iudicio, ut idem ipse consequatur, & oderit vitia, & diligat fratres.*

In puni-  
endo de-  
linquen-  
tes sem-  
per in

Ex his jam constat, qualiter Prælati in Capitulo sua iurisdictione uti debeat, nempe, ut in correctione culpæ poenæ dum infligit, vel alio modo punit, semper debeat in clementiam inclinare. Quæ secundum D. Tho. 2. 2. q. 157. ar. 1. est virtus moderativa poenarum, proveniens ex ani-

mi lenitate, & dulcedine affectus, qua quis abhorret omne illud, quod potest alium conturbare. Et ideo dixit Seneca, quod *Clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi.* Quare sciatis Prælati, se posse, quando id ratio & iusta causa dicitaverit, poenam legis diminueret, ut advertit Divus Tho. ubi supra ar. 2. ad 2. & Cajet. ar. 3. in fi. quod ad virtutem clementiam pertinet.

Clemen-  
tiam  
claman-  
dam,

Quis debeat celebrare Capitulum, quando, quomodo, & quo fine, satis perspicuum jam est: diximus enim, hoc esse Prælati officium, qui Capitulum in Dominicis singulis, vel alijs diebus debet regularem observantiam, & animarum salutem. Modus autem, quo hanc sibi constitutam metam attingere debet, continet Regulæ expositionem, sermonem aliquem opportunum & salutarem, ac correctionem cum Charitate & discretione faciendam. Hæc sunt ex parte Prælati.

Ex parte verò subditorum requiritur, ut ipsos humiliter & devotè acculent: & accusati feraciter patienter, & accensatores humiliter & charitativè procedant. Quæ omnia gravissimè & doctè Umberto lib. 4. de eruditione Religiosorum tertia parte Cap. 14. et sequitur: ubi Regulæ in Capitulo tam à Prælati, quam ab alijs servandas præscribit his verbis: *Et notandum, quod in loco correctionis cuncta ordinatè sunt faciendæ. Multum enim cavendum est, ne culpa augeatur, ubi debent deleri, & ne locus correctionis fiat locus corruptionis. Multum cavendum est ei, qui præst, qui impunitas aliorum debet corrigere, ne iniuste agat. Cavendum est illi, qui accusat, ne accusatio eius sit accusabilis, vel reprehensio reprehensibilis. Ille verò, qui accusatur, si se debet habere, ut eos, qui exemplo malo scandalizant, humilitate, & patientia sua adificet, & non amplius scandalizet. Omnes ibi viventer se debent habere: cum iudicium Capituli, imago quadam sit iudicij Divini futuri. Non debent de defectibus fratrum, qui manifestantur, ridere, sed compati. & pro eo orare / estusiam eius, qui præst debet comitari discretio, pietas, mansuetudo. In eo, qui accusat, apparere debet charitas & modestia; in eo, qui accusatur, humilitas, patientia & obedientia, & infra prosequitur.*

Quæ discretio & mansuetudo sunt Prælati necessaria, significatum est in hoc, quod in arca fuerunt cum virga testamenti tabula & manna. In virga enim intelligitur correctio: in tabulis, ubi lex erat scripta, discretio, in manna mansuetudo. Pietas necessaria est: ignis enim zeli ardere debet in oleo misericordiae. Gregorius super Ezechielium: *Zeli sancti discretio de virtute misericordiae necesse est, ut ardeat. Ad discretionem ejus, qui præst, primò pertinet, ut correctionem efficacem opus divinum esse intelligat, & ideo ante correctionem, orationem debet præmittere, & si viderit fratrem correctum, DEO inde debet gloriam dare, & gratias agere. Eccles. 7. Considera opera DEI, quod nemo possit corrigere, quem ille dispexit. Considerandum est, quæ opera sunt propria DEI, alterius virtuti non possibilia, in eis quæ correctio invenitur. Ad discretionem etiam ejus, qui præst, pertinet, ut agnoscat, quæ culpa lecterè & manifestè sunt corrigendæ. Occulta culpa lecterè est corrigenda, maxime si infamiam generat. Matth. 18. Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solam. Manifesta culpa manifestè est corrigenda. 1. Timothei 5. Peccantes coram omnibus ar-*

Quis  
discretio  
requiritur?

gno  
(co  
de  
san  
enc  
gat  
col  
est  
par  
co  
ne  
fiv  
mi  
na  
qu  
ag  
qu  
pa  
re  
C  
re  
A  
d  
lo  
co  
lo  
n  
In cor-  
reptione  
debet re-  
ducere  
manifeste  
i  
c  
In accu-  
satione  
charitas  
De ieiun.  
Reg.  
Franc. 6. 3  
Et Aug. 6.  
7. in nulla  
vero Reg.  
jejun. ad  
exal. 8.  
crucis usq.  
ad Psal.  
refur. de-  
cernitur.  
De disc.  
& neces-  
sit. in fr.  
vid. sup.  
Cap. 8.  
It. adde  
Paschom  
in Regu  
à n. 19.  
usque ad  
24.

que, ut & ceteri timorem habeant. Quod dicitur (coram omnibus) referendum est ad participium, & ad verbum. Inidorus: Manifesta peccata non sunt occulta purgatione purganda. Palam arguendi sunt, qui palam nocent: ut dum aperta obijuratione sanantur, ij, qui eos diligunt, imitando corrigantur. Item ad discretionem eius, qui praeest, pertinet, ut agnoscat, cui vel quando debeat parcere, vel punire; cum parcere, & punire, sint contraria, contrariorum eadem sit disciplina. Qui nescit parcere, nescit punire. Greg. Sive plendendo sive parcendo, hoc solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur. Attendendus est status personarum, quae corriguntur, quia non sanat oculus, quod sanat calcaneum. Cum veterano parcius agendum est (ut ait Seneca.) Prima ad Timot, quarto: seniore ne increparis, sed obsecra ut patrem. Qui non possunt benignitate corrigi, terrore sunt corrigendi. Augustinus ad Bonifacium: Quidam dixit pudore, & libertate liberos retineri, rectius esse credo, amore quam metu. Et subdit Aug. Hoc verum est, sed sicut meliores sunt, quos dicitur amor, ita plures sunt, quos timor corrigit. Inidorus: Qui blando verbo castigatur, & non corripitur, acius necesse est ut arguatur: cum dolore enim abscindenda sunt, quae leviter sanari non possunt.

In correctione debet re-luere mansuetudo. In Psal. Super venis mansuetudo, & corripiamur. Seneca: Vitia animae, sicut vitia corporis, leniter tractanda sunt. Gal. 6. Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu contemtas. Super omnia cavendum est, qui in loco correctionis praest, ne ita DEI damnetur.

In accusatione debet Charitas apparere: virga enim correctionis procedere debet de radice Jesse, id est, incendio amoris. Illos vero libentius debet accusare, quos amplius amat. Apoc. 4. Ego quos amo, arguo, & castigo. Sunt aliqui, qui illos

maximè volunt corrigere, quos videntur non amare, quorum correctio ab his, quibus adhibetur, non reputatur correctio, sed hostilis persecutio. Modestus etiam debet accusare alium, quam seipsum. Secunda ad Timotheum secundo: servum Domini oportet esse patientem, cum modestia corripientem.

In eo, qui accusatur, humilitas & patientia debent apparere, ut erubescibilia sua humiliter & patienter audiat. Apperere debet etiam in eo obedientia, ut in susceptione disciplinae patienter obediat. Sicut (iuxta verbum Sapientis) fabricando fabri, & cytharizando cytharista: simus: ita audiendo erubescibilia nostra, & quae nobis displicent patiendo, humiles & patientes efficitur. Si verò videatur ei, qui accusat, quod ille qui praest, minus iuste se habeat, ad memoriam debet reducere, quod Saluator patientiam habuit, cum Pilatus eum iniuste iudicavit: & quod à militibus iniuste flagellatus fuit. Bernardus: Stetit JESUS ante Praesidem inclinato capite, demisso aspectibus, vultu placido, sermone raro, paratus ad opprobria, promptus ad verba.

Lis in Capitulo maximè cavenda est, quae inter abusiones claustrum enumeratur. Ad eandem verò cavendam multum valet, si hi, qui innocentes & majoris perfectionis sunt, taceant, & eum, qui praest, pro se respondere permittant. De quo exemplum habemus Luc. 7. ubi Pharisaeo obloquente Mariae Magdalenae, Maria tacet, Saluator pro ea respondet. Eiusdem 10. Martha accusante Mariam, Maria tacet, Saluator responder. Ex eo, quod ille, qui praest, pro innocente iniuste accusato non loquitur, alioquin occasio est, quod innocens pro se loquatur, & lis inde oritur.

Hæc Umbertous,

In accusato humilitas & patientia.

Qualiter lis sit cavenda in Capitulo

De jejuniis. Regu. Franc. c. 3. Et Aug. c. 7. in nulla vero Reg. jejuniis ab exal. S. crucis usque ad Pascha. resur. d. cernitur. De disc. & necess. sit. infr. vide sup. Cap. 8. Et adde Pachom. in Regu. à n. 19. usque ad 24.

CAPUT XI.

De Ieiunium.

TEXTVS.

JEIUNIUM singulis diebus (exceptis Dominicis) observetis, à festo exaltationis sanctae Crucis, usque ad diem Dominicæ Resurrectionis, nisi infirmus vel debilis as corporis, aut alia iusta causa jejuniis solvi suadeat, quia necessitas non habes legem.

GLOSSA XI.

EX hoc Cap. colligendum est primum, noster neri ex vi Regulae à die exaltationis sanctae Crucis usque ad Pascha Resurrectionis jejunare: Secundum die Dominica à jejuniis cessandum esse: tertium, infirmos, vel debiles, sive quacunquæ alia iusta causa impeditos, ad observandum jejuniam non ligari. Quia necessitas (ut dici solet) nescit legem. Hæc sunt, quae in hoc Cap. praescribantur.

DUBIUM I.

An ipso die exaltationis Sanctae Crucis jejunandum sit?

HOC dubium oritur ex illis verbis, A festo exaltationis sanctae Crucis &c. & petit, ut resolvamus, an ab ipso die jejunia initium sumere debeant, ita, ut ipso quoque die exaltationis sanctae Crucis jejunandum sit, an verò à sequenti die sit incipiendum? Et dubitandi ratio in eo praecipue sita est, an illa praepositio, (à) includat etiam ipsum diem termini, cui adiungitur, an verò excludat illum.

Consultend. nost. Anton. 2. part. d. rictory Regular. Tract. 3. disput. 6. sect. 2. n. 393 & seqq. & commentar. Francisci à S. Elia pag. 237. & seqq.

JESU  
Spiritu  
II  
III  
26

Respondeo ex mente Navarii, *Consi. 18. de præbend. & digni. num. 8.* ubi affirmat, quod quando (à) præpositio adicitur à lege alicui diei determinato, tunc includit ipsum, nisi inclusio sit contra ius commune. Pro quo aliqua iura afferunt. Et facit pro hac sententia l. 3. §. *minorem ff. de minoribus, l. pater, ad legem Juliam de adulteriis*: unde cum (à) præpositio in nostro casu posita sit à lege, & adjecta diei determinato, & insuper non sit contra ius, quod illa dies in termino includatur: aperte colligitur, ipsa etiam die exaltationis ieiunandum esse. Quod observatur in praxi in Ordine Prædicatorum, quibus à suis Constitutionibus indictum est simile ieiunium, quod inchoatur ipso die exaltationis ex communi praxi & interpretatione.

## DVBIVM II.

An singulis diebus jejunandum sit?

**H**oc dubium duas continet partes: prima est, an tempore, quo in Religione præcipiuntur ieiunia, sine ulla intermissione continuanda, & observanda sint? secunda, quare ieiunia non amplius, quàm usque ad Dominicam Resurrectionis extendantur?

Quoad primam partem, in primis ex Regula, diebus Dominicis ieiunia solvenda esse, aperte constat ex illis verbis, *Exceptis Dominicis*. Estque perpetua ab Apostolorum tempore traditio, diebus his jejuniis relaxandum esse, ut Tertullianus *lib. de corona militis* docet, dicens: *Diebus Dominicis jejunare, nefas ducimus*. Idem censet Ambrosius, quoniam Epistolæ 83. *Dominica* (inquit) *jejunare non possumus: quia Manichæos etiam ob istius dies jejunia iure damnamus*. Idem docet Hilarius in præfatione in Psal. Epiphani. in compendiarie Doctrina apud Bellarminum, *Tom. 3. de bonis operibus in particulati lib. 2. Cap. 23.* Quibus adde Cassianum *lib. 2. institutionum. Cap. 18. & lib. 3. Cap. 11.* ubi tam inter Monachos Aegypti, quàm Palæstinæ, & Mesopotamiæ, morem fuisse receptissimum Dominica die jejunia relaxandi tradidit. Quam remissionem Fratribus indulgendam ait, cum ob reverentiam Dominicæ Resurrectionis, tum etiam, ut minus faciat hebdomadis venturæ jejunia, hujus expectatione, sentire, semper enim æquantius qualibet fatigatio sustinetur, & sine fastidio labor impenditur, si interjecta vicissitudo quædam, vel operis immutatio qualiscunque succedat. Et præterea in reverentiam Dominicæ Resurrectionis, die Dominica non esse jejunandum, idem *Collatione 21. Cap. 20.* traditionem fuisse à maioribus præscriptam, scribit: de quo etiam plura alia extant Patrum testimonia, præcipuè Melchias Papæ apud Damasum in Pontificali. *Divus Augustinus* super Ignatium, Epistolæ 4. ad Philippenses ait: *Qui in Dominica jejunit, Christi Domini, insectator est*. Et *D. Th. 2. 2. q. 147. art. 5. ad 3. docet, Visandum esse ex consuetudine Romanae Ecclesie die Dominica jejunare, ne videamur hæreticis consentire*. Unde *Divus Hieronimus* in *Commentarijs in Matth. Cap. 9.* refert Manichæos die Dominica frequenter jejunare solitos, ne viderentur de Christi Resurrectione gaudere: quam falsam, & commentitiam fuisse prædicabant. His ergo causis nostra Regula, ut die Dominica jejunia non serventur, indulget.

Sed an peccatum sit, die Dominica jejunare, hujus loci non est exactius examinare, D.

Tho. (*ubi supra*) dicit, esse laudabile, semper jejunare. Quod etiam Hieronimus in Epistolâ ad Lucilium confirmans, asserit, Paulum cum alijs fidelibus, diebus Pentecostes & Dominicis jejunasse. Alij verò ex adductis Patribus contraria docent: ut Augustinus, Tertullianus, Ambrosius, & Melchias. Quorum omnium fortasse idem sensus est, si ad intentionem jejunantis, sanctorum dicta referantur. Nam ex hac in die Dominica vel laudatur vel damnatur jejuniis. Adhuc tamen (quidquid sit de intentione) superstitiosum videtur, imò & culpabile, dictis diebus jejunare, quæ pro lege habenda est: ut in hoc proposito ex mente Augustini, docet D. Tho. *ubi supra*. Quare solum discutendum restat de alijs solemnitibus diebus, qui ab exultatione sanctæ Crucis usque ad Domini Resurrectionem occurrunt: an in eis cessandum sit à ieiunio? Et præcipuè dubium ob diem Natalis Domini movetur. In quo non esse ieiunandum, An in Epiphaniâ, ut supra docuit, qui *Non licere (ait) in die Natalis Domini jejunare*. Tum etiam, quia Priscilianistæ diebus Dominicis, & in die Natalis Domini ieiunare solebant, ut testatur Leo Papa Epistolæ 91. & ad Turbium, & ex alijs Patrum testimonijs colligit Bellarminus. *ubi supra*.

Contrarium tamen verius, & omnino probabilius est, nempe, quod hi, qui ex Regula vel ex voto tenentur diebus aliquibus ieiunare, si illo tempore occurrat Natalis Domini dies, etiam in illa solita ieiunia servare tenentur: Primo quia Ecclesia (ut optime Bellarminus *ubi supra*) in die Natalis Domini absolute ieiunare non vetat, sed tantum prohibet his, qui ex superstitione, vel ex contemptu Ecclesie, vel aliquo alio malo sine ieiunarent, Quare Ecclesia Religionum Regulam, & alias de ieiunio observantias, etiam in die Natalis Domini, non tollit. Et sicut in *Cap. finali de observationibus jejunijs*, omnibus fidelibus indulgetur, ut in die Natalis Domini edere carnes possint, etiam si dies Veneris, vel Sabbati sit, & tamen excipit eos, qui voto vel Regulari observantia ad carniis abstinentiam tenentur: ita de ieiunio quoque philosophandum videtur. Ex quo fit, intentionem esse Ecclesie, Religionum Regulæ & statuta in suo robore firma relinquere, & minime eis derogare. Videndus est Sylvestrius *verbo* (ieiunium) *num. 27.* & Corduba in *Regula S. Francisci Cap. 2. q. 2. puncto 1.* ubi docet, hanc esse communem Canonistarum opinionem, & receptam apud omnes suæ Regulæ Expositores. Neque opus est in re tam manifesta plura adicere, cum id etiam Regula expressè indicet illis verbis, *Singulis diebus (exceptis Dominicis)*. Qui enim singulis diebus aliquid fieri præcipit, nihil excipit. Quod si Regula excipit diem Dominicam, alios dies reticendo, cum potuisset exprime-re, de eius mente fuisse videtur, ieiunium die quoque Nativitatis debere servari.

Hæc dicta sunt attento iuris & Regulæ rigore. Ipsa verò æquitate imperante, ieiunia hoc die non esse strictè observanda, adhuc laudabilius existimo: imò in hoc casu fieri à Prælati dispensationem, ipsa æquitas quasi necessariò in honorem tantæ solemnitatis exigit.

Circa prædicta obijciat aliquis id quod in nostris Constitutionibus *prima parte Cap. 5.* cavetur, ut in omnibus vigilijs Apostolorum, præterquam Joannis Evangelistæ, Philippi, & Jacobi, ieiunia serventur: sed dies secunda Natalis Domini

Quare in die Dominica non sit ieiunandum?

Cap. Con-  
firmam, de  
observa-  
tione iei-  
uniorum.

Cap. de  
observa-  
tione iei-  
uniorum.

Quare  
paulchall  
tempore  
non sit  
ieiunandum?

DVBIVM III.

Vtrum ad jejunia Ordinis eadem conditiones requisitae sint, quae ad jejunia Ecclesiastica sunt necessariae?

PRO huius Dubii resolutione recolendum est, ieiunium esse quadruplex, nempe, Spirituale, Morale, Naturale, & Ecclesiasticum. Spirituale dicitur abstinentia à vitiiis, Augustino teste Tractatu 17. in Joao. Jejunium magnum & generale est, abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus saeculi: & hoc ieiunium improprie dicitur. Ieiunium Morale, est, usus moderatus cibi & potus, secundum temperantiae regulas: quod natura ipsa duce Philosophi servaverunt. Hoc etiam ieiunium minimè ad nostrum propositum spectat: quia nos hic de ieiunio verè & proprie loquimur. Tertium ieiunium dicitur Naturale, quod apud Theologos supponit pro abstinentia, ab omni profus cibo vel potu: quod etiam minimè pertinet ad institutum praesens, cum de hoc nullibi praecipuum detur, nisi in casu, quo quis ad Sacramentum Eucharistiae accedat. Quartum est ieiunium Ecclesiasticum, quod in describi solet: Est abstinentia cibi secundum Ecclesiae regulam, & modum assumpta.

His praenotatis, dubium esse potest, primò, an Regulae ieiunii sint Ecclesiasticae de hoc quarto genere, an verò de secundo; & praeterea, an in eo inveniantur conditiones Ecclesiasticae ieiunii.

De Prima huius Dubii parte sicut certum constituo. Jejunia Regulae (& idem censo de alijs Ordinibus jejuniis) verè Ecclesiasticae sunt. Haec conclusio in praedicto sensu sine temeritate negari non potest. Primò quia ita habet communis nostrae Religionis contentus: imò evidenter in ipsis Constitutionibus in his Regulae & Ordinis ieiunii praecipitur, ut omnes aliae conditiones, & Regulae ieiunii Ecclesiastici serventur, ut patet ex prima parte constituti. Cap. 5. ubi statuitur primò de hora competenti: secundò, de unica comestione; & taxatur cibus, qui in collationibus horum ieiuniorum dari debet; de abstinentia verò à carnibus mentio non fit, quia hoc ex Regula praesupponitur: ac deinde quòd in his diebus Nona ante comestionem dicatur; Ergo verè sunt jejunia Ecclesiastica. Et confirmatur, quia in omnibus Religionibus ieiunia Regulae vel Constitutionum, etiam si ab Ecclesia non praecipiantur, jejunia nihilominus Ecclesiastica dicuntur: quia servant praedictas regulas, & conditiones, ut patet ex communi Religionum usu. Videntur sunt Expolitores Reg. B. Francisci Cap. 2.

Praeterea secundò, quia alia jejunia, quae à Fidelibus (vel spontaneè, vel necessitate impellente) sive id sit ratione voti, sive ratione propriae devotionis, assumuntur, verè sunt secundum regulas Ecclesiasticae jejuniij. Quia hoc in Ecclesia communiter jejuniij nomine intelligitur. Argumenta verò, quae contra hoc fieri possent, secunda parte huius dubii solventur.

Cùm ergo Regulae jejunia Ecclesiasticae sint, in eis conditiones, quas Ecclesia circa jejuniij praescribit, necessariò observandae erunt. Duo sunt praecipue, quae tanquam essentialia in jejunio Ecclesiastico constituantur. Primum est unica comestio. Secundum verò, ut habeatur ciborum delectus, praesertim ut à carnibus abstineant, qui Ecclesiastico more jejunaere volunt. Quoad primam

est vigilia Joannis Evangelistae: ergo Constitutionibus declaratum est, secunda die Dominicae Nativitatis non esse ieiunandum, ac à fortiori nec prima.

Respondeo, primò, ibi non intelligi de hac vigilia, sed de ea, quae est festivitas Joannis Evangelistae ante portam Latinam. Ita apud Religionis viros peritos exponi accepi: & ratio manifesta videtur, quia dum aliqua lex potest interpretari sine eo quod deroget communi iuri, sanè in eo sensu est intelligenda: quia fugienda est iurium correctio. Quare illa Constitutio, ne Regulae deroget, (quod mea sententia minimè invidit, nec potest si velis) intelligenda est in praedicto sensu. Secundò & fortè verius dicendum erit, praedictam festivitatem, de qua in Constitutionibus fit mentio, illam esse, quae occurrit intra solemnitatem natalis Domini: quod ex eo evidenter colligitur, quia haec Constitutio desumpta est ex Cap. consilium, de observatione jejuniij, ubi sic dicitur: Vigiliae sunt observatione jejuniij celebrandae, praeter vigiliae Apostolorum Philippi, & Jacobi, & B. Joannis Evangelistae, quoniam illorum solemnitas intra solemnitatem paschalem, istius autem intra Natalem Domini celebratur; Ergo de hac solemnitate iura & constitutiones loquuntur, & non de illa, quae est ante portam Latinam. Unde ad argumentum respondendo, quod Capitalium Generale, aequitate imperante, dispensa vit, sive (ut proprius loquitur) declaravit circa ieiunia in his solemnitatibus occurrentia inter Regulae decernens, ut neque secunda die natalis Domini, ieiunia servarentur. Non tamen inde sequitur, quòd ipsa die B. Joannis non sit ieiunandum, in cuius vigilia non propter ipsius solemnitatem, sed propter coniunctionem cum die Natalis Domini ieiunium solvitur. In hac carent Praelati, non auctus aut auctoritas sed maioris partis timoratae conscientiae ac scientiae virorum Religionis consuetudinem, & praxim sequi, quo usque aliquo generali Capitulo, declaratur, aut dispensatur, quid in hac re servandum sit.

Quoad secundam vero huius Dubij partem sciendum est, quod usque ad Resurrectionem Domini, & non amplius, jejunia à Regulae indicta extenduntur: & (quantum opinor) nulla Regula tam prolongata jejunia statuit. Quare verò Jejunia Resurrectionis die finiantur, neque ulterius unquam in Ecclesia protrahi consueverint, hoc ab Apostolorum traditione in Ecclesia existimo fuisse servatum: qui tempore illo à Resurrectione usque ad Pentecosten, in honorem Dominicae Resurrectionis minimè ieiunabant. Ita docet Cassian. dicta collatione 21. Cap. 20. Epiphani. & Hilari, ut supra. In illis igitur Quinquagesimae diebus (nam ita illi dies à Patribus vocabantur) nullus neque in terra, neque prostrato corpore orabat, neque genua in oratione flectebat, neque ieiunia ulla illo tempore servabantur: quia haec veluti poenitentiae, ac luctus indicia sunt, quae temporibus tantae solemnitatis ac laetitiae importuna esse solent. Et ideo diebus illis usque ad Pentecosten, in Ecclesia ieiunia non servabantur. Sequenti verò tempore propter nimium aetatis rigorem, etiam haec ieiunij dicitur & communi praecipio nullibi apud Religionum institutores observata invenitur. Quare satis prudenter nostra Regula, omittit his temporibus, à fine aetatis, & à principio autumnii fere usque ad finem veris, nempe, ab exaltatione S. Crucis usque ad diem Dominicae Resurrectionis tantum ieiunia decernit.

Cap. Consilium, de observatione ieiunii.

Quare posthac tempore non sic ieiunandum?

Ieiunium quadruplex Spirituale.

Naturale

Ecclesiasticum: in quo hoc consistat?

Vid. supra laudatos Antonium & Franciscum loc. cit. hunc pag. 237. n. 50. illum n. 395.

Duae conditiones necessariae ad ieiunium Ecclesiasticum constituantur.

de unica comestione, videndus est Divus Tho. in 4. distinctione 15. questione 3. arti. 4. & 2. 2. questione 147. arti. 6. & Summistæ verbo (jejunium.) De secundo verò plura apud controversarios traduntur, qui, contra hæreticos, licitum esse ab initio Ecclesiæ ciborum delectum in jejunio probant, præcipuè Turrianus lib. 2. constitutionum Apostol. Cap. 59. Bellarmin. To. 2. lib. 4. de Romano Pontifice Cap. 16. maximè verò 2. To. lib. 3. de bonis operibus in particulari Cap. 3. & sequent. & Doctores in 4. dist. DD. in 4. dist. 15. ubi Divus Tho. q. 3. arti. 4. & 2. 2. ut supra dist. 15. Plures alios auctores congerit Enriquez 1. Tomo de indulgent. lib. 7. Cap. 13. num. 8. in sua Gloss. litera D. Alia verò, quæ de jejunio à Doctores traduntur, non sunt substantialia, neque ita necessariò requisita, quamvis suo modo & quasi accidentaliter requirantur, ut est, quòd comestio fiat hora competenti, & quòd abstinentia à lacticiis fervetur.

Hæ reperiuntur in jejunio à Regulæ & Constitutionis Ord. præscriptis.

Inspiciamus igitur, an hæ conditiones, tam substantiales, quàm accidentales, in Regulæ jejunij, & similiter in alijs à Religionis Constitutionibus præfixis reperiantur? In primis, prior illa conditio de unica comestione cavetur expressè in nostris Constitutionibus (ut supra retulimus;) ubi præcipitur, ut in jejunij Ordinis detur in collationibus frustum panis cum aliquo fructu. Quòd si aliquando aliquid amplius in quantitate, vel qualitate à Prælati addatur, verbi gratia, vel plures fructus, vel aliquando aliquæ herbæ simpliciter cum aqua & sale sine alio condimento coctæ: non est cur scrupulosi turbentur, existimantes, ob id jejunia Ordinis solvi: quia nisi aliquantulum collationes laxarentur, possibile non esset, tam continuata ac diuturna jejunia à tota Communitate sustineri. Nam cum ex alia parte tot laboribus & asperitatibus, ac frequenti oratione, & meditatione (quibus præcipuè caput debilitari solet) Religiosi premantur; oneri succumberent, nisi aliquantulum hac via adjuvarentur: dummodo collationes eam latitudinem non excedant, quam Doctores in jejunij Ecclesiasticis statuunt. Neque est mirum, quòd æquo pede non fervetur in jejunij Quadragesimæ, & Ordinis, æqualis districtio: nam & in hoc differentia aliqua apud monachos antiquos fieri consuevit, ut videre est apud Divum Hieronymum de custodia virginitatæ, Petrum Damianum, Epistola prima, ad Fratres Eremitæ Gamugni, prope finem: quod & præcipit Divus Benedictus Cap. 49. sua Regulæ. Quare non est mirandum, si tempore alio à Quadragesima, æqualis indulgentia in collationibus permittatur. Caveant tamen Prælati, ne in hoc modum, & mensuram excedant, & suæ Regulæ vel Constitutionibus aliquod relaxationis vulnus infligant: quia gravis criminis reos apud DEUM se fore noverint, cum ob suam causam in Ordine æqualis relaxatio fuerit introducta.

Secunda verò conditio de abstinentia à carnibus patet omnibus, quàm districtè in nostris monasterijs observetur, Sed quia Ecclesia non solum præcipit à Carnibus abstinentiam, sed etiam jejunij temporibus, ovorum, & lacticiorum usum interdicit, ut patet ex Cap. Statuimus, & Cap. Presbyter 93. distinctione, traduntque omnes Summistæ verbo (jejunium) & Divus Thom. dicta questione 147. articulo 6. videtur, quòd Religionis jejunia verè & propriè jejunia non sint, cum in eis indifferentes uti possimus ovis, & lacticiis: & id expressè in nostris Constitutionibus permittatur:

Cap. Statuimus, & Cap. Presbyter 93. Distin.

imò & Regulæ ipsæ id liberè concedat, dum annuit animalia sive volatilia ad nutrimentum habere, quòd, propter lacticiis & ova, superiori capite in illa verba, *Afinos sive mulos &c.* permissum fuisse anno abamus. Igitur non sunt vera jejunia.

Huic dubitationi primò Respondeo, in omnibus jejunij extra Quadragesimam non esse prohibitum uti lacticiis, & ovis: sed tantum in ipso Quadragesimæ tempore. Ita docet Cajetanus 2. 2. questione 147. arti. 7. Medina in summa lib. 1. Cap. 14. §. 10. Navarr. in manuali Latino Cap. 21. num. 15. dicit esse opinionem Divi Thomæ ut supra, Enriquez Tomo primo lib. 7. de indulgentiis Cap. 10. num. 4. Ceterum, (quicquid sit de hac opinione, quæ etiam mihi probabilis videtur,) ad majorem securitatem concessum est Capitulo Generali Ordinis Minorum ab Eugenio IV. cujus meminit Corduba questione 2. puncto 4. super Cap. 3. Regulæ, quoddam privilegium, in quo facultas ei præbetur ordinandi, & declarandi, in quibus locis & provinciis Fratres debeant jejunia Regulæ in cibis Quadragesimalibus observare. Quo utendo privilegio, à Capitulo nostro Generali decrevit est (ut supra,) ut hoc Priorum arbitrio relinquatur: ut ipsi de usu lacticiorum, vel abstinentia, secundum varias locorum consuetudines possent dispensare. Possimum etiam fundamentum, quare in jejunij Regulæ liceat uti ovis ac lacticiis, illud est, quia hoc à Regulæ permissum est, ut supra præcedenti Cap. diximus circa illa verba, *Aliquot animalium sive volatiliam &c.* Quare cum Regulæ sit à summis Pontificibus confirmata, & ex alia parte de essentia jejunij Ecclesiastici non sit abstinentia à lacticiis; manifestè colligitur, quòd in jejunij Ordinis his cibis uti liceat: & adhuc, quòd hæc verè Ecclesiastica jejunia sint.

## IN TEXTU

ibidem.

*Nisi infirmus, vel debilis corporis &c.*

## DVBIVM IV.

Quæ sint causæ, quæ excusent ab adimplentione jejunij?

**D**ubiū hoc movetur circa ultima verba huius Vid. capitis, in quibus signantur causæ, ob quas à lege jejunij Religiosi excipiantur, nempe, *infirmus vel debilis corporis sive alia justa causa*: quia necessitas (ut inquit Regulæ,) caret lege. Omnia verò, tam infirmitas, quàm debilitas, sive quodcumque aliud impedimentum, sub nomine justæ causæ comprehenduntur. Omnis autem justa causa, ut communiter cum Divo Thom. 2. 2. quest. 147. art. 4. Theologi tradunt, ad unam ex tribus sequentibus potest reduci, nempe, *ad impotentiam, necessitatem, & pietatem*, sive majus bonum. Nam jejunio vel corpus læditur, vel spiritus, vel substantia externa. Si corpus læditur, impedimentum, quòd à jejunio excusat, *impotentia* dicitur. Si spiritus proprius, vel aliorum profectus, *pietas* appellatur, Quòd si substantia externa, *necessitas*.

Ratione

Quinam ratione impotentie excusentur.

Quid in senibus attendendum

An pueri & senes à Regulae jejuniis excusentur?

Infirmi- tas ac corporis debilitas ad impotentiam quoque reduci- tur.

Quo- nam ex- cuset ne- cessitas?

Ratione primò, nempe, impotentia, in jejunij ab Ecclesia præceptis pueri & senes excusan- tur, ut istorum fessa sustentetur ætas; illorum verò quasi pullulans, & incipiens, non frangatur vel arefcat. Quare in jejunij Ecclesie, pueri usque ad XXI. annum (secundum D. Tho. ut supra) ab eorum implentione excusantur: senes verò, si sexage- narij sint, ut communis tenet opinio: quamvis Na- var. in summa Lati. Cap. 21. num. 16. non incon- grue doceat, in senibus non esse certam, & deter- minatam regulam præscribendam, sed id arbitrio prudentis confessarij vel Prælati esse relinquen- dum. Quod nos etiam supra Cap. 8. in illis verbis, Infirmis aetatibus & necessitatibus, ex mente Cano- nistarum asserébamus. Nam alij citius, alij verò tardiùs prædictam impotentiam senectutis incur- runt.

Hoc autem, quod dictum est de pueris & senibus circa Ecclesiastica jejunia, dubitari meri- tò potest, an etiam in Regulae jejunijs observan- dum sit: Et (ut à certioribus incipiam) in senibus non dubito, servandum esse id, quod nuper ex Na- varro tradidimus, ut id arbitrio Prælati relinqua- tur, ut ipse omnibus pensatis judicet, an senio cot- fectus vires habeat necne ad solvenda regularia jejunia.

De pueris verò jam professis, qui tamen non- dum XXII. annum atigerunt, dicendum est, eos minime à jejunij Ordinis excusari: quia per pro- fessionem ipsi se coarctarunt ad strictiorem ob- servantiam, quam Ecclesia tenet, nempe, ad Re- gulam nostram, & ad omnia, quæ in ea continen- tur. Et sic à Regula ad prædicta jejunia servanda obligantur. Et hanc credo esse communem opi- nionem, & Religionum praxim, de qua videndus est Corduba in Regula B. Francisci Cap. 3. quæstio- ne 2.

Præterea, ad impotentiam reduci- tur corporis infirmitas, vel debilitas, de quibus nostra Re- gula expresse loquitur, & advertit Cajera. in summa verbo (jejunium) & Navar. ut supra. Illi etiam hoc titulo comprehenduntur, qui tam infir- ma complexionem sunt, ut vacuo stomacho capitis dolorem ac vertiginem patiantur: & denique omnes illi, qui, medicorum judicio, non sine peri- culo salutis corporalis jejunare possunt. Hanc autem impotentiam arbitrio suo poterit Prælati examinare, & si illi sufficiens videatur, subditum à jejunij onere absolvat. Neque oportet, ut in hoc nimis scrupulosus aut anxius Prælati sit, sed potius benignè & misericorditer omnibus subveniat, & pietate magis, quam rigore ducatur: nisi aliàs ob justas causas contrarium viderit expedire. Nam si sua benignitate Religiosi abutantur, & faci- lè licentias petant, tunc in aliud extremum declinandum est, ut Ordinis observantia summa cura provideatur.

Secunda causa, quæ à jejunio excusat, potest esse necessitas, ut cum die Jejunij aliquis labor ne- cessarius, vel nobis, vel Communitati, aut aliquod

aliud à Prælati impositum opus occurrat, cum quo jejunia compati non possunt: ob quam cau- sam fratres laici laborantes à jejunio excusantur. Et similiter ad hanc causam recedatur, quando quis jejunando, suo officio minime ut par est, po- test satisfacere: quia ob jejunium opera obligatio- nis prætermittenda non sunt: inter quæ potissi- mum videtur, ut quis rectè suo munere funga- tur.

Ob tertiam causam, quæ pietas sive majus bonum dicitur, lege etiam jejunij non tenentur, qui jejunando non possunt ad suam, vel aliorum salutem spiritualem, vel corporalem, id, quod ne- cessarium est, præstare: ut sunt Concionatores, Lectores (ex officio vel obedientia) aut Confesso- res. Ita Cajer. 2. 2. q. 147. artic. 3. & in summa verbo (jejunium), quem sequitur Navar. ubi supra num. 16. Ad hanc etiam causam pertinet, quando ob jejunium impeditur quis à sanctioribus & melio- ribus operibus, quibus, si non jejunaret, vacare posset: qualia sunt opera Misericordie spiritualia, & corporalia quæ suapte natura sunt actus miseri- cordie, quæ est virtute abstinentiæ præstantior. Ita Cajeranos ubi supra à artic. 2. & Navar. num. 17. Sylvest. verbo (jejunium) quæstione 3.

Dixi verò supra, id, quod necessarium est, præstare: nam aliàs si tantum sit supererogationis bonum concionari, aut legere, tunc minime præ- termittendum est id, ad quod ex vi nostræ Re- gulae ac instituti tenemur, nisi aliàs aliqualis necessi- tas sit vel in populo verbum divinum audiendi, vel in Religione illud proponendi.

Ex his fit, eos, in quibus aliqua prædictarum causa non fuerit, ad regularia jejunia teneri, quan- tum vis perfecti sint. Hoc addiderim propter Hæ- reticos quosdam, de quibus mentio fit in Clemen- tina ad nostram de Hæretic. asserentes, viros perfe- ctos legibus jejuniorum non teneri: quia jejunium ad delendam peccatam ordinatur, quo perfecti jam carent, neque illud habere possunt. Hi con- demnati sunt in Concilio Viennensi, & in dicta Clementina multorum sanctissimorum virorum exemplis refutati. Contra hos latius controver- sarii disputant. Sufficiat nunc notabile dictum Chrysostomi de jejunio proferre, quo breviter omnes jejunij fructus, qui ex facta scriptura colli- guntur, uno verbo declaravit: ait enim de Jejunio sermone primo: *Jejuna quia peccasti: jejuna, ut non pecces: jejuna, ut accipias: jejuna, ut accepta perma- neant.* Quasi dicas: Jejunium prodest, & maxime necessarium est ad satisfaciendum pro peccatis: præterea, ut preservemur à peccatis: tertio, ut à DEO virtutes, ac caelestia bona impetremus: ulti- mo, ut impetrata dona permanent. Quæ omnia tam imperfectis, quam perfectis omnino sunt necessaria.

Quos pietas

Clemen- tina. Ad nostram de Hæreticis. Concil. Viennense.

De jeju- nij com- modis & fructibus eleganter & lucu- lenter disserit in com- mentar. suis in hoc Cap. Francisc. à S. Elia.

IN IESU Spiritu

Quinam ratione impotentie excusentur. Quid in senibus attendendum. An pueri & senes à Regulae jejuniis excusentur? Infirmi- tas ac corporis debilitas ad impotentiam quoque reduci- tur. Quo- nam ex- cuset ne- cessitas? Triplex causa à jejunio excusantur.



## CAPUT XII.

## De abstinentia carniū.

## TEXTVS.

**A**B esu carniū abstinēas, nisi pro infirmitatis, vel debilitatis remedio sumantur. Et quia vos oportet frequentius mendicare itinerantes, (ne sitis hospitibus onerosi) extra domos vestras sumere poteritis pulmenta coctā cum carniū; sed & carniū supra mare vesci licebit.

## GLOSSA XII.

**O**lim in Regula Alberti primitiva, antequam mitigatione aliqua temperaretur, circa abstinentiam carniū distinctior observantia præcipiebatur: era enim in illa hac ratione scriptum; Ab esu carniū semper abstinēas, nisi pro infirmitatis, aut nimis debilitatis remedio sumantur. In mitigatione verò (ut vidimus) ablata est illa particula (Nimis) & insuper additum est, ut navigantibus, carniū; itinerantibus verò pulmentis cum carniū coctis vesci liceat. Cujus permissionis non meminit Albertus ut supra.

Ex hoc igitur capite sequentes colliguntur conclusiones. Prima est: Ad abstinentiam carniū omnes fratres tenentur. Secunda: Carniū vesci licet infirmis, debilibus, & supra mare navigantibus. Tertia: Itinerantes fratres frequentius mendicare tenentur. Quarta: in itinere extra domos nostras pulmenta cum carniū coctā sumere licet.

Simile statutum apud D. Bonif. 6. 36. sua Reg. & Cap. 39. reperitur. Concordat cap. carniū de consecrat. dist. 5. Reg. Monach. h. 2. 4. De cibis fratrum itinerantium Regula Francisci. Cap. 3.

## IN TEXTV

ibidem.

Ab esu carniū abstinēas.

**C**irca hanc primam hujus capituli partem duo se offerunt examinanda. Primum, Quare, cum usus carniū licitus sit, nobis prohibeatur? Secundum, Quid hic nomine carniū comprehendatur?

## DVBIUM I.

Quare cum usus carniū ex se bonus, & licitus sit, nobis à Regula interdicitur?

Duo extremi hereticorum errores circa abstinentiam à Carniū.

**S**cendum est, (quod & breviter attingam,) de abstinentia à carniū duos in Ecclesia contrarios errores extitisse. Primus fuit Evonitarum, qui (ut refert Epiphanius hæres. 30.) omnium animalium carnes immundas esse dicebant: contra quos scripsit Paulus prima, ad Timoth. 4. dicens, In novissimis temporibus erunt homines in hypocrisi loquentes mendaciam, prohibentes nubere, & abstinere à

cibi, quos DEUS creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & hi, qui cognoverunt veritatem: quia omni creatura DEI bona est. Hæc Paulus. Pugnare præterea contra hos aperte Christi Domini & Apostolorum exemplum, qui (ut ex Evangelio constat) in cæna agnum typicum comederunt.

In aliud verò extremum erroris alij inclinaverunt hæretici, affirmantes, nullos omnino cibos, nulloque tempore debere Christianis prohiberi: hujus hæresis auctor fuit Jovinianus, qui (refert D. Hierony. lib. 2. adversus eundem) docebat, abstinentiam à quibusdam cibis nihil omnino prodesse. Clarius tamen & acrius nostri temporis hæretici, ciborum delectum, tum illum, qui aliquibus diebus ab Ecclesia servatur, tum etiam, qui perpetuò à Religiosis quibusdam colitur, tanquam superstitiosum & inanem impugnant. Hujus factionis hæc nostra tempestate auctor fuit Lutherus, insectator Calvinus, Brenzianus, Centuriatores, & Kemnitius apud Bellarminum Tomo 3. de bonis operibus in particulari lib. 3. Cap. 3. Duo autem præcipua sunt, (& quæ ad nostrum attinent propositum) quæ ab Hæreticis in carniū abstinentia damnantur: primum, quòd videamur nos rejicere aliquos cibos, tanquam per se malos: secundum quòd abstinentiam à carniū meritoriam esse censeamus, & cultum DEI ex re indifferenti factimus.

Primus horum error facilè convincitur ex Ecclesie statuto: dicitur enim de consecratione distinctione 5. Cap. carniū; Cuique monacho carniū nec gustandi nec sumendi est concessa licentia: non quia nempe creaturam DEI judicemus indignam, sed quia carniū abstinentia apta, & utilis Monachis estimatur. Ex his ita dicitur clarè constare, Ecclesiam Religiosis carniū non prohibere, quia carnes immundæ sunt, ut falso calumniantur hæretici, præterea, nec Monachi à carniū abstinere, quia eas putent immundas, sed potius severioris, & distinctioris abstinentiæ zelo. Unde in Religionibus carnes non interduntur, quia illicitæ & malæ sunt, sed quia magis expedit ad suum institutum, carniū non vesci. Et confirmatur, quia etiam Monachis ægrotantibus uti carniū conceditur: non ergo eas immundas reputant.

Adde etiam, quia ob prædictam rationem alijs cibis Monachi non utuntur, & tamen eos non immundos judicant: ut de Joanne Baptista, qui Monachorum princeps fuit, ab omni cibo & potu, præterquam à locustis & melle silvestri, se abstinuisse, Matth. 3. legitur: ac de Monachis Divo Chrysostomo contemporaneis ipse Hamilia.

Observa  
admi-  
randam  
abstinen-  
tiam ve-  
terum  
mona-  
chorum.

14. in. Epist. ad Timot. ait: Neque pretiosa pulmenta ap-  
ponentes, sed solum panem & Salem, hi vero olera ap-  
ponentes, si vero, qui imbecilliores sunt & leguminibus  
potantur. Hier. de custodia Virginum, sic de Monachis  
loquitur: De cibis vero & potu, taceo, cum etiam  
languentes aqua frigida utantur, & eorum aliquid ac-  
cepisse, luxuria sit. Et infra: Vivitur pane, leguminibus,  
& olivibus, quæ sale solo condiantur. Cassian. lib. 4. in-  
stitut. Cap. 11. apud Ægyptios Monachos tantam  
docet abstinentiam servari, ut summæ reputentur  
deliciæ, si herbarum sale conditæ ad refectorem Frat-  
ribus apponantur: & lib. 5. Cap. 23. pane solo san-  
ctos Eremitæ Patres fuisse enutritos, commemo-  
rat.

De quo argumento plura nobis alia testi-  
monia & exempla Basil. in Reg. sus. interrogatio-  
ne 19. & 20. ex Bernardo in Apologia ad Guillel-  
mum, & Epist. 321. ad Fratres de monte Anastasio, &  
in illa celebri, quam ad Fratres de monte DEI,  
spiritu divino rescripsit, ex Hugone Victorino  
Tom. 2. lib. 2. de claustr. anima, & denique ex D.  
Bonaven. lib. 2. pharetra Cap. 22. licet desumere.  
Ex quibus non solum à carnibus, sed ab alijs et-  
iam cibis monachos abstinoisse, constat: non quia  
illos repulserunt immundos, sed ob majorem cor-  
poris castigationem: ut & sic major DEO obse-  
quium præstarent.

Quoad secundum verò, quod damnant hæ-  
retici, nempe, catholicos affirmare, abstinentiam  
carnium esse meritoriam, & sic de re indifferenti  
cultum DEO exhiberi: concedimus libenter, hanc  
unam esse causam, neque ob id tamen ex re indif-  
ferenti DEO holocaustam offerimus. Nam si hæc  
abstinentia bono fine fiat, ut quando ordinatur  
ad castigandum corpus, ad moderandas passio-  
nes, & ad subjiciendum illud spiritui, ut liberius  
DEO vacet: tunc carniū abstinentia bona, &  
meritoria est, ut communis tenet Theologorum  
sententia. Ob quam etiam rationem, jejiniū, licet  
secundum se indifferens sit, si tamen aliquo  
prædictorum fine coherescerit, ad virtutem tem-  
perantiæ pertinet, ac proinde & ad cultum DEI:  
ut Patres passim docent, qui videndi sunt apud  
Bellarmin. ut supra Cap. 11.

Communi-  
nis Theo-  
logorum  
sententia.

Legend.  
preclar.  
commen-  
tar. nost.  
Francisci  
in hoc  
Cap. Reg.

Ex dictis eruenda est propositi dubij resolu-  
tio. Licet enim carniū esus se bonus, & licitus  
sit, earum tamen abstinentia utilissima est, tum  
propter dicta, tum etiam, quia Religio schola est  
penitentiarum ac virtutum, ad quam pertinet in pri-  
mis abdicatio omnium voluptatum, mundi deli-  
ciarum, ac jucundarum & mollium aliarum re-  
rum: quod potissimum medium est, ut in hæc  
Schola virtutes ac penitentiarum exercentur. Nam  
proculdubio hoc ipsum, quod est, catere rebus  
dulcibus ac alijs hujusmodi emolumentis, valde  
grave ac molestum nobis solet esse. Et cum carnes  
tam terrestrium, quam volatiliū animalium mag-  
gis nutriant, & delectent ex genere suo, quam cæ-  
teri cibi, cum sint humanæ carni propinquiores,  
fit, ut avidius illæ appetantur, & majori gula etiam  
edantur. Præterea carniū alimenta materiam  
generationis magis augent: & sic difficilius appeti-  
tus sub ratione comprimitur: his enim cibis caro  
impinguatur, & appetitus roboratur, ac proinde  
major contra spiritum pugna insurgit.

Quare Divus Hieronymus lib. 2. adversus  
Jovinianum, esum carniū, docuit, esse semina-  
rium libidinis: & lib. 5. ex instituto probat contra  
eundem Jovinianum bonam esse abstinentiam à  
carnibus, & vino: & Basilii in Hexæmeron homi-

lia 11. sic ait: Veruntamen etiam nunc ad imitatio-  
nem vitæ in paradiso nos ipsos reducere volentes,  
vitalis his variæ materiæ eduliorum voluptatibus,  
ad illam vitam, quantum possibile est, nos ipsos re-  
ducimus, fructibus, & seminibus, & nucibus ac  
foris putamen durum habentibus fructibus ad  
vitam degendam venientes. Horum verò superflui-  
tatem velut non necessariam repudiamus: non  
enim abominabilia sunt propter Creatorem, non  
tamen eligenda propter carnis delicias, ac volup-  
tatem. Hæc Basilii.

Ob hanc ergo rationem, & ob alias, quæ ex  
superioribus colliguntur, esus carniū in multis  
Religionibus sanctissimè est prohibitus. In primis  
Benedictus in sua Regula Cap. 39. Carniū verò  
(ait) quadrupedum omnino ab omnibus abstineatur  
comestio, præter omnino debiles, & aegros. Ubi, argu-  
mento sumpto à majori, & volatiliū etiam ani-  
mantium carniū esum prohibet. Idem strictis-  
simè in Carthusianorum itatutis cavetur, ut infra  
latiori sermone dicemus: servaturque ista lauda-  
bilis consuetudo in alijs Religionibus, ut Camal-  
dulensium, & Minorum: & hi, non solum car-  
nibus sed nec lacticijs vesci licet: imò & omni-

bus Monachis iure canonico id præcipitur, ut pa-  
tet ex dicto Cap. carniū 5, distinct. & Cap. cum ad  
monasterium, de statu Morach. Servat etiam hoc,  
licet non ex Regula, Dominicanorum sanctissima  
familia. Inter has verò Religiones duplex disci-  
minis ratio invenitur. Prima, quia ex Regula hanc  
abstinentiam Carthusiani, (quibus constitutiones  
pro Regula sunt.) Benedictini, & nos solum acce-  
pimus: alijs verò proprijs tantum Constitutioni-  
bus id præcipitur. Secunda est, quòd alij laxius,  
alij strictius, alij verò strictissimè prædictam absti-  
nentiam servant. Nam Carthusiani, etiam immi-  
nente morte, carniū non vescuntur: in nostra  
vero Religione, & in alijs, ut sunt Camaldulenses,  
tantum in infirmitatibus. In alijs verò extra Refe-  
ctorium, vel certis quibusdam diebus, sive ex dis-  
pensatione, sive ex quovis alio titulo permittitur  
est carniū vesci. Et denique primos illos Eccle-  
siaz primitivæ probatissimos Monachos, qui sub  
divi Marci disciplina in Alexandria floruerunt, Eufe-  
bius Cælatensis lib. 2. historiarum Cap. 17. à carni-  
bus abstinoisse refert. Et si quis vitas sanctissimo-  
rum Eremitarum percurrat, omnes etiam à carni-  
bus abstinoisse comperiet.

In hac tamen abstinentia difficultate non  
cater, quòd cum ejus causa vita humana abbrevie-  
tur, videtur contra legem naturæ esse, quæ cautum  
est, ne quis sui homicida crudelis existat. Hoc du-  
bium præcipuum locum habet in strictissima  
Carthusianorum abstinentia: qui non solum ad  
tempus, sed perpetuò, etiam in ægritudinibus om-  
nino mortiferis, à carniū abstinere tenentur.  
Propter quod, quidam eorum surrexerunt æmuli,  
qui hanc Constitutionem irrationabilem & cru-  
delem appellant, & votum stultum, quod de præ-  
dicta abstinentia sit: & sic universaliter affirmant,  
teneri Carthusienses non abstinere à carniū in  
articulo mortis, nulla habita ratione scandali, id  
est, quamvis scandalum sequatur. Hanc senten-  
tiam amplexi sunt Martinus à Magistris quest. 2. de  
abstinentia, Medina Complutens. C. de jejuniis quest.  
4. ad ultimum argumentum, Sylvest. verbo (jura-  
mentum 4.) §. 10.

Mitius vero sentit secunda sententia Carthu-  
thufianis in dicta ægritudine constitutis, & cum  
scandalo vesci carniū non licere, posse tamen id  
facere.

D. Cap.  
carnem,  
& Cap.  
cum ad  
monasterium,  
de statu  
Monachorum.

Quadragesimali  
abstinentia non  
abbreviati vitam  
docet nost.  
Anton.  
loc. cit.  
juxta  
edition.  
Colonien-  
sis. n.

432. cum  
pluribus  
Auctoribus ab  
ipso rela-  
tis inter  
quos est  
R. sinu.  
Caram-  
muel in  
vita V. P.  
Dominici  
MARIA  
lib. 6. cap.  
2. & nost.  
Joan.  
Beetius  
in præcep-  
ta decalo-  
gi præ-  
cept. 3.  
Exposit.  
4. cap. 2.

IESU  
Spiritu  
II  
III  
IV

facere in duobus casibus; primo si Carthusiani alium cibum non habeant: secundò, si desperetur omnino de aegro vita, nisi illi ministrantur carnes, & utrobique esse scandalum. Ita docuerunt Gerson *titulo de abstinentia Carthusianorum*, qui habetur *Alphabetico 39. (O.)* & Major in 4. *distinctione 38. questione 4. conclusione 5. Adrianus quodlibet. 1. cum argumentis artic. 3. ad nonum. Victoria vero alia via procedit: in relectione enim de temperantia num. 8. duo circa hanc Carthusianorum abstinentiam affirmat: primum licere Carthusiensibus in aegritudinibus mortiferis constitutis à carnibus abstinere, imò & laudabile esse, etiam si nullum scandali periculum imminet: secundum ejus dictum est, licere etiam prædictis, carnibus vesci: imò si Constitutio in tali periculo id prohiberet, intolerabilis esset, si vel scandalum timeatur, si non. Nituntur autem hæc opiniones optimis, & apparentibus rationibus, quas omittere ideo detrexi, quia non multum ad nostrum institutum conducunt.*

Breviter tamen, ut certius, & probabilius in hac re primò statuo, Carthusiensium statum, optimum & laudabile esse. In primis id patet: quia ab Ecclesia hoc statutum fuit: semper laudatum & approbatum, imò & fortè ratione hujus abstinentiæ, Carthusianorum Religio, ut strictior, & perfectior ab Ecclesia judicatur. Et, ut omnibus clarior de hac Constitutione constet, ejus verba præmittamus, quæ talia sunt: Quia secundum sanctam nostram Ordinis consuetudinem, à sanctis Patribus nostris introductam, omnem etiam carnium, & cibum quemcumque, qui ex carnibus quomodolibet constat, siue per modum cibi, siue per modum porionis, aut sorbitionis sumatur, à nostro proposito abjecimus, statumque, ut quicumque nostri Ordinis professor, hujus tam laudabilis constitutionis transgressor fuerit &c. Si Prior, aut Vicarius, aut Procurator hoc fecerit, tanquam ipsius suæ professionis calumniator, & transgressor, obedientiam perdat, & vocibus, ac locis debitis, & ceteris obedientiis Ordinis careat in æternum. Deinde simplicibus Monachis hæc pœna statuitur: & postmodò eadem Constitutio ad moniales extenditur. Hæc est Constitutio, quæ circa abstinentiam carniū in Carthusia observatur.

Et quamvis in hac Constitutione non exprimitur, illius obligationem & mentem extendi etiam in periculo mortis naturali: moribus tamen ita receptum est in hac Religione, ut nulli aegroto, etiam in extremis, carnes ministrantur, neque aliquid carnis conditum ab eo comedatur. Tam igitur eorum statum, quam consuetudinem latè defendunt Gerson, & Major (ut supra,) & plures alij, inter quos Arnoldus de Villanova, quem summum medicum, & Theologum appellat D. Antoninus 3. *par. summa titul. 16. cap. 6. parag. 5.* atque in hujus rei confirmationem ejus verba refert, ait ergo Antoninus ex mente Arnoldi, *Quoddam contrarium asserere, est falsum & phantasticum, & probat quoddam hæresim.*

Nam ad versatur (inquit) approbationi, & tolerantie Romanæ Ecclesiæ, & fingit novum dogma in pertinentibus ad utilem statum Fidelium, ponendo, quandoque à mortis periculo non posse sine usu carniū liberari; & sic ad vitæ longitudo carnium usum necessarium: quod est falsum. Nam, (ut dicit,) virtus vitalis deficit, aut per malitiam morbi illam resolventis, aut propter defectum alimenti, per quod habet conservari, vel

restaurari. Primo casus probat per dictum Hippocratis dicentis, quòd si præ foris morbi cibus exhibeatur, suffocationis vel aliter gravamine superaddito, coguntur vitam finire celerius: deficientibus autem propter penuriam alimenti, si denegetur cibus, & medicationi subdantur, expirant velocius, tabefacti. Patet per id, quòd deficienti propter morbi magnitudinem non profunt, sed nocent carnes: sed deficientibus propter alimenti penuriam, profunt. Sed probat, plus competere vinum mediocriter somptum, maxime aromaticum & vitella ovorum mediocriter mollia, ideo quòd velocissima digestionem convertuntur in laudabilem sanguinem & multum, & quasi sine facibus.

A carnibus autem, & ceteris alimentis aliqua prædictarum conditionum deest.

Concludit ergo, quòd ad virtutem vitalem vel cognitivam plus confertur supra dicta, quam carnes, licet faciat ut, quòd ad confortandum virtutem morivam, plus competant carnes: quam, dicit, (inducendo Galenum,) scilicet, confortationem virtutis motivæ non esse in aegris necessariam, quia modicum egent ipsius operatione: ergo nec egent necessario usu carniū: sed bene usu vini.

Apostolus: Modico vino uterè propter somnium &c.

Vinum enim lætificat cor hominis. Cor autem est principium virtutis vitalis, quæ confortatur per cordis lætiam.

Sed & in dicto Ordine multi senescunt, & vivunt etiam Octogenarij. Et ante diluvium non comedebantur carnes, *distinctione 35. Cap. ab excordio*, & longius vivebant. Hæc omnia Antoninus ex Arnoldi sententia. Postea vero ex propria sic addit: Et hæc scripta sunt, ut Religiosi, qui secundum Regulam suam, vel Constitutiones non debent carnibus vesci, credant, per talem abstinentiam carniū non sibi abbreviari dies, si hoc observant, nec pro quacumque debilitate carnes comedant: & contra illos, qui hoc non observant, ad excusandas excusationes in peccatis, allegantes sine usu carniū sanos non posse vivere. Hæc Antoninus *ut supra*. Habent præterea Carthusiani plura medicorum suffragia, quæ prædictam Arnoldi sententiam defendunt: ac proinde licitum est & sanctissimum tale Religionis institutum.

Secundò, siue verum sit quòd Arnoldus & alij medici asserunt, siue non, hoc est, siue possit dari aegritudo, quæ non aliter ac usu carniū curari possit, siue talis non detur (ex quibus primum mihi probabilis apparet, quia negari non potest, aliquando fastidium generari aegroto, ita, ut aliis cibis quam carnibus vesci non possit:) adhuc tamen existimo, tam publice quam secreta, tam existente scandalo, quam cessante, non solum licere Carthusiensibus à carnibus abstinere, etiam in periculo vitæ propter aegritudinem constitutis, verum etiam necessarium esse. Hæc sententia aperte est Navarri de Regularibus *consilio 10. numer. 6.* qui expressè affirmat, hoc Carthusianorum statutum obligare ad mortale.

Sentiunt hoc etiam peritissimi nostri temporis neoterici, eo nixi fundamento, quòd, cum hoc statutum antiqua consuetudine interpretetur, ita, ut receptum sit ut obliget in articulo etiam mortis, videtur satis licitum esse, tali statuto obedire. Et quòd hoc liceat, optimè satis probat Victoria (*ubi supra*.)

## D V B I V M II.

Quæ sint, quæ comprehenduntur nomine carniū?

Secundum verò, scilicet, quod ad hoc tenentur, probant isti authores: quia ex transgressione hujus instituti in hac parte, relaxatio omnino poterat in rigore & severitate Regularis disciplinæ: aliaque adducunt, quæ pertinere videntur ad rationem justitiæ legalis.

Mihi verò non aliter hæc sententia vera, & probabilis videtur, quam si in prædicto Ordine hæc transgressio fuerit interpretata, ut lethalis, ac proinde quod illa consuetudo obliget ad culpam mortalem: cujus contrarium affirmat Petrus Sutor, hujus instituti professor, in historia sui Ordinis lib. 2. titul. 3. Cap. 8. & idipsum in prædicta Religione communi consensu receptum existimo. Et ideo, ut verior & probabilior nobis placet opinio Victoriz. Ne quicquam his obstat justitiæ legalis ratio: quia idipsum etiam procederet in omnibus aliis Constitutionibus omnium Religionum, maxime in illis, quæ potissimum ad earum observandum institutum conducerent: cujus contrarium praxis, & communis Religionum usus declaravit.

Ad rationem Dubii respondetur, quod quamvis præceptum naturale sit tuendi vitam à quocunque periculo mortis, & illam conservandi: non tamen præceptum hoc absolute obligat, sed tantum in eo casu, in quo non addit causa rationabilis amittendi propriam vitam: nam si hæc occurrat, tollitur obligatio hujus præcepti.

Quia (ut rectè Victoriz, ubi supra) potest quis ratione patientiæ permittere, se occidi ab alio, aut in bello se exponere periculo mortis pro defensione patriæ. Uxor etiam assistens marito laboranti peste, aut morbo contagioso, etiam si sit probabile periculum vitæ, non peccat. Nec tenetur quis uxorem ducere, etiam si aliquando necessaria sit ad vitæ conservationem: sed potest castitatem servare cum periculo vitæ. Quare si justa, & honesta causa secundum prudentiam boni viri addit: possumus de vitæ, & de remedio illius non curare: imò laudabile & heroicum opus virtutis aliquando erit. Hac etiam de causa, licitum & laudabile est in articulo mortis, paratum stratum relinquere, & humi aut in alio aspero loco vitam finire, sive ad imitationem fiat Domini nostri JESU Christi, in patibulo Crucis vitam finientis, sive ad exemplum aliorum: præcipuè, si sit vir insignis in aliqua congregatione aut Religione, qui id faciat, ut legitur Divum Jacobum Apostolum, Divum Martinum, ac Divum Franciscum propriam vitam sanctè ac pauperimè terminasse. Tunc igitur, quando quis vitam ob Regulæ observantiam finierit, justa, & rationalis causa non immeritò censeri debet, amor, & reverentia propriæ Regulæ, & utilitas, quæ sequitur ex disciplina Religiositate observata: ut tollatur naturalis obligatio tuendi propriam vitam. Et ne rigor, ac disciplina Religiosa tepescant, non solum à carnibus abstinere extra ægitudinis tempora (ut nos servamus,) & aliis cibis uti, quibus forsân, juxta quorundam opinionem imperceptibiliter vita abbreviatur, licebit: veram etiam abstinere à carnibus in infirmitate ipsa cum periculo vitæ, ut Carthusiani tenentur facere, vel ad minus possunt licitè facere.

Pro hujus Dubii resolutione supponendum est, quod licet aliqua sint, quæ verè & propriè carnes non sint, neque appellentur, ex carnibus tamen ortum, & originem trahunt: ut sunt ova, & lacticia. Alia sunt, quæ licet propriè carnes non possint dici, tamen maximam cum eis propinquitatem habent: ut sunt sanguis, lardum, sagimen, sive pinguedo. Alia verò, quæ licet à carnibus originem non habeant, ex conjunctione tamen ad illas magnam earum virtutem, & substantiam participant: ut jus, in quo carnes decoquantur. Et denique alia sunt, quæ licet carniū substantiam in se non suscipiant, ex simultanea tamen decoctione aliquam qualitatem, & excellentiam acquirunt: qualia sunt legumina cum carnibus cocta. De his igitur inquirimus, an sub prohibitione carniū à Regula facta, prædicta omnia etiam prohibita esse censendantur?

Quoad primum de lacticiis & ovis, in primis expressè id affirmare videtur Divus Gregorius Cap. denique 4. distinctione, ubi ait: Par autem est, ut nos, qui his diebus à carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quæ sementinam trahunt originem carnis, jejunemus: à lacte (videlicet) caseo, & ovis. Et colligitur ex Cap. Presbyter 82. distinctione. Nam, ut Divus Hieronymus ex sententia veterum Ægyptiorum lib. 2. contra Jovinian. refert, Ovum, & lac nihil aliud esse videntur, quam caro liquida, & sanguis albus. Quare Manichæus, ut author est Divus Thomas 1. ad Tim. 4. sicut prohibebat omni tempore esum carniū: ita etiam ovorum.

Contrarium tamen hujus probabilis videtur: quia ova, & lacticia carnes non sunt, licet ex animalibus, quæ carnes habent, originem ducant. Neque hoc argumentum ullo modo urget: Hæc procedunt ex hujusmodi animalibus, ergo sunt carnes. Nam cum ex eorum semine generentur, & semen caro non sit, utpote quod ex lapsu stuitate alimenti procedit: ipsa etiam lacticia, vel ova carnes non sunt, neque ad carnes reducuntur. Tum etiam quia licet ex carnibus generentur, & carnes verè essent, (quod omnino falsum existimo:) adhuc tamen parum obstaret, quominus ovis ac lacticiis nobis uti liceret: quia id expressè in Regula conceditur, ubi supra Cap. 8. & præcedenti in illa verba, Aliquot animalium, tradidimus. Sicque consuetudine omnium Religionum interpretatum est, ut etiam apud Carthusienses, qui strictissimam omnium carniū abstinenciam servant, ovorum ac lacticianorum usus non interdicitur.

Ad auctoritatem Divi Gregorii in dicto Cap. Denique & d. Cap. Presbyter, Respondeo, ibi non probari, quod ex eo, quod alicui carnes sint prohibita, etiam sint ea, quæ ex eis originem trahunt prohibita: sed tantum, (quod par est, & maxime rationale,) ut, sicut in jejuniis Quadragesimalibus servatur abstinencia à carnibus: ita etiam in eisdem jejuniis servetur abstinencia ab his, quæ ortum, sementinamque trahunt à carnibus originem: quia intentum Ecclesiæ in his jejuniis est, eos cibos interdicare, quorum

us maximè delectat, & ad venerea provocat: eorummodi sunt carnes animalium in terra nascentium, & quæ ex eis procedunt, ut sunt lacticia ex gressibus, & ova ex volatilibus: ut optimè ratiocinatur D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 3. Imò Ecclesia in aliis extra Quadragesimam jejuniis solum carnes prohibet: ut nos *Cap. 11. de jejuniis*, dubio ultimo adnotavimus: & Fideles licitè lacticiis & ovis utuntur, ubi non est contraria consuetudo. Ad D. Hieronymum Respondeo, ejus verba esse intelligenda, quasi remotè de carne & sanguine.

Quoad secundum verò, an lardum, sagimen sive pinguedo, & alia hujusmodi, nomine carniū comprehendantur, majus dubium est. Et in primis videtur, eodem modo in his philosophandum esse, ac de ovis & lacticiis diximus: cum par in omnibus ratio appareat: ac proinde, quod nomine carniū non comprehendantur.

Vera tamen resolutio sit, nomine carniū hæc omnia in nostra Religione prohiberi. Quod firmissimè probo, tum ex Regula ipsa, tum ex consuetudine, tum etiam ex jure. Et in primis ex Regula. Nam cum in prima Regula *Alberti* absolutè esus carniū sine exceptione ulla interdiceretur: *Innocentius IV.* postea in mitigatione permisit, ut itinerantes uti possint pro cibo pulmentis coctis cum carnis. In qua exceptione sive concessione duo consideranda sunt. Primum, ex hoc ipso, quod permittitur solum edere pulmenta cum carnis cocta, tacitè & quasi per necessariam sequelam, cætera prohiberi. Nam si nomine carniū non prohibentur in regula sagimen, pinguedo, jus aut pulmentum, supervacanea esset hæc permissio, sive exceptio. Quare cum sit exorbitans à generali Regula concessio, sive exceptio, de aliis Regulam firmat in contrarium: hoc est, eo ipso, quod statuit licere pulmenta cum *carnis cocta*, cætera denegat ac prohibet.

Præterea considerandum est, pulmentum minus ad carnes accedere (ut in initio hujus dubii adnotavimus) quam sagimen, sive pinguedinem. Nam illud tantum quasi qualitatem quandam participat, hoc verò quasi substantiam suam à carnis innatam habet. Quare si tantum Regula permittit pulmenta cocta cum carnis, idque ita arctè & strictè, ut fiat solum pro itinerantibus: à fortiori pinguedinem, sagimen, & alia similia expresse denegavit.

Secunda ratio sumitur à consuetudine: quia jam in nostra Religione id communi interpretatione, & consensu receptum est: & nequam horum usus in monasteriis nostris admittitur.

*Cap. de Terriò* ex jure ipso deduco. Nam *Cap. de esu carniū*, de consecratione *distinctione terria*, cavetur, ut feria sexta Christiani omnes à carnis abstineant: in Ecclesia verò communi interpretatione & jure receptum est, quod ibi nomine carniū non solum carnes ipsæ, sed etiam sagimen, lardum, pinguedo, &c. prohibeantur: quod non fieret, si hæc nomine carniū non comprehenderentur. Ergo similiter in nostra Regula nomine carniū prædicta omnia censentur prohibita.

Ad rationem in contrarium responderetur, longè aliam esse rationem de ovis & lacticiis, ac est de pinguedine, sanguine, & aliis: quia

ova, & lacticia plus distant, & per plures transmutationes à carnis semine inam trahunt originem: ac sanguis, pinguedo, vel sagimen quasi immediatè à carnis oriuntur, ac proinde majorem consanguinitatem habent cum ipsis. Quare lacticia & ova affinitatem; pinguedo verò, sagimen &c. quasi consanguinitatem cum carnis habent.

De jure verò & pulmentis, an appellatione carniū prohibeantur, patet in primis, pulmentum prohiberi expresse: nam si nomine carniū non prohiberetur, frustra in Regula exciperetur, dum dicit, *Extra domos vestras sumere pulmenta cocta cum carnis*. Et si omnibus liceret, minimè pro itinerantibus tantum indulgeretur. De jure verò eodem modo dicendum est; imò à fortiori: quia magis ad carnes accedit, ac proinde clarissimè ex Regula colligitur, in omnibus nostris licitum non esse, pulmentis aut jure uti, ut expresse (satis pro argumentò à contrario sensu) Regula prohibet, & communis consensus Religionis approbat.

Quid verò pulmentum sit, & quando eo uti liceat, *infra hoc Cap.* dicemus.

## IN TEXTU

Ibidem.

*Nisi pro infirmitatis vel debilitatis remedio sumantur.*

Circa hæc verba notandum est, quanta auctoritate esus carniū prohibeatur, ut, cum in *superiori Cap.* de jejuniis loquens, à jejuniis non solum debiles & infirmos excuset, verum & alia justa causa impeditos, aut necessitate oppressos: hic equidem solum debiles & infirmos excipiat, & alias causas sive necessitates non admittat. Simile statutum de jejuniis est apud Divum Benedictum *Cap. 36. sua Regula*, ibi: Sed & carniū esus infirmis, omninoque debilibus pro reparatione concedatur: at ubi meliorati fuerint, à carnis more solito abstineant. Ferè idem decernit *Innocentius III.* Archiepiscopo Bracharensi rescribens, & refertur in *Cap. consilium, de observatione jejuniis*: ubi dum carnes die Sabbati prohibet, ait, Sic tamen, quod debilibus, & infirmis periculum non emergat. Et idem colligitur ex eodem, in *Cap. cum ad monasterium, de statu Monach.* ubi inquit: Debiles & infirmi, quæ necessaria fuerint sibi, tam in carnis quam in aliis, recipiant competentem. Quare nostra Regula idem quoque statuit de debilibus, & infirmis; ubi duo genera hominum designat, quibus esum carniū concedit, scilicet, infirmorum, & debiliū: illis autem concedit pro reparatione sanitatis, istis vero pro reparatione virium. Quis vero sit debilis & infirmus dicendus, oportet ut aperiamus,

DV.



*Apologia ad Guilielmum Abbatem*, his verbis: Ajunt enim, incolumes ac validos juvenes conventum solere deserere, & in domum se infirmorum, qui non sunt infirmi, collocare, & carnium elu (qui vix ægrotis duntaxat, & omnino debilibus, ex Regulæ discretionem, pro virium reparatione conceditur,) non quidem corporis infirmitatis ruinas reficere pro incommodo, sed carnis luxuriantis curam perficere in desiderio. Quid hoc ignavia est, prandiis incubare longioribus, aut nudum molli volutari in lecto? O boni milites, sociis in sanguine & cæde versantibus, vos, aut cibos diligis delicatos, aut somnos capitis matutinos? Et infra: Delicata nimis medicina est, prius alligari, quam vulnerari: membrum non percussum plangere, & necdum suscepto ictu, admoveere manum: fovere unguento, ubi non dolet: emplastrum adhibere, ubi scissura non est. Sic Macarius vixit: sic Basilus docuit: sic Antonius instruit: sic Patres in Ægypto conversati sunt. Hactenus Divus Bernardus.

## I N T E X T V

Ibidem.

*Et quia vos oportet frequentius mendicare itinerantes: (ne sitis hospitibus onerosi) extra domos vestras sumere poteritis pulmenta cocta cum carnisibus &c.*

**H**ÆC verba denuo in mitigatione ab Innocentio IV. addita sunt, quibus concedit, ut itinerantibus Fratribus sumere liceat pulmenta cocta cum carnisibus: cujus permissionis Regula rationem reddit, ne recipientes Fratres solitudine querendi, ac parandi eis cibos gravenur: & ideo eis tales cibi conceduntur, qui facile apud omnes inveniuntur, qualia sunt pulmenta cum carnisibus cocta. Præterea circa illa verba: *Et quoniam vos oportet frequentius mendicare itinerantes*; Dubitatur, an illud verbum (*oportet*) vim habeat præcepti, an verò tantum significet condecenciam quandam, & honestatem: & sic tantum sit consilium?

Utrum  
verb.  
oportet  
præceptum,  
an  
consiliū  
indictet.

Respondeo, quod, quamvis verbum illud (*oportet*) secundum probabiliorē sententiam præceptivum sit, ut *supra in præfationibus Dub. 7.* adducebamus: tamen hic ex adjectis quasi honestatem quandam, & condecenciam status significat: quasi dicat: Quoniam vos paupertatem strictissimam profitemini, oportet eam ut plurimum itinerantes in mendicando observare. Et licet de mendicitate expressè tantum hic decernatur: tacitè verò ut pedites itineremus, ex mente Regulæ colligi videtur: quia nunquam equitantes mendicare consueverunt: & præterea, quia maximè modus iste itinerandi paupertati convenire dignoscitur. Neutrum verò Regula præcipit, sed tantum monet: idque non semper, sed frequenter debere fieri commendat. Propter hanc etiam mendicitatem permittit Regula, ut edere pulmenta liceat, ne nos pauperes, onerosi, ex diversitate victus hospitibus fiamus.

Dices, quare Regula non permittit, ut come-

derent de omnibus quæ fratribus apponerent, quia hoc videtur major perfectio, cum id Christus Dominus Apostolis itinerantibus præceperit, ut ederet quæcumque illis apponerentur: & ita Divus Franciscus 3. Cap. sua Regula præpō finem, suos fratres per mundum euntes monet, ut secundum sanctam Evangelium, de omnibus cibis eis apposis liceat manducare.

Respondetur, quod illa à Domino nostro JESU Christo in Evangelio Apostolis prædicatum in mundo, præcipua forma, non præceptum, sed indulgentia (necessaria tamen pro ratione status) fuit. Nam ut optime D. Bonaventura in *Apologia pauperum, in 2. responsione 2. particula art. 1.* oblevat: Quia discipuli pauperes erant, & laboriosis prædicationis exponerentur discipulis, ne pro penuria, & difficultate laboris in seipsis deficerent, vel pro diversitate victus onerosi redderentur suscipientibus ipsos, hujusmodi fuit eis à Domino forma præscripta, tam piè, quam provide, ut & aliis condescenderent, & injunctam sibi laborem vituliter tolerare valerent. Ex quo elucet, quod tam abstinere à carnisibus & vino, quam his uti, fieri possit perfectè & imperfectè: sed unum (scilicet abstinere) fit perfectè ex proprio genere: alterum verò ratione circumstantiæ adjunctæ, cum ex se magis declinet à perfectione. Hæc Bonaventura. Ex quibus colligitur, de se perfectus esse, servare abstinenciam à carnisibus, quam eis uti. Et licet prædicantibus Apostolis, tum ne recipientibus ipsos fierent onerosi, tum ob prædicationis laborem, permittum sit carnisibus uti: ad huc tamen itinerantibus fratribus Regula tantum concessit uti pulmentis, quia non erat tantus labor, ac prædicationis Evangelii: & hoc sufficiebat, ut Fideles eorum susceptione non gravarentur: quod magnè fuit perfectio.

Quid verò sibi Regula velit pulmenti nomine, non facile est aperitè discernere: pendet enim hujus declaratio ex nozione propriæ significationis hujus vocis, *Pulmentum*, quæ non apud omnes eodem modo sonat. Pulmentum ergo à pulite apud Varonem *lib. 4. de lingua Latina*, & alios probatos auctores invenies. Puls autem eodem Varone teste sic dicta est; quia ut scribit Apollodorus, tonitruum edit, cum ferventi aqua infusum: quod insinuat: his verbis: *Pulmentum esse cibum ex farre comminuto, in farinam redactum, & aqua respersum* (que es lo que dezimos en Romance puchas, o poltadas.) Hoc cibo quondam Romani pro pane utebantur. Plinius *lib. 18. Cap. 8.* Puls autem (inquit) non pane vixisse longo tempore Romanos, manifestum est. Unde & pulmentaria hodie dicuntur, sive puls ipsa, sive quodvis aliud ad modum puls confectum. Huic puls acceptio faver Alexander ab Alexandro *lib. 3. diernum genialium Cap. 11.*

Secundo apud Athenæum, *lib. 14. Dipnosophistarum*, puls non pro cibo liquido, (quem prædicti Authores pulmentem seu puchas vocant:) sed pro solidiori quodam cibo potius accipitur. Eius verba referam: *Pultis* (inquit) *meminit sic Alimæ. Jam Pyaniam pulmentem præbebit, cibidron candidum & cereum fructum.*

Est autem Pyanion, ut inquit Sossibius, omnium seminum congeries, in passo cocta. Et paulò post: *E frefis leguminibus puls.* Sentit igitur Athenæus ex mente Sossibii & aliorum, pulmentem esse cibum ex variis seminibus vel leguminibus fractis, & coctis

Abstinere à carnisibus & vino, quam his uti, fieri possit perfectè & imperfectè: sed unum (scilicet abstinere) fit perfectè ex proprio genere: alterum verò ratione circumstantiæ adjunctæ, cum ex se magis declinet à perfectione.

Quid nomine pulmenti sit intelligendum.

Variaz jai hie cics.

coctis, in qua significatione pulmentum apud Plautum in Aulul. invenies, dum inquit:

*Pulmentum pridem eidem eripuit milvus, Homo ad Prætorum plorabundus devenit.*

Unde solidior cibus pulmentum erit. Nam si puls esset ex aqua, & farina tantum, unguibus milvi rapi non posset. Pulmentum igitur est quodvis olerum sive leguminum genus, quod cum carnibus elixari solet.

Tertiò modo sumitur pulmentum latiori significatione: non enim certum cibum ex herbis, vel ex pulve, aut farina confectum, sed utrumque horum comprehendit. Et sic ejus significatio secundum varietatem materiz, ex qua fit, attendi debet. Unde Isidorus lib. 2. *Erymolog. Cap. 2. Pulmentum à pulve dicitur: sive enim sola puls, sive quid aliud participationis sumatur, pulmentum dicitur.*

Quarta ratione pulmentum etiam sumitur pro jure, sive pro re potabili, teste Ambrosio Calepino, verbo (*pulmentum.*) Quod ex Apuleio confirmat. Quam etiam significationem apud Cælium Rodiginum lib. 9. *lectionum antiquarum Cap. 16.* post medium, approbatam invenies. In proposito ergo pulmenta cocta cum carnibus intelliguntur, legumina, aut olera ipsa, quæ simul cum carnibus elixari solent, sive quodcumque aliud, dummodo carnes non sint, neque ex eis sementiam originem trahant, quòd tamen cum carnibus decoqui solet: sub quo etiam palmento jus ipsum comprehenditur.

Ex his clare constat, quid nomine, *pulmenti* Reg. p. 3. Regula velit. Et præterea constat, quando his C. 7. §. 3. pulmentis uti liceat, nempe, itinerando, & extra domos nostras. Ex quo fit, quòd Fratres itinerantes, dum ad alios Ordinis Conventus perveniunt pulmentis his vesci non possint ratione illorum verborum. *Extra domos vestras.*

Nec sufficit, manducare extra domos, nisi in aliquo itinere sint, ut pulmenta edere liceat: quia hoc tantum concessum est pro itinerantibus. Tandem colligo, quod licet hospitibus onerosi Fratres non sint (quia alias divites sunt) prædicta concessione uti apud quoscumque possint: quia licet cesset ratio Regulæ in particulari, non tamen cessat in universali: & hoc sufficit ut possint pulmenta cum carnibus cocta edere.

Francisc. à S. Elia & Stephanum à S. Paulo; ac tandem in fine subjungit ex Constitut. Congreg. nost. Italicæ x. p. cap. 9. nu. 9. hæc verba: *Hormannus Fratres nostros extra claustra justa de causa vescentes, ne facile usentur indulgentia Regula, que pulmenta cum carnibus cocta permittit, ne sint hospitibus onerosi, quod efficiant, si levi de causa non credant, se fore hospitium onerosos.*

D V B I V M IV.

An possit dari aliquis casus, in quo, si quis carnibus sine necessitate utatur, peccet mortaliter?

Non quærimus hic de eo, qui ex contemptu hoc Regulæ præceptum transgreditur, de quo satis clare constat peccare mortaliter: sed solum, dubium est de eo, qui quidam ob delectationem, sive aliam non justam causam carnibus vescitur. Et ut breviter hanc dubitationem resolvam, primò certum est, eum qui carnes sine scandalo ederet, non peccare mortaliter: quia

Thom. à Ista Oper, Tom. I.

cum hoc Regulæ statutum de se solum obliget ad venialem culpam, & ex alia parte non appareat aliquod aliud præceptum, sine dubio ejus transgressio non est de genere lethalis culpæ: quamvis non dubitem, intra venialem offensam, esse gravissimam, & dignam, ut à Prælati severè & acriter puniatur.

Secundò certum est, eum, qui hoc præceptum cum scandalo transgreditur, peccare mortaliter.

Pro quo notandum est ex D. Thom. 2. 2. q. 43. art. 1. scandalum esse duplex, aliud activum, aliud passivum. Scandalum activum nihil aliud est, quam dictum vel factum minus rectum, (hoc est, malum vel habens speciem mali,) præbens alteri occasionem peccandi. Et hoc scandalum nulla ratione licet. Alterum est scandalum passivum, quod tantum est in eo, qui scandalizatur: & dici solet scandalum Phariseorum, ut docet idem D. Thomas ut supra art. 2. Est autem discrimen inter utrumque scandalum, & primò, quia scandalum activum semper sequitur ex aliquo peccato: scandalum verò passivum ex opere ex se bono.

Præterea, quia scandalum primo modo (scilicet activum) semper tenemur vitare: ac proinde si ex nostris dictis aut factis pessimis sequatur, erit peccatum mortale, nisi quis omittat ea, quibus scandalum sequitur. Secundo verò modo, nempe, propter scandalum passivum, hoc est, propter peccatum scandalizati vitandum, non sunt dimittenda quæcumque bona, sed tantum ea, quæ sunt de consilio, aut bona temporalia non necessaria, ut tradit D. Thomas art. 7. & 8. ejusdem questionis. Nec tamen semper omittenda sunt ea, quæ sunt in consilio, & temporalia bona: sed tantum quando alius sumit occasionem peccandi ex bono opere non habente speciem mali, ex infirmitate, hoc est, ex passione & ignorantia. Nam quando ex malitia occasionem sumit, nulla ratione tenetur aliquis dimittere bona, aut temporalia, aut spiritualia etiam ea, quæ in consilio sunt, ut ex doctrina D. Thom. dist. 9. q. 43. aperè colligitur.

Constat igitur ex dictis, quando erit peccatum scandali, edere carnes sine necessitate, aut cum illa. Nam quoties quis absque morbo, vel debilitate aliqua, transgreditur hoc præceptum, & ex ejus transgressione aliis Fratribus præbetur occasio, ut si quoque passim, & sine justa causa carnibus utantur: tunc, qui cum hoc scandalo carnes manducat, peccat mortaliter: quia ex hac comestione datur aliis occasio ruinæ spiritualis, & solet esse in causa, ut rigor ac Regularis disciplina tepescat: quod respectu totius Religionis maximum damnum & scandalum est. Hoc scandalum activum appellatur, & omnes Authores ob prædictam rationem affirmant, Carthusienses cum scandalo carnibus vescentes peccare mortaliter.

Qui verò cum necessitate carnibus vesceretur (maximè si necessitas argens sit) etiam si alii scandalizentur, non peccat mortaliter. Hoc dictum pugnat contra communem sententiam Authorum, quos adduximus *Dubio primo hujus capituli* qui asserunt, Carthusiensem, etiam in extrema necessitate constitutum, cum scandalo carnibus vesci non posse: cujus contrarium nobis verius videtur, nempe, quod si Carthusienses tenentur in tali casu necessitatis, ut ipsi affirmant, carnibus vesci, abstinere non debeant

Aaa 3

propter

Quali pulmento, juxta Regulæ vesci liceat.

Vid. nost. Hieron. Gratian. in discipl. Reg. p. 3. C. 7. §. 3. Lezana Tom. 5. in Mariam. Reg. Carm. nu. 141. Anton. à Spiritu S. l. 1. supra cit. n. 426 juxta editionem Colon. qui citat nost. Francisc. à S. Elia & Stephanum à S. Paulo; ac tandem in fine subjungit ex Constitut. Congreg. nost. Italicæ x. p. cap. 9. nu. 9. hæc verba: Hormannus Fratres nostros extra claustra justa de causa vescentes, ne facile usentur indulgentia Regula, que pulmenta cum carnibus cocta permittit, ne sint hospitibus onerosi, quod efficiant, si levi de causa non credant, se fore hospitium onerosos.

Francisc. à S. Elia & Stephanum à S. Paulo; ac tandem in fine subjungit ex Constitut. Congreg. nost. Italicæ x. p. cap. 9. nu. 9. hæc verba: Hormannus Fratres nostros extra claustra justa de causa vescentes, ne facile usentur indulgentia Regula, que pulmenta cum carnibus cocta permittit, ne sint hospitibus onerosi, quod efficiant, si levi de causa non credant, se fore hospitium onerosos.

D V B I V M IV.

An possit dari aliquis casus, in quo, si quis carnibus sine necessitate utatur, peccet mortaliter?

Non quærimus hic de eo, qui ex contemptu hoc Regulæ præceptum transgreditur, de quo satis clare constat peccare mortaliter: sed solum, dubium est de eo, qui quidam ob delectationem, sive aliam non justam causam carnibus vescitur. Et ut breviter hanc dubitationem resolvam, primò certum est, eum qui carnes sine scandalo ederet, non peccare mortaliter: quia

Thom. à Ista Oper, Tom. I.

IN IESU

Spirit. II

III

IV

V

VI

VII

VIII

IX

X

XI

XII

XIII

XIV


XV

XVI

XVII



propter scandalum, imo etiam si non teneantur, dummodo eis licitum in tali casu sit, vesci carni- bus. Quia eum præceptum sit tuendi propriam vitam, non omittenda ejus adimpletio, ratione scandali passivi, quod tantum obligat, ut ratione ipsius temporalia bona solum, & ea, quæ sub consilio sunt, præmittantur. Eodem modo judicandum est de eo, qui inter nos cum scanda- lo aliorum passivo carnes edit: quia non vi- deo, quare abstinere teneatur, si alias ei pro in- firmitate, vel debilitate reparanda necessariz sint. Dixi (*urgens necessitas*) quia certe non qua- libet necessitas sufficeret: quia cum subvenire huic non sit sub præcepto, & ex alia parte sequa- tur pusillorum ruina, charitate id postulante, præmittendus tunc est carniū usus. Maxime verò inter seculares hæc doctrina locum habet, qui faciliè ad scandala proni sunt. Quare coram eis maxima cum cautela carnibus utendum est.



IN TEXTU

Ibidem.

*Sed & carnis suprà mare vesci licebit.*

Hæc etiam exceptio communi Regula, quæ de carniū abstinentia ab Alberto tradita est, addita fuit ab Innocentio IV. in mitigatione, nempe, quod *suprà mare carnis vesci licet*. Quod ideo permillum videtur, quia navigantes, si hoc remedio non uterentur, regere possent su- stentari.

Dubio  
satisfit  
incidenti

Circa hanc partem dubitabit aliquis, an in locis maritimis, in quibus Religiosi degunt, si aliquando recreationis gratia mare ingredian- tur, possent hac Regula concessionem uti? Re- spondeo, id minimè licere: quia licet Regulae verbis hoc factum consonet, appetè tamen est contra ejus intentionem & mentem, quæ plus inspicienda est, quam verba: quia finis sive mens Regulae id permittentis fuit, quia plerumque su- pra mare alia à carnis alimentis non inveniun- tur: finis autem hic omnino cessat tam in parti- culari, quam in communi in nostro casu: & sic cessat etiam permillio, quæ ob hunc finem data est. Nec utcumque navigantibus hoc permitti- tur, sed tantum illis, qui supra mare. Quare in fluminibus navigantibus hæc indulgentia non gau- dent: quia in illis etiam cessat ratio hujus per- missionis.

Glossin C.  
Carnem  
de consec.  
d. 7.

Dubitari tamen potest, an in mensis Episco- porum vel Principum, vesci carnis liceat? Cujus affirmativa pars videtur communi: er- cepta, & non obscure insinuat in glossa in Cap. Carnem, de consecratione, distin. 5. ubi hic habe- tur: *Si autem à Principe, vel Episcopo invitentur, pro benedictione & obedientia degustare non metuant.*

Vid. su-  
pra cir.  
Anton.  
nu. 428.  
& seqq.  
& Com-  
ment.  
nost. Frä-

Hæc tamen sententia, licet communiter apud Religionum vulgus circumferatur, sine funde- mento, & sine ratione excogitata est. Nam ne- que in jure fundata, neque ab Authore aliquo gravi approbata hæcenus reperitur, ut ne ipsa quidem glossa in dicto Capitulo *carnem* eam te- neat. Nam tantum ibi docet, Gratianum præ- termississe in dicto Capitulo *Carnem* prædicta verba, nempe, *Si autem à Principe, vel Episcopo*

invitentur, quæ habebantur apud Frædoo- sum Episcopum, ex quo desumptus fuit ille ce- xus; Quare, cum illa verba in corpore juris non sint inserta, nullam facultatem, nec licentiam monachis præbent: præsertim eum post Pium IV. & Pium V. Gregorium XIII. (ut habetur in initio decreti) declaraverit, ut omnia in corpore decreti emendata, & apposita, quam diligentis- sime retineantur, ita, ut nihil addatur, aut immi- nuatur. Imò, quamvis dicto Cap. *Carnem*, illa verba adderentur, ridiculum esset, existimare, ex vi illius capitis, nobis contra nostram Regulam indulgentiam concedi, apud Episcopos vel Principes comedendi Carnes. Primò, quia si addantur in dicto Cap. omnia verba à Gratiano prætermissa, invenies etiam monachis longè proficiscentibus concedi, ut ex volatilibus sus- tententur: unde simili ratione nobis id liceret, quod est absurdum.

His addo, quod etiam extra Refectorium nobis liceret Carnium usus. Nam hoc permitti- tur monachis in Cap. *Cum ad monasterium* §. in Refectorio, de statu monachorum: imò, & in ca- mera vel mensa Prælati, ut *ibidem* etiam decer- nitur. Quæ omnia absurda, & ridicula sunt. Se- cundo, quia etiam si daremus id expressè decreti in dicto Cap. *Carnem*; nullatenus nobis liceret, ea solum facultate carnes manducare. Quia de- creti decisiones tantum sunt, veluti quidam ca- nones vel admonitiones, nec sunt (ut ita lo- quar) præcepta, aut decreta jure observanda. Quare non liceret eis contra Regulam uti. Ex quamvis adhuc sint vera Pontificum decreta, quæ Carnium usum, vel extra Refectorium monachis, vel apud Prælatos indulgent, (ut habetur dicto Cap. *Cum ad monasterium*): lo- quuntur tantum de monachis nigris, circa quos olim antiqua juris decreta feriebantur. Et sic non sunt extendenda ad alias Religiones. Quis enim audeat dicere, Carthusiensibus, Camaldulensi- bus, aut Fratibus Minorum Ordinis vel aliis, quibus ex vi suæ Regulae, vel Constitutionum, usus carniū interdicitur, licere apud Episcopos vel Principes carnis vesci? Loquuntur igitur ea jura (siquæ sunt) de monachis Regulam D. Benedicti observantibus. Et adhuc etiam de his, aut aliis in nullo textu juris cautum invenitur, eis licere apud Episcopos vel Principes comede- re Carnes. Quod si alicubi hoc reperitur, hoc ideo à jure olim permittebatur, quia Episcopi tunc Religionibus præsidebant. Quare ut Præ- lati in usu carniū poterant cum monachis dis- pensare, ut habetur in dicto Cap. *Cum ad mona- sterium*.

Quid ergo dicendum erit, si Episcopus, vel Princeps aliquis speciale privilegium habeat à summo Pontifice in prædicto casu concessum? Licet tunc sine transgressione Regulae, hu- jusmodi privilegio gaudere? Respondeo, adhuc mihi dubium esse, id licere: quia nunquam Pon- tifices specialibus his privilegiis intendunt, fan- ctissimis Religionum Regulis in Ecclesiâ appro- batis derogare.

Finis tertiæ Partis.

PARS

Legend.  
Committ.  
nost. Frä-  
cific. in  
hoc Re-  
gul. Cap.  
qui enu-  
cleatus,  
uberius  
que can-  
ta ex-  
ponit  
multis  
adduct.  
SS. PI  
docu-  
mentis  
hæc Joa-  
à JES  
MAR

(155)

# P A R S Q U A R T A, Q U Æ E X H O R T A T I O N E S P R Æ C I P U E C O N T I N E T.

Dixi, hanc partem exhortationes præcipuè continere, quia interdum in ea aliqua præcepta traduntur, ut patet de duobus illis, quæ de labore manuum, & de silentio tractant, ut suis locis etiam dicemus.

## C A P V T X I I I.

*Exhortatio de spiritualibus armis.*

### T E X T V S.



*Q*uia verò tentatio est vita hominis super terram, & qui pie voluit vivere in Christo, persecutionem patiuntur; Adversarius quoque vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit, querens quem devoret; omni solitudine studeatis, indus armatura DEI, ut possitis stare adversus insidias inimici. Accingendi sunt lumbi vestri cingulo castitatis. Munendum est peccus cogitationibus sanctis. scriptum est enim: Cogitatio sancta servabit te. Induenda est lorica iustitia, ut Dominum DEUM vestrum ex toto corde, & ex tota anima, & tota virtute

diligatis, & proximum vestrum, tanquam vos ipsos. Sumendum est in omnibus scutum fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea extinguere: sine fide enim impossibile est placere DEO. Galea quoque salutis capiti imponenda est, ut de solo Salvatore speretis salutem, qui salvum facit populum suum à peccatis eorum. Gladius autem spiritus, quod est verbum DEI, abundanter habet in ore, & in cordibus vestris: & quaecunque vobis agenda sunt, in verbo Domini fiant.

### G L O S S A I.

**Legend.** Christi milites, deposito corporis animique torpore, ad vitiorum spiritualem pugnam, manendo in castris vigilando in acie, Regula hic scripturæ variis testimoniis conatur excitare: ut in prociectu constitutos inimica hostium subversio prævenire non possit: & sic armis munitos in bellum prodire nos monet. De hac militia spirituali plura apud Patres scripta reperiuntur, præcipuè apud Divum Chrysologum *sermone 12. 13. 14. & 15. & 28.* apud Antoninum 3. parte summatitulo 4. cap. 1. parag. 3. 4. & 5. apud Laurentium Justinianum, in opusculo de interiori constituto; Cassianum, libro 4. capite 38. & collatione 7. Cap. 5. & apud alios passim, ex quibus omnibus Cassianum de armis spiritualibus *dicit Collatione 7.* loquentem hic audiemus. Hujus Centurionis qualia arma sint, vel ad huc Joan. quæ præliorum exercitia præparentur, audi beatum Apostolum prædicantem (2. Cor. 10.) *ARMARIA* (inquit) *militia nostra non carnalia sunt, sed*

potentia DEO. Dixit qualia sint, id est, non carnalia, nec infirma, sed spiritualia, & potentia DEO. Deinde ad quos sint exercenda, conflictus consequenter insinuat. Ad destructionem munitionum cogitationes purgantes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam DEI, & captivantes omnem intellectum in obedientiam Christi, præparati ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit primum vestra obedientia. Quæ omnia sigillatim præcurrere sicut necessarium, ita etiam alterius temporis est.

Armorum tantummodo volo vobis generalia proprietatesque patefacere, quibus nos quoque si volumus bella Domini præliari, & inter Centuriones Evangelicos militare, accincti jugiter debemus incedere.

Sumite (inquit Ephes. 6. Cap.) scutum fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Fides est ergo, quæ excipiens ardentissima libidinum tela, metu futuri iudicii, & caelestis Regni credulitate mortificat.

Aaa 4

Ei

Cap. 29. 30. & 31. *Disciplina monastica & Annotationes Anton. à SpirituS, in hunc textum, qui num. 436. ad illa verba: Verbum Dei abundanter habet in ore & in cordibus vestris. docet Car-*

*melitas* *Et loriam* (1. Thell. 5. inquit) *charitatu*. Ipsa nempe est, que vitalia pectoris nostri circundans atque communiens, letalibus perturbationum objecta vulneribus contrarios retundit ictus, nec ad interio rem hominem nostrum jacula diaboli penetrare permittit. Omnia enim suffert, omnia patitur, omnia sustinet.

*Et galeam, Vem salutis*. Galea munimen capiti est. Quia ergo caput nostrum est Christus, debemus istud semper spe futurorum bonorum, veluti inexpugnabili galea, in cunctis tentationibus ac persecutionibus communitate: & principaliter fidem ejus illasam atque integram

*stos Joan. Bachonium, Joan. Soreth, Hieron. Gratian.* quos referri etiam ac sequitur P. Lezana *Tom. 5. in mari magn. Curm. n. 143* licet alii, ut cit. Joan. a JESU MARIA & Franc. hunc locum exponant de communibus seu privatis colloquiis Religiosorum, ita ut Regula velit illa de bere semper esse de DEO, rebusque divinis.

custodire. Aliis enim membris truncatum quempiam licet debilem, possibile tamen est, utcumque superesse: sine capite vero nemini vel brevis vite spatium prorogatur. *Et gladium spiritus, quod est verbum DEI*. Penetrabilis namque est omni gladio ancipiti, & perstringens usque ad divisionem anima ac spiritus, compagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis, dividens (scilicet) & abscidens quicquid in nobis carnale tenuerit repererit. Quibus armis quisquis fuerit communitus, ab hostium semper telis ac depopulatione defensus, non ut captivus, ac subditus ad hostilem cogitationum terram constrictus, depretdanum vinculis abduceatur, nec audiet per Prophetam Baruch 3. *Quare inveteratus es in terra aliena?* sed quasi triumphator ac victor in illa, quam voluerit, cogitationum regione consistet. Hactenus Cassianus, quibus opime explicat arma spiritua lia, de quibus in hoc Cap. mentio fit.

# CAPUT XIV.

## De labore manuum.

### TEXTVS.

*De labore manuum* *Pach. à n. 35. usque ad 100.* *Basil. in Reg. fusi. Reg. 37. 38. 39.* *sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, Quotiam si quis non vult operari, non manducet.* *D. Bene. Cap. 48. 57 & 56* *Franc. 5. Reg. Soc. 174 3. p. 61. n. 6.* *Reg. Monach. c. 17*

**F**aciendum est vobis aliquid operis, ut semper Diabolus inveniat vos occupatos: ne ex otiositate vestra aliquem intrandi aditum ad animas vestras valeat invenire. Habetis in hoc B. Pauli Apostoli magisterium pariter & exemplum, (in cujus ore Christus loquebatur) qui positus est à DEO prædicator, & doctor gentium in fide, & veritate; quem si sequuti fueritis, non poteritis aberrare. *In labore, inquit, & fatigatione fuimus inter vos, nocte, & die operantes, ne quem vestrum gravaremus: non quasi nos non haberemus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, Quotiam si quis non vult operari, non manducet. Audivimus enim inter vos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes: is autem qui huiusmodi sunt, denuntiamus, & obsecramus in Domino IESU Christo, ut cum silentio operantes, panem suum manducet. Hac via sancta est & bona: ambulare in ea,*

### GLOSSA II.

*In hoc Capite labor manuum præcipitur, ac variis Scripturæ testimoniis commendatur. Circa hoc Cap. scdm dubium se offert, quare Regula, cum laborem manuum & silentium præcipit, pro horum confirmatione tot Scripturæ testimoniis utatur: cum alia majora præcepta Oper. T. 2. Cap. 32. Quod quamvis labor manuum ferè in omnibus part. 2. Religionum Regulis decernatur, maximè tamen solitariam vitam agentibus erat necessarium: & ideo tantopere à Regula commendatur, ita, ut sapientissimus Waldensis noster citet à S. quem supra in Cap. 8. de non habendo proprium Elia co-reverimus, quatuor nostræ Regulæ potissimum piose & institutiones designet: nempe, meditari in lege Domini intra proprias cellas: laborare manibus: silentium horis statutis servare: & penuriam vitæ. Hæc igitur ratio est, quare labor manuum ita strictè præcipitur. Quibus alia ratio addi potest: quia labor hic præcipuè ad cellæ jugem custodiam ordinatur. Quare, cum Regula nos manere in cellis semper præcipiat, rectè tan-*

quam medium necessarium ad consequendam hanc cellulæ custodiam, laborem manuum in hoc Cap. præteribit: de quo infra latius dicemus.

Circa hunc Regulæ articulum, multa de manuum labore adduci possent: omnia tamen ad hæc erunt reducenda. *Primum*, ut disseramus, quam utilis ac commendatus semper in Religionibus fuerit hic labor. *Secundum*, quid nomine hujus laboris intelligatur; & qui labores maximè Religiosis congruant. *Tertium*, quo sine in Religionibus labor manuum fuerit introductus. *Quartum* de modo laborandi, ut sine distractione, & dispendio spiritus fiat. *Ultimum*, qui sint, qui in Religionibus laborare manibus teneantur.

### DVBIVM I.

**A** quo tempore in Religionibus corporales labores fuerint in usu.

**I**n primis ab Apostolorum tempore, qui vetè Ab Apo- Religiosi fuerunt, hoc exercitium fuisse in usu, *Itolorum Paulus*

Paulus Apostolus suo exemplo & doctrina 2. ad Thess. 5. & alibi docet. Imò & de omnibus Apostolis Hieron. ad Rusticum idem testatur: cui consonat Benedictus in Regula capitulo 48. cum ait: Tunc vero monachi sunt, si de labore manuum suarum vivunt, sicut & Patres nostri, & Apostoli. Hæc Benedictus. De omnibus etiam Apostolis loquutus est Paulus 1. ad Cor. 4. Laboramus operantes manibus nostris.

Deinde in primordiis fidei, pauci illi, probatissimi tamen monachi, qui à B. Evangelista Marco (qui primus Alexandria Pontifex præfuit,) normam suscipere vivendi, maximo fervore, (ut Cassianus lib. 2. instit. Cap. 5. ex historia Ecclesiastica refert) scripturarum divinarum lectionibus, orationisque, & operibus manuum diebus ac noctibus incubabant. Inde Anachoretarum Princeps, Paulus, & Antonius, qui prædictis temporibus florere, manibus diu noctisque laborarunt.

De Paulo Cassianus lib. 10. Cap. 24. narrat, quod, cum per anni spatium antrum ejus opere manuum suarum fuisset impletum, id, quod sollicita cura laborarat singulis annis, supposito igne concremabat. De Antonio Hieronymus in ejus vita, illum assidue manibus laborasse tradit. Hocque fuisse tam Anachoretis, quam Ægypti Monachis exercitium usitatum, variis in locis Cassianus refert, præcipue verò lib. 2. instructionum Cap. 3. & lib. 5. Cap. 37. 38. & 39. Maxime verò libro decimo per totum, & demum collatione 24. Cap. 11. & 12. ubi docet, antiquos monachos maxime delectari ex Agape sustentari.

Est autem Agape nomen Græcum, quod Græcè idem, quod Latine dilectio & caritas, sonat. Ac proinde translatum est, ut etiam significet quicquid in egenos, & pauperes erogatur: ut videre est apud Tertull. lib. ad Martyres, de his, qui in carcere detinebantur: apud Erasmum in scholiis in Epistolam D. Hieronymi ad Eustoch. & inter alios, pulchre apud Covari. Cap. ult. de testam. n. 2. ubi vim ac proprietatem hujus nominis explicat. Cassianus verò d. collat. 24. & collat. 16. Cap. 14. per Agapen intelligit id, quod otiosis hominibus, & non laborantibus à quibuscumque tribuitur, ut notat Henric. Chiquius in annot. ad Cassianum verbo (Agape). Hæc obiter dicta sunt, ut unicuique sit facile advertere, apud illos Monachos nefas reputari, ex Agape sustentari.

Quare D. Hieron. ad Rusticum ait: Ægyptiorum Monasteria hunc tenent morem, ut nullam absque opere, aut labore suscipiant. Et ut ad Regulas Patrum accedamus, in primis Pachomius, qui Regulam ministerio Angelorum suscepit à num. 35. usque ad 100. tam laborem, quam modum in eo à monachis servandum præscribit.

Basilius quoque in suis Regulis, tam in his, quas fufius explicat, maxime interrogazione 37. 38. 39. 40. & 42. quam in his, quas compendio tradit, variis in locis studium hoc laborandi suis monachis commendavit, ita, ut maxima suæ Regulæ pars in operatis artibus, & eorum instrumentis ordinandis, ac regendis versetur.

Divus Benedictus Cap. 48. sua Regula de opere manuum quotidiano, & Capite 57. de artificibus Monasterii statuit. Neque his contentus, deinde Cap. 66. in suis Monasteriis omnes artes mechanicas, si possibile esset, à Monachis optat exerceri.

Divus Augustinus integrum librum de opere Monachorum scripsit: & in sua Regula omnes tam rusticos, quam senatores ad labores invitavit. Apud Catholiensem etiam Regulam sive statuta, hoc esse præceptum, manifestè doce: Divus Bernardus in ea Epistola, quam ad ipsos sub nomine, Fratrum de monte DEI, scripsit.

Nec Divus Franciscus hujus fuit observantia: S. quolibet cum laborem manuum in Regul. Cap. 5. que Frater constituit, & in suo testamento, Laborant (dicat) fratres manibus: quia & ego manibus laborabam.

Et S. Ignatius suæ Societati hunc etiam manuum laborem tercia parte suarum Constitutionum Capitulo primo num. 6. commendavit. Nostra Regula tot antiquorum Patrum monumentis instructa, suo studio ad manuum laborem suos professores provocat, ut videre est in hoc capite, ubi Apostoli exemplo ac scripturæ testimonio ad hoc studium invitatur. Quæ autem sit causa, cur ita potissimum in nostra Regula hoc laborandi studium commendetur, ex sequenti Dubio fiet manifestum.

DUBIUM II.

Ad quem finem labor manuum in Religionibus commendetur.

Secundum verò, quod examinare in initio bujus Cap. proposueramus, quem scilicet scopum tot Patres, qui uno consensu corporalem laborem Religiosis injungunt, habuerint, facile erit ex eorum sententia elicere.

Primo igitur labor corporalis destinatus fuit ad quærendum victum. Unde primo homini dictum est: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Vindicandus est Cassianus Collat. 24. Cap. 11. & 12. & lib. 5. Cap. 37. 38. & 39. Constat enim, suis laboribus multos, imò ferè omnes Anachoretas, & antiquos Monachos victitasse: nec penuria quidem vel aliorum praesidia non deficiebant, sed potius majoris nuditatis, & paupertatis fervore, noluisse alienæ operationis agape, id est, elemosynæ fulciri: ut scribit idem Cassianus dict. Collat. 24. Cap. 12. Quare proprium victum propriis sudoribus & laboribus acquirebant. Unde D. Hieronymus ubi supra: Non tam propter victus necessitatem, quam propter animæ salutem. Quasi doceat eos victum laboribus acquirere, non tam ob victum parandum, quam ob spiritualem profectum. Imò etiam D. Basilius, ubi supra suorum Monachorum laborem expressè ad victum parandum refert. Et denique D. Franciscus in d. Cap. 5. mercedem temporalem pro labore fratrum, dum in pecunia non sit, exspectare vult.

Secundò ordinatur ad tollendum otium. Quare Eccl. 3. dicitur: Misse servum suum in operationem, ne vacet: multam enim malisiam docuit otiositas. Vide Divum Bernardum ad Fratres de monte DEI: Omnium autem tentationum, & cogitationum malignarum, & inutilem sentina, otium est: summa etenim mentis malitia est otium inertis.

Tertio ordinari potest ad elemosynas faciendas: & sic Paulus ad Ephes. 4. monet Fideles, ut laborent manibus: ut habeant (inquit) unde tribuant necessitatem patienti. Et de Monachis Ægypti docet D. Bernardus in Epist. ad Fratres de monte DEI, suis laboribus pauperes, & opressos

S. quolibet cum laborem manuum in Regul. Cap. 5. que Frater constituit, & in suo testamento, Laborant (dicat) fratres manibus: quia & ego manibus laborabam. Et S. Ignatius Soc. alumnus.

Ob quatuor potissimas causas hic labor Religiosis injungitur, & fuit in antiquos Monachos victitasse: nec penuria quidem vel aliorum praesidia non deficiebant, sed potius majoris nuditatis, & paupertatis fervore, noluisse alienæ operationis agape, id est, elemosynæ fulciri: ut scribit idem Cassianus dict. Collat. 24. Cap. 12. Quare proprium victum propriis sudoribus & laboribus acquirebant. Unde D. Hieronymus ubi supra: Non tam propter victus necessitatem, quam propter animæ salutem. Quasi doceat eos victum laboribus acquirere, non tam ob victum parandum, quam ob spiritualem profectum. Imò etiam D. Basilius, ubi supra suorum Monachorum laborem expressè ad victum parandum refert. Et denique D. Franciscus in d. Cap. 5. mercedem temporalem pro labore fratrum, dum in pecunia non sit, exspectare vult. Altera otii vitandi.

Tertia elemosynas faciendi. Ephes. 4.

IN IESU Spirit. II

truncum tamen est. rō nemini. Et gladio. Et. usque ad. queque. & in. scindens. repetit. us, ab. de defen. hlem co. danium. ophetam. am vo. lacienus. spiritus.

Hoc tradunt SS. PP. monumenta alique Ecclesiastica Historiam.

Quid per Agapen intelligatur.

Omnium Religionum Regulae ac Fudatores manuum labore suis affectis commendaverunt.

Ab Apostolorum

Quarta  
retracta  
di con-  
cupiscen-  
tiam.  
2. ad Cor.  
6.

pressos in civitate existentes sustenasse. Quod  
latius prosequitur Cassianus lib. 10. Cap. 22. ad  
concupiscentiam reprimendam, in quantum  
his laboribus maceratur corpus. Unde secunda  
ad Cor. 6. dicitur: *In laboribus, in ieiuniis, in vigiliis*  
&c. Et has duas ultimas rationes, ob quas labor  
instituitur dicitur, tradidit Divus Basilus in Regul.  
fusior. interrogat. 37. Cum non solum (inquit) pro-  
pter corporis castigationem sit nobis utilis talis vita  
ductus: sed etiam propter dilectionem erga proxi-  
mum: ut etiam debilibus fratribus per nos exhibeat  
DEUS sollicitudinem iuxta formam in Actibus Cap.  
20. ab Apostolo datam, dum ait: *Omnia ostendi*  
*vobis, quod sic laborantes oportet subvenire infirmis.*

Et denique labor manuum alios fines parti-  
culares respicere potest: precipue vero mansio-  
nem in cella, & quietem corporis, ac mentis: de  
quo sine memini, me dixisse in praefationibus,  
difficultate quarta. Et hic erat potissimum scopus,  
(ut ibi Cassiano teste adducebamus) ob quem  
Eremita laborem manuum confectabatur.

Quod vero hunc, & alios fines, & fructus hic  
labor respiciat, docet idem Cassianus lib. 10. Cap.  
24. ubi loquens de Paulo Eremita, sic ait: *In tan-*  
*tum probans, sine opere Eremita, neque in loco posse*  
*monachum perdurari. Neque ad perfectionis cul-*  
*men aliquando ascendere: ut cum hoc fieri nequa-*  
*quam necessitas victus exegerit: pro sola purgatione*  
*cordis, & cogitationum soliditate, ac perseverantia*  
*cellae, vel aedia ipsius victoria & expugnatione, per-*  
*ficeret. Hoc ipsum confirmat D. Bernardus in*  
*Epist. ad Fratres de Monte DEI: ubi, laborem ma-*  
*nuum ad spirituales profectum fuisse introdu-*  
*ctum, docet.*

Legend.  
nostr. Fr.  
cisc. qui  
otiosita-  
tis pluri-  
ma atque  
gravissi-  
ma mala  
uberri-  
me de-  
scribit in  
eoment.  
hujus ca-  
pituli Re-  
gul.

Communiter tamen & maxime is labor in  
Religionibus est commendatus ad fugiendum  
otium, & ejus damna declinanda. Sic in primis  
expresse Hieronym. dist. Epist. ad Rusticum docet:  
*Aegypti (a) monasteria hunc tenent morem, ut*  
*nullum sine labore suscipiant, non tamen propter vi-*  
*ctus necessitatem, quam propter animae salutem, ne*  
*vagentur permissis cogitationibus. Eadem occa-*  
*sione motus D. Benedictus Cap. 48. sua Regula*  
*laborem commendat, dicens: Otiositas inimica*  
*est anima: & ideo certis temporibus occupari debent*  
*Fratres in labore manuum. Basilus ut supra inter-*  
*rogatione 37. inter alias rationes ad vitandam*  
*legnitiam, laborem praecipit: quatenus interrog.*  
*42. pro praecipuo scopo hujus laboris, aliorum*  
*Fratrum indigentiam sublevare constituat. D.*  
*Augustinus pro laboris fine, otii fugam assignare*  
*videtur: dum in Regula ait: Nullo modo decet,*  
*ut in ea vita, ubi senatores sunt laboriosi fiant opifi-*  
*ces otiosi. De hoc argumento plura apud Cassia-*  
*num locis citatis inveniemus: potissimum vero*  
*toto lib. 10. ubi postquam precedentibus capituli-*  
*bis, ex sententia Apostoli mala, quae ex otiositate*  
*provenire solent, numeravit, demum Cap. 14. de*  
*Apostolo loquens, sic concludit: Causas tanto-*  
*rum ulcerum, quae de radice otiositatis emergunt, uno*  
*laboris salvari praecepto curavit, ut periculosissimus Me-*  
*dicorum, ceteras quoque valetudines malas eodem*  
*espere pullulantes, sciens protinus extinguendas, ori-*  
*gine morbi principalis extirpata. Haec Cassianus.*

Cujus, non abs re erit, aliqua alia breviter re-  
fertur testimonia. Is enim dicto lib. 10. Cap. 8.  
sic ait: *Qua fiducia otiosis manibus grati panem co-*  
*medere audebimus, quem vas electionis, Evangelica*  
*solicitudine & praedicatione constructus, sine opere*  
*manuum comedere non presumit? sed in labore (in-*

quin) & fatigatione, nocte & die laborantes, ne  
quem vestrum gravavimus. Et in Cap. 9. Nec ta-  
men, se solum taliter inter eos conversatum fuisse, re-  
statatur, ne forte non magna ne generalis via retur  
hac forma, si ipsius tantum traderet, ut exemplo: sed  
etiam omnes, qui erant cum eo ad ministerium Evan-  
gelij deputati, id est, Sylvanum & Timotheum, qui  
hac eadem cum eo scribunt, asserit, simul opere labo-  
rassent. In eo etiam quod dicit, ne quem vestrum gra-  
vavimus, reverentiam eis incurrit magis. Si  
enim ille, qui Evangelium predicabat, signis illud vir-  
tutibusque commendans, ne gravaret quoniam gra-  
tis panem manducare non audeat: quomodo illi non  
existiment se gravare, qui quotidie cum otiosis va-  
cantesque praesumunt? Et multis interpolatis,  
tandem in Cap. 22. concludit intentum, dicens:  
*Hic itaque exemplum per Aegyptum Patres instituit,*  
*nullo modo otiosos esse Monachos, ac praecipue juvenes*  
*patiantur: Alium otiosum, & profectum patientia,*  
*& humilitatis sedulitate opere merentis. Et non*  
*solum, à nullo quicquam ad usum victus sui accipere*  
*sinunt: sed etiam de laboribus suis non tantum sa-*  
*pervenientes ac peregrinos reficiunt fratres, verum*  
*etiam per loca Libya, qua sterilitate & fame labo-*  
*rant, nec non etiam per civitates, his, qui squalere*  
*carceris contascunt, immanem conferentes duri-*  
*gunt alimonia victusque substantiam de fructu ma-*  
*nuum suarum, rationabile ac verum sacrificium Do-*  
*mino tali oblatione se offerre credentes. Et in Cap. 23.*  
*Unde haec est apud Aegyptum ab antiquis Patri-*  
*bis sancita sententia: Operantem Monachum uno*  
*damone pulsari, otiosum vero innumeris spiritibus de-*  
*vastari. Haec pauca de multis ex Cassiani libro*  
*praefato.*

Divus quoque Franciscus Cap. 5. sua Reg. sic  
ait: *Laboret fideliter & devote, ita, quod exclusis*  
*otio inimico &c. Et tandem in Regula hic etiam*  
*finis labori praefigitur, dum inquit, Faciendum*  
*est vobis aliquid operis, ut semper diabolus inveniat*  
*vos occupatos, ne ex otiositate vestra aliquem in-*  
*trandum aditum ad animas vestras valeat invenire.*  
*Quae verba omnia fere ex Divo Hieronymo ad*  
*Rusticum transcripta videntur.*

Et licet hic alius finis à Regula non praescri-  
batur: tamen non est dubium, (ut in superioribus  
diximus) ad custodiam cellae, & ad declinandas  
cogitationes, ne extra illam vagentur praedi-  
ctum etiam manuum laborem ordinari. Nam  
cum in hoc Cap. supponatur, Fratres in cellis affi-  
duae orationi, & meditationi vacantes commo-  
raturus, eis aliquam occupationem indicit: ne  
(inquit) dum diabolus vos otiosos inspexerit,  
aliquem ad animas vestras aditum inveniat. Et  
sic ab oratione perturbet, aut à cella extrahat, &  
inquietos, & gyrographos reddat. Quae quo  
ordine, quibusve insidiis, is adve. sariis conetur,  
oprimere (ut solet) Cassianus libro decimo institu-  
tionum depinxit: & simul nostrae professionis  
formam delineavit.

Qui cum miserabilem (inquit) obsiderit mentem,  
horrorem loci, & fastidium cella gignit, & ad omni  
opus, quod intra eam fieri debet, inertem monachum  
facit, & aliis innumeris machinationibus infestat, donec  
infelix anima aedia spiritu victa, aut in somnum  
compellatur concideret, aut relicta cella, in consola-  
tionem hujus impugnationis, aliorum Fratrum  
cella & consolationem consuecat acquirere. Cum au-  
tem jam viderit inimicum in conserto praesidio  
sibi terga vertere: fortius & frequentius eum  
impugnat, donec paulatim protrahat à cella, sua pro-  
fessionis

Prædica  
Monachorum  
Aegypti  
sententia

Variatio  
tes &  
technæ  
Diaboli,  
quibus  
Monachum  
conterere  
cella &  
solitudi-  
ne cura-  
tur.

Professionis

sessionis incipiat oblivisci, qua non est aliud, quam  
jugis contemplatio divina puritatis: qua non alibi  
potest, nisi in silentio, & jugi cella perseverantia, ac  
meditatione acquiri. Hæcenus Cassianus, qui Cap.  
6. ejusdem libri latius prosequitur hanc dæmonis,  
contra Monachos otiosos pugnam.

Et denique nostra Regula laborem manuum  
instituit, quia, cum Religiosi tunc in eremis de-  
gerent, nec haberent prædia, possessiones, neque  
illos redditus, non poterant aliter sustentari.

## D V B I V M III.

Quæ sint, quæ sub labore manuum  
comprehendantur? & de labo-  
ribus, qui maximè Reli-  
giosis conveniunt.

PRIMA pars hujus Dubii resolvenda est ex his,  
quæ docet D. Thom. 2. 2. q. 187. art. 3. in cor-  
pore, sub opere, nempe manuali, intelligi omnia  
officia humana, ex quibus homines licitè victum lu-  
crantur, sive manibus, sive pedibus, sive lingua fiant.  
Vigiles enim, & cursores, & alij hujusmodi suo labore  
videntes, intelliguntur de operibus manuum vivere.  
Nam cum manus sit organum organorum, per opus  
manuum omnis operatio intelligitur, per quam ali-  
quis licitè potest victum lucrari. Hæc D. Thomas.

Unde, non solum sub labore manuum com-  
prehenduntur artes mechanicæ, quæ licitè à Re-  
ligiosis exercentur, ut furoria, textoria, ædifica-  
toria, fabrilis lignaria, vel ferraria, & agricultura,  
de quibus D. Basilus in Regul. suff. interrogazione  
38. D. Benedictus Cap. 66. sua Regul. sed etiam  
alia ministeria, in quibus præcipue labor corpo-  
ris exercentur, ut sunt alia officia Monasterii, ut  
Procuratoris, Oeconomi, Ostiarii, Sacristæ, In-  
firmarii, & denique omnia ista ministeria, quibus  
licitè seculares victum lucrantur. Et ob hanc rati-  
onem ad manuum labores reducuntur lectio-  
nes quæcumque sive Theologicæ, sive Gram-  
maticæ: nam lingua in hoc casu (ut docet Divus  
Thomas) nomine manus comprehenditur. Quæ  
Religiosi, qui annuos redditus habere non  
possunt, licitè ob hos labores possunt eos acqui-  
rere.

In celebrandis autem divinis officiis, & si lin-  
gua laborer, quia tamen principaliter hic attentio  
mentis & devotio consideratur, magis ad labo-  
rem mentis operationes hæc reducuntur: quia in  
his oportet, ut à principali fiat denominatio:  
quamvis maximam partem de labore manuum  
(in sensu, in quo hic loquimur) habeant. Et ob id  
ex hac parte orationes (ex justitia) lucrative sunt  
victus, & labores manuum dicuntur.

Qui verò labores Religiosis maximè conve-  
niant, hoc præcipue pensandum erit ex fine, &  
Regulis uniuersisque instituti. In uniuersum ta-  
men omnes prædicti laborandi modi conue-  
nientes sunt, ut ex D. Basilio, Cassiano, Benedi-  
cto, Hieronymo, Francisco, & Augustino, de  
operibus monachorum, licet colligere: quorum  
alii aliquas ex prædictis artibus, alii alias com-  
mendant: quamvis Cassianus Collat. 24. Cap. 12.  
affirmit, Aegypti monachos agriculturam ob di-  
stractionem, quam causat, non exercuisse. Cujus  
rei causa (inquit) Omnem amcenæ habitationis  
gratiam devitamus: squalentesque naturali ama-  
ritudine arenas, & peruitas falla inundatione re-

giones cunctis mundi hujus opibus præponi-  
mus: ut non solum frequentias hominum ob-  
tentu in via solitudinis declinemus, sed etiam ne-  
quaquam nos ad qualicumque culturæ disten-  
tionem uberis soli natura sollicitet, per quam  
mens ab illa principali observatione cordis di-  
stracta, (spiritualibus studiis redderetur effecta.  
Hæc Cassianus: qui ob prædicta incommoda,  
Aegypti Patres tantum eos labores, qui intra cel-  
lam perfici possent, elegisse testatur. Tractat verò  
de hoc præcipue lib. 2. Cap. 10. Et omnes Patres  
in hoc conveniunt, ut illæ artes sive labores inter  
Monachos exercentur, quorum exercitium spi-  
ritus profectum non impediatur.

Inter quos, omnium optimè D. Basilus his  
verbis docuit: Communiter illæ artes eligenda sunt,  
quæ pacem ac tranquillitatem vita nostra conservant,  
neque multo negotio ad parandum propriam mate-  
riam, opus habentes, neque multa sollicitudine ad ea  
quæ facta sunt vendenda, item quæ nec congressus vi-  
rorum ac mulierum indecoros aut nocivos nobis pa-  
riant. Et infra: adificatoria, & fabrilis lignaria,  
itemque ferraria, & agricultura, quia necessaria vi-  
ta sunt, à nobis rejici possunt: præterquam ubi aut tu-  
multus nobis inducant, aut vita fratrum unitatem di-  
strahant: tunc ipsius necessario devitemus, præferen-  
tes artes, quæ nobis vitam indistinctam, & Domino  
absistentem conservant: & quæ neque à Psalmodia,  
neque oratione, neque reliquo bono disciplina ordine  
nos distrahant: alioqui, ubi principale institutum  
non laeditur, agricultura præferenda est. Hæc Basili-  
us.

Bernardus quoque in Epistol. ad Fratres de  
monte Dei, Operandum est (inquit) aliquid mani-  
bus, quod spiritualibus studiis delectationem conser-  
vet, & nutriat. Et infra: Non spiritualia exercitia  
sunt propter corporalia, sed corporalia propter spiri-  
tualia: & sic cum in adiutorium spiritualium studij ne-  
cessaria sint, non tamen ad hoc æque semper conveni-  
re videntur omnia corporalia exercitia, sed quæ cum  
spiritualibus propiore videntur habere similitudi-  
nem: sicut ad adificationem spirituales, mediari  
quod scribatur, vel scribere quod legatur. Hæcenus  
Bernardus: qui inter labores manuum, studium  
scribendi aliis præferre videtur: quod ante præ-  
dixerat Chrysostomus, qui in Epistola ad Timoth.  
homil. 14. de monachis sui temporis loquens,  
ait: Post completum Orationis officium, scribendis li-  
bris operam dabant. Denique D. Hieronymus ad  
Rusticum, inter alia opera & labores, quæ ibi de  
Monachis refert: Scribebantur (inquit) libri, ut  
manus operarentur cibum, & animus lectione satu-  
raretur.

Ex his ergo Patrum testimoniis hoc unum  
colligendum est, in quo & omnes conveniunt,  
eos labores à Religiosis assumendos esse, qui spi-  
ritum & devotionem non extinguant: qui ani-  
mum non distrahent: ac denique tales, quorum  
occasione secularibus immiseri non cogantur:  
Et ratio ipsa demonstrat: nam cum ii labores ad  
majorem spiritus profectum assumantur, eorum  
utilitas pensanda est ex ordine ad hunc finem.  
Quare in tantum hoc laboris studium utile erit,  
in quantum hujus finis assequutioni non obstat.  
Et quamvis hic labor ad omnes Religiosos per-  
tineat: principaliter tamen junioribus utilissimus  
est. Unde Cassianus lib. 10. Cap. 22. Aegyptios  
monachos profectum sedulitate operis metiri  
solitos esse, commemorat, ut supra reculimus.

## D V B I V M IV.

Quomodo sit laborandum, ut laboris fructibus non frustremur?

**E**X dictis facile licet colligere, ea ratione & modo labores suscipiendos esse, ut fini, ad quem destinantur, conveniant: hoc est, tali solitudine & studio fiant, ut animum non dissolvant, neque ab oratione distrahant. Quare Divus Franciscus rectè in sua Regula capite 5. sic monet: *Laborent fideliter & devote, ita, quod orio secluso, orationis & devotionis spiritum non extinguant, cui debent cetera deservire.* Hæc Franciscus. Et constat etiam ex his, quæ præcedenti Dubio diximus.

Sed qua ratione id fiet, ut laboribus intentus quis spiritum non extinguat, opus est explicare. Divus Basilius in Regg. fuff. interro. 37. ita esse laborandum docet, ut *interim (ut ipse ait) manus ad opera moveamus, & aliquando etiam lingua, ubi hoc possibile, & utile fuerit ad fidei adificationem, (sive minus corde) in Psalmis, & hymnis, & spiritualibus cantilenis DEUM collaudemus: (velut scriptum est ad Ephes. 5.) & orationem inter opus explicamus, gratias quidem agentes ei, qui vires manuum ad opera dedit, & sapientiam mentis ad capiendam scientiam.* Et infra: *Orantes autem, dirigantur opera manuum nostrarum ad scopum complacentiæ erga DEUM: sic enim & animi intentionem acquirimus, ubi in unaquaque actione successum operum à DEO petiverimus, & gratiarum actionem ei, qui dedit, persolverimus, & scopum complacentiæ erga ipsum observaverimus.* Nam si hæc hunc modum non habuerint, quomodo possunt mutuo contingere ea, quæ ab Apostolo dicta sunt prima ad Thimothæum 5. nempe, *indefinenter orare: & illud, Nolite & die operantes?* Hoculque Basilius: ubi rectè docuit, tum quomodo laborandum sit, tum etiam quomodo connecti possint hæc duo, labor assiduus, & oratio ac meditatio continua.

August. in Epistola ad Probam, monet, in omnibus negotiis & curis, quæ se offerunt, ne oratio repelcat, oportere certis verbis animum subinde excitare. Et idem de operibus monachorum Cap. 17. ait: *Cantica divina cantare etiam manibus operantes facile possunt, & laborem ipsum tanquam divino zelemate consolari. An ignoramus, opifices quibus vanitatibus, & plerumque etiam turpitudinibus theatricarum scularum donent corda & linguas suas, cum manus ab opere non recedant? Quid ergo impedit, servum DEI operantem manibus, in lege Domini medicari, & psallere nomini DEI altissimi? Hæc ille.*

Divus Hieronymus lib. 2. de officiis Cap. 5. Operantur autem manibus ea, quibus & corpus pasci possit, & à DEO mens impediri non possit. Hæc de monachis suæ ætatis. Quare sanctus Callianus in collatione Abbatis Isaac, *Nulla opera aggredienda esse (ait) nisi prius illa communi Ecclesia oratione, DEUS in adiutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina, armaremur.* Plura de hoc noster sapientissimus ac pientissimus tradit Thomas Waldensis de Sacramentalibus titulo 1. Cap. 3.

Oportet etiam, ut labor cum fructu & utilitate fiat, operantes neque ignavia, nec nimia solitudine affici. Nam ignavia signum est animi torpentis; sollicitudo verò, si nimia sit, animum

perturbat, ut docuit Divus Bonaventura in Epistola ad quendam Magistrum innominatum. Et idem in Cap. 5. suæ Regule in hoc proposito plura damna refert. Alia etiam tradunt Regula Beati Francisci Expositores in dicto Cap. 5. Omnia tamen, quæ circa hoc dici possunt, prædicta Divi Basilius sententia, si rectè perpendatur, comprehenduntur.

Illud tamen unum superioribus addendum est, illis laboribus magis studendum esse, qui intra cellæ ambitum, aut saltem Monasterii claustra peragi possunt. Et hoc præcipuè in Ordine nostro. Nam alias hi labores sæpe distractionem patiunt, & spiritum non raro extinguere solent. Non tamen ob id subditi, si alii labores eis ab obedientia iungantur, eos contemere, aut non recipere audeant: ut rectè Divus Augustinus lib. de opere Monachorum, *Cuius exauclatur una obedientiæ oratio, quam decem milia contemptrium.*

## D V B I V M V.

Qui sint, qui in Religionibus manibus laborare teneantur?

**D**E hoc Dubio copiosius disserit Divus Thomas 2. 2. questione 187. art. 3. 4. & in libro contra impugnantes Religionem Cap. 4. & noster Waldensis in Doctrinali sicut antiqua, libro 4. articulo primo, capite duodicesimo, & præcipuè articulo secundo à Cap. 2. 1. ubi, dum aliorum Patrum sententias refert, qui manuum labores suis monachis inungere, meminit huius Cap. Regula nostræ, & omnia ejus verba refert: & novissime ferè omnes hujus temporis controversarii, (inter quos doctissimè Bellarminus. Tomo primo libro secundo de Monachis à capite 41.) de hac re fuè & optime tractant. Nos verò breviter aliqua consiliuamus.

Primum est: *Religiosi ex lege naturali vel divina, præcisè loquendo, non plene tenentur manibus laborare, quam sæculares.* Probat hoc D. Thom. (ubi supra:) quia labor manuum vel ordinatur ad vitium quærendum, & sic nullos tenetur laborare, nisi qui aliud non potest sustentari: vel ordinatur ad excludendum vitium, & sic aliis laboribus occupati, à labore manuum excusantur: vel ordinatur ad elemosinam faciendam, & sic labor manuum non cadit sub præcepto, nisi interveniente aliqua necessitate, cui sub præcepto aliquis subvenire teneatur: & sic non magis obligat Religiosos, quam sæculares: vel tandem potest ordinari ad macerationem carnis, & sic etiam non cadit sub præcepto, cum nullus alius vitis caro reprimi ac macerari possit. Quare, si Religiosi ex propria Regula non obligentur; ex lege divina vel naturali non magis laborare tenentur, quam sæculares. Sed hac ratione D. Thomæ comprehenduntur omnes alie, quas in hoc proposito ceteri Authores formare solent.

Dico secundò: *Ferè nulla est Religio, ubi aliquis manuum labor non præcipiatur, & ubi omnes ferè Religiosi non laborent, vel aliquo labore partim manuali, partim spirituali, uti sunt, qui divina peragunt ministeria: vel aliquo labore manuum, ut sunt reliqui canobiorum ministri: sua munera exequentes, ut rectè annotavit D. Bonaventura, in questione-*

quæstionibus super Regulam B. Francisci quæst. 11. dom ait: alii autem omnes, præter infirmos, laborant: alii in studio, ut fideles erudiant: alii in divino officio & laudibus Dei: alii in colligendis Eleemosynis pro sustentatione communi: alii in officio domesticis, infirmis & sanis ex injuncta obedientia ministrantes: quidam, qui sciunt artes mechanicas pro fratribus extraneis exercentes, sicut murus cooperantur inter se formice, & apes quidam per obedientiam missi, diversas terras perambulant, cum nuntios alios idoneos non habeamus: & sic nullum impune permittitur otiosus.

Dico tertio: Ille, qui in Religione non laborat, neque alijs spiritualibus ministerijs deservire vult, si per suam professionem ad hæc deputatus existat, ut sunt omnes Clerici, seu Choristi: vel ministerijs corporalibus, quales sunt laici, qui ad hæc munera ex sua professione deputantur; peccat mortaliter, & facit contra justitiam. Quod evidenter ex hac ratione colligitur: quia per professionem sit quidam contractus inter Religionem, & profitentem, per quam illa Religioso omnia necessaria tam ad victum, quam ad vestitum promittit; ipse verò exercere suum munus, ad quod per professionem deputatur. Quare Navarr. Cap. 21. de oratione, num. 20. docuit, materiam principalem voti solemnis eorum, qui ad chorum sunt deputati, esse inservire Religioni in spiritualibus ministerijs. Et de laico idem omnino videtur dicendum: cum possissima materia solemnisi voti illorum fuerit, exequi corporalia ministeria, ut nos latè ex Sylvestro, & alijs in Cap. 7. de Horis Canonici diximus. Ex quibus constat, eos ex justitia teneri, actibus suæ professioni congruis Religioni servire, ac laborare.

Sed dices: Quando ista laborandi ignavia erit grave peccatum: Respondeo, quod in Chorista, quando officium divinum cum alijs, nulla legitima causa impediens, ex consuetudine omiserit recitare: aut Missam celebrare, si Sacerdos sit: & alias observantias Choristarum omnino & ex consuetudine neglexerit. In laico verò, quando nullo modo laborare, neque aliquo alio ministerio voluerit occupari. Ratio est: quia Religio eos ad hæc munera sub conditione conferendi illis necessaria recepit. Et hoc est, quod Divus Thomas 2. 2. quæstione 187. art. 4. ait de Religiosis, qui absque necessitate otiosi in monasteriis ex Eleemosynis vivere volunt, eos (scilicet) illicitè facere. Sentit ergo D. Thomas eos peccare, & cum materia gravis sit, peccatum erit grave & lethale. Ubi Divus Thomas refert D. Augustinum de operibus Monachorum, de his Religiosis loquentem, Si nolent operari, non manducant; his verbis significando, monasteria eos alere non teneri, quia ipsi nolentes laborare, pactum in professione statutum irritum fecerunt.

Et confirmatur: quia si, Religiosis laborantibus, & sua munera obeuntibus, Religio eis necessaria denegaret, sine dubio Prelati mortaliter peccarent, non alia ratione, nisi propter dictum pactum tacitè in professione initum: ergo, si ipsi non laborent, mortaliter peccant, dum ex bonis monasterii sustentari volunt. Hos autem peccare ratione scandali, docet idem Divus Thomas dicto articulo 4. ad quintum, dum ait: Idem tamen scandalum imminere posse de his, qui facultatibus communibus otiose utuntur. Quæ verba pro otiosis fratribus valde notanda sunt.

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

Id autem in hac re etiam difficultate non caret, an similiter si ratione ingratitude peccent? Quia, cum vivant de Eleemosynis, quæ à Fidelibus ea intentione dantur (ut inquit Divus Thomas ubi supra) ut ipsi Religiosi liberius Religionis actibus insisterere possint, quorum cupiant esse participes, qui temporalia ministrant; videtur, quod hæc intentionem defraudent, & ex consequenti, quod à retributione collari beneficii, nempe, Eleemosynarum deficiant, ac proinde ingratitude culpam incurrant.

In hoc dubio Divus Thomas ibidem censet, Monachos à Religiosis actibus deficientes, illicitè uti Eleemosynis, propterea quod ea intentione à Fidelibus dantur: ubi Cajet. interpretatur, Divum Thomam loquutum fuisse de peccato ingratitude: & sic ipse ibi latè docet, quemlibet Religiosum, qui Religionis actibus, qui sunt sub præcepto, non studet, peccare mortaliter ingratitude peccato: si verò deficiat tantum ab actibus, qui non sunt sub præcepto, peccare venialiter peccato ingratitude: & hæc Cajetani Doctrinam communiter receptam video. Pro qua facit Divi Gregorii dictum lib. 2. Epistol. Cap. 42. ubi inquit: Considerate, quantum peccatum est, ut ex aliena oblatione DEUS vobis alimoniam transferret, & vos mandata DEI discere negligatis.

Nobis verò in hoc non placet sententia Cajetani, in quantum asserit, transgredientes præcepta, quæ sunt in Religione, peccare mortaliter peccato ingratitude: venialiter verò, si alia mandata prætereant. Nam vel Cajetanus loquitur de eo, qui transgreditur unum aut plura præcepta, & in hoc casu non video ex qua parte incurrat peccatum ingratitude, si alia adimpleat, quibus sufficienter benefactoribus retribuit: vel quia semel, per breve tamè tempus, omnia transgreditur, & in hoc non est notabilis ingratitude. Quia cum alijs temporibus exercitijs Religionis studeat, sufficienter acceptam Eleemosynam compensat: vel denique ex consuetudine omnia sui muneris ministeria omittit, & tunc non contra gratitudinem, sed contra justitiam (ut supra diximus) mortaliter peccabit. Quod ea ratione confirmatur: quia vel sæculares Eleemosynas conferunt, ut Religiosi liberius suo muneri ac professioni incambant, & tunc, si ab hujus adimplerione deficient, non contra gratitudinem, sed contra justitiam peccant: vel Eleemosynas præbent, ut temporalia metentes, spiritualia percipiant, & tunc, etiam si ex consuetudine aliquis Religiosus in particulari sua munera negligat, adhuc non peccabit mortaliter, peccato ingratitude, quia licet ipse à retributione deficiat, totum tamen corpus Communitatis nunquam à retributione deficit. Quæ, cum communitatis sit quæ propriè beneficium accipit: ipsa quoque retribuet, & tenetur. Et sic in omnibus Religiosis sunt sacrificia, orationes, & alia pro benefactoribus oblationes. Quare contra gratitudinem Religiosi otiositati vacantes mortaliter non peccant: quamvis fortè à veniali non excusentur. Peccant tamen (ut dictum est) contra justitiam, si aliquo labore vel corporali vel spirituali (eo modo, quo supra explicatum est) possimum verò fratres laici, laborare non student. D. Augustinus c. 25. de operibus Monachorum, eos obligat ad operandum: de quo videndus est Waldensis in

Bbb

Doctri



Doctrinali, ut supra Cap. 30. & Bellarmin. dicto Cap. 41. versic. itaque, qui, saltem hos fratres à labore manuum excutare non audent: & Sylvest. verb. (Hera) §. 3. ait, eos esse in statu periculo-

so, quando circa exercitia corporalia sunt negligenter. Ex dictis ergo constat, qui sunt, qui laborare, & quibus laboribus in Religionem teneantur.

CAPUT XV.

De silentio Fratrum.

TEXTVS.

Commendat autem Apostolus silentium, cum in eo praecepit operandum: & quem admodum Propheta testatur, Cultus iustitia silentium est: & rursus, In silentio & spe erit fortitudo vestra. Ideoque statuimus, ut dicto Completorio silentium teneatis, usque ad Primam dictam sequentis diei. Alio vero tempore licet silentij non habeatur observantia tanta, diligentius tamen à multiloquio caveatur. Quoniam (sicut scriptum est, & non minus experientia docet) In multiloquio peccatum non deerit: &, Qui in se consideratus est ad loquendum, sentiet mala. item: Qui multis utitur verbis, laedit animam suam: & Dominus ait in Evangelio: de omni verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, reddet rationem de eo in die iudicij. Facias ergo unusquisque scateram verbis suis, & cor franos rectos ori suo, ne forte labatur & cadat in lingua sua, & insanabilis sit casus eius ad mortem, custodiens cum Propheta vias suas, ut non delinquat in lingua sua: & silentium, in quo cultus iustitia est, diligenter & caute studeat observare.

GLOSSA III.

Secundum praeceptum, quod inter exhortationes repetitur, de silentio tractat. Hoc autem in Regula non exhortationem, sed praeceptum esse, expressè patet ex illis verbis, Ideoque statuimus, &c. quae non consilium, sed mandatum sonant. Secundò, quia hic articulus præcedit 444. & pòtè fuit mitigatus ab Innocentio IV. Tertio, quia ita consuetudine, & communi Ordinis consensu ab eo ibi receptum est, ut nullus unquam de hoc dubitaret.

In hoc Cap. circa silentium duo statuuntur: primum est, ut dicto Completorio, usque ad Primam dictam sequentis diei, silentium observetur: secundum verò, quod licet extra praedicta tempora ita arctè silentium non observetur; diligenter tamen multiloquium caveatur. Cum hoc Cap. Regula consonat & Benedictus Cap. 42. Regula: Omni tempore (ait) silentium debent studere monachi, maxime verò nocturnis horis. Et infra: Et exeuntes à Completorio, nulla sit licentia denuo cuiquam loqui aliquid, excepto, si necessitas hospitum supervenerit, vel Abbas alicui aliquid iusserit.

Circa primam partem sciendum est, olim in Regula Alberti majorem fuisse silentij observantiam: ita enim in illo cautum erat: Statuimus, ut ab hora vespertina, usque in horam tertiam sequentis diei silentium teneatis, nisi forte necessitas, vel causa rationalis, aut licentia Prioris silentij interrumpat. Hæc Albertus. Innocentius igitur IV. hoc statutum temperavit, ut solum à dicto Completorio, usque ad Primam dictam sequentis diei silentium observetur. Ex alia verò parte illa permissio, quæ in Regula Alberti continebatur, nempe, Nisi forte necessitas, vel causa rationalis, aut licentia Prioris silentium interrumpat, ab eo sublata est: & absolute, sine ullo alio temperamento, silentium à dicto Completorio, usque ad Primam dictam sequentis diei, servari decrevit.

Secundò notandum est, Regulam à dicto Completorio, & non ab hora Completorii, silentium statueri: ex quo clarè fit, quamvis hora debita Completorii transacta sit, si tamen à Communitate Completorium non fuerit recitatum, silentium non obligare. Et idem etiam censendum est, si ante horam consuetam dicatur; ex tunc (scilicet) obligare.

Tertio quaeritur, an occurrere solemnitate aliqua, vel alia rationabili causa possit Completorium (ne silentium frangatur) usque ad decimam, vel undecimam noctis horam differri: vel (quod ab aliquibus observari videmus,) licitè fiat, ut hora competentis duo vel tres Communitatis fratres hoc officium in choro persolvant, & postea omnes idem officium in choro dicant: ut illi intentioni Ecclesie satisficiant, & hora debita officium persolvatur; hi verò Completorium, (quod ipsi de silentio vocant) adimpleant: & dicto hoc, silentium teneatur?

Respondeo, quod, existente aliquando causa rationabili, non erit peccatum, Completorium aliquantulum differri: imò etiam si causa rationabilis non adsit, si ratio fiat, non erit peccatum mortale, ex his, quæ supra de Horis Canonicis diximus. Et credo convenientius fieri, ut, rationabili causa existente Completorium differatur, quam dispensare, ut, dicto Completorio, Communitas confabulari possit. Illud verò, quod ab aliquibus de duplici Completorio fingitur, sine fundamento videtur. Quod, cum Regula absolute post dictum Completorium obliget, sic urgeri potest. Vel hoc officium, quod à duobus vel tribus recitatur, est verè officium Completorii, & tunc eo dicto, Regula obligat; nam absolute in ea habetur, ut dicto Completorio silentium teneatur: vel non est verè officium Completorii, & sic frustra recitabitur, ad satisfaciendum horis debitis, ab Ecclesia ad officia divina deputatis.

Tum

Tum etiam, quia possent Prælati similiter duplicem Primam fingere, & unam hora debita persolvere, & alteram hora undecima vel duodecima, & compellere Religiosos ad servandum silentium, usque ad prædictam horam.

Quartò considerandum occurrit, nomine silentij non tantum intelligi cessationem à loquutione, sed etiam à quolibet alio strepitu, qui alios possit inquietare: nam silentium, utriusque privationem includit, ut patet ex illo Sapientia 18. Dum medium silentium teneant omnia. Et præterea, quia cum finis Regulæ sit, ut omnes tunc & orationi, & quieti vacent, & hæc æquæ & loquutionibus, & strepitu impediuntur, patet, utriusque silentium hic præcipi.

Quintò observandum est, hoc Regulæ statutum æquè Prælatos ac subditos obligare. Et quamvis in Constitutionibus nostris permiffum sit Superioribus, ut in eorum cellis silentij tempore aliqua loqui liceat: hoc tamen, sicut ibi exprimitur, de verbis planè necessariis intelligendum est, & quæ commodè in aliud tempus reservari non possint: alias non minus, quam alij subditi, Regulæ transgressores fient. Nam & Constitutio amplio rem potestatem, quam pro necessariis colloquiis, ipsis concedere non potuit. Quare tantum Regulam declaravit pro necessariis. Unde hoc est discrimen inter Prælatos, & subditos, quod si sine licentia, etiam necessaria illo tempore loqui non possint: illi verò generalem loquendi de necessariis licentiam à Constitutionibus acceperunt.

Sexiò oportet notare, Innocentium delevisse ex Alberto Regulam illam, Nisi forte necessitas, vel causa rationabilis, aut licentia Prioris silentium interrumpat. Quo factò satis significavit, se velle excludere omnes excusationes ad silentij fractionem, ut majori cum cautione & sollicitudine observetur. Quare in hoc, ab Alberto traditam constitutionem de silentio restrinxit, & coarctavit.

Septimò circa illa verba, Alio vero tempore licet silentij non habeatur observantia: tanta diligentia tamen à multiloquio caveatur. Notandum est, alius temporibus, Regulam voluisse, suo modo silentium observari: quamvis non ita strictè, sicut fit dicto Completorio: diligentissime tamen, ut non solum verbis otiosis, sed etiam à multiloquio caveatur, injungit. Hoc igitur interest, ex mente Regulæ, inter silentij tempus à Completorio usque ad Primam constitutum, & inter alia diei tempora, quod, dicto Completorio, non solum à multiloquio & aliis colloquiis, sed etiam ab omni loquutione, nisi inevitabili necessitate urgente, cessandum est: aliis verò temporibus, licet necessariis loquutionibus à Regulam uti permiffum sit: expressè tamen multiloquia prohibentur.

Legend. Cap. 33. & 34. part. 2. disc. monast. Tom. 1. Oper. Joan. à JESU MARIA Emma-nuelis à

Ultimò, ut hanc silentij materiam absolvamus, aliqua ex Patribus de utilitate, & fructibus silentij, & de damnis linguæ in multiloquio, in otiosis verbis, vel facetiis, profertamus; illud tamen primo ad majorem silentij commendationem referentes, quod Suidas, & Zenodorus, & cum eis Erasmus in proverbij verbo (Pythagoræ silentium) commemorant, apud Gentiles Pythagoram pro mysterijs suæ Religionis, discipulis suis Quinquenne silentium indicere solitum.

Ad Patres verò accedamus, qui passim & Thom. à Jesu Oper. Tom. 1.

silentij fructus commendant, & linguæ multiloquium, otiosa verba, ac facetias damnant. In primis D. Augustin. ad Fratres in eremo, in sermone de silentio sic ait: Silentium (Fratres charissimi) inter cetera vobis in eremo summè necessarium est. Omne enim, quod non edificat, in periculum vertitur dicentium, & audientium. Lingua nostra sensum nostrum sequatur & rationem, non voluntatem. Non enim debemus tantum oculos clausos servare, sed & linguas intra dentes reservare illas: sermo enim vanus vanæ conscientia index est. Qualis enim es, tales sermones loqueris: talis & mens comprobatur. Et qualis fueris in factis, talis comprobaberis in verbis. Stultus enim valde est, qui non prius verbum dedit ad linguam rationis, quam ad linguam oris educat. Qualis est homo in mente, talem verbositas depingit in ore. Verbositas hominem conducit in jocularium, humana natura dignitatem deponit, honores sibi rapit, inimicos infinitos acquirit. Inflamat denique linguæ mobilitas, in adolescentia ad jocosam, in virili ætate ad fraudulentam: sed in senili ad detractoriam.

Restringenda est igitur hæc parva favilla, ne in magnam veteratur flammam: sarculus, ne crescat in lyvam: gutta, ne timefcat in fontem. Majus est denique (fratres) linguam refrænare, quam capere civitatem: quia illud insultat exterius, sed istud interius. Hæc sumuntur arma contra teipsum, sed ibi de alieno. Summa tamen veterandam est, & depressa dejectio, non posse linguam refrænare, & vile non posse ligare membrum. Ecce, lingua egredi quærit, morum perquirat.

Tu verò (ô Monache) per temperantiam ipsam refrena, appone ei pessulum rationis, circumdanda eam maturitate discretionis. O lingua, tu periculum immitis, & lucem producis: discordiam sæpe spargis: & perditionis venenum & detractionis pars: & ad infernum, qui tibi credunt, conducis.

O Monache, cognosce linguam nequam, fuge eam, despice eam, si potes, confunde eam. Sed volo instruere tuam linguam bene loqui. Vis bene loqui? Da ei moderatum modum. Pretiosa enim lingua non novit nisi verba divina sæpe conferte. O quam sanctum est os, unde semper caelestia erumpunt eloquia!

O Monache, considera te redditurum rationem de omni verbo otioso, & tanto magis quanto minus mundo es obligatus. Non enim in foro, sed in cella habitare debes: non familiam, sed familiarum animas oratione pascere debes. Solitudo est igitur tibi necesse, multum loqui, nec inter homines conversari, nec mercantiam pertractare, unde vivas. Nam mercantiam in Monacho, usuram occultam existimamus.

Ama igitur (ô Monache) solitudinem, fuge linguæ multitudinem, ne comprehendaris in verbo, ne confundaris in facto. Et si interrogatus fueris, melius est, ad singula respondere breviter, quam diutius immorando, verba curiosa & proluxa extendere. Verbositas enim quid aliud est, quam semen, quod fructum non facit? O verbosè, erubescè, & considera tuam grandem miseriam. Quid enim aliud es, quam sai infatuatum, quod ad nullum valet condimentum? verè infructiferus es, & infructiferos facis, qui te libenter audiunt.

JESU MARIA Discursus in hoc Regula Capitem Coemeter.

Francisci à S. Elia in hunc textum, qui uberrimè describunt multiplices silentij fructus, & gravia damna lapsuum linguæ.

Qualis quisque est, tales sunt ejus sermones.

Verbositas innumera & enormia mala

Solitudo est igitur tibi necesse, multum loqui, nec inter homines conversari, nec mercantiam pertractare, unde vivas. Nam mercantiam in Monacho, usuram occultam existimamus.

Religioso ad interrogationes breviter respondendum.

JESU Spirit. II

O verbose mendax, qui veritatem raro dicere voluisti! O loquax, cognosce te ipsum: nam loqui nunquam erubescis, nec consideras, quid, sed quantum dicere possis. Non mensuras verborum sententias, sed tantum ut fatieris. O verbose, erubescite, quia omnino cognoscetis, quid agis. Nam tua conditio est, occulta manifestare, nota in Conventibus predicare. Sed si nescis, somnias inaudita, fingis te scire quod nescis, ut libenter audiaris à cunctis.

O artifex mendaciorum, ò faber fabularum, lege quod dicitur: Quia vir linguosus non dirigitur super terram, nec dirigitur in terra promissionis. O Monache & tu diligenter attendas. Nam qui non refrænât linguam suam, hujus vana est Religio. Qui non custodit linguam suam, Monachus non est: qui autem moderatur linguam suam, prudentissimus est, verusque monachus est.

Eja ergo (Fratres mei) amate silentium: potius custodiam ori vestro: estote solitarii, ut sitis Angelis sociati: estote rustici, ut sitis cives sanctorum, & domestici DEI: estote muti, ut sitis loquaces: loquimini DEO, ut sitis vetaces: contemplete in eremo, ut contemplemini à Sanctis in celo: elevate capita, ut elevemini corde: extendite brachia, ut extendamini toto corpore volantes ad cælum, ad quod perducat nos Christus DEUS noster Amen. Hæc Augustinus.

D. Bernardus in *serm. de triplici custodia* manus, linguæ, & cordis. Quis sanè numeret (inquit) quantas modicum linguæ membrum contrahat sordes: quam multiplex in labiis incircumcisus immunditia coaguletur: quam sit gravis pernicies oris incircumspecti? Est enim lingua dissoluta in sermonibus otiosis: est lingua impudica, est & magniloqua: quarum prima lasciviat, loquens arrogantiam famulatur. Est etiam lingua dolosa, & item lingua maledica: quarum altera in falsiloquiam, & adulatoriam subdividitur: altera verò nunc in facie contumelias irrogat, nunc detrahit in occulto. Quod si de omni vel otioso verbo, quodcumque loquuti fuerint homines, DEO sunt reddituri rationem in die iudicii; quamò districtius de verbo mendaci, mordaci, & injurioso, de elato, vel lascivo, de adulatorio, aut detractorio, judicabuntur. Quam vera sententia (fratres,) in multiloquio nõ effugiendum peccatum. (Uti enim præteream cetera) si propterea est otiosum verbum, quod nullam rationabilem causam habet; quam rationem de eo reddere poterimus, quod est præter rationem?

In multiloquio non evitatur peccatum.

Temporis pretiositas.

Ad quid id à Deo nobis concessum.

sam voluntatem, flere commissam iniquitatem? Sic nimirum, sic Agricola; cum diu desiderata affuerit opportunitas seminandi: Sic venores, cum expectatum tempus putationis advenit, invenisse occupationes, & quasi irreprehensibiliter sine opere diem transegisse lætantur? Sic instantibus nundinis, instiores necesse moras, occasiones querere solent, ne quem forte sibi ex eis quæstum provenire contingat? Sic denique pauperes mendicantes, cum multis clamoribus evocatus tandem affuerit elemosinarum distributor, diverticula captant, & concurrentibus sociis vacuos ambiunt occupare recessus, & fovere latebras in angulis platearum?

Utinam tamen, vel solum tempus vitæ amitteretur in his verbis! sed multi in his etiam vitam amittere comprobantur: nec modo ipsi amittere, sed adimere quoque, & hoc fratribus suis. An non amittunt vitam detractores, DEO odibiles, odibiles vitæ?

E. paucis interjectis ait: Vilis res est mulca moriens, sed exterminat oleum suavitatis. Tenuerum membrum lingua; aut tamen vix teneri potest: substantia quidem infirmum atque exiguum, sed uti magnum, & validum invenitur. Modicum membrum est, sed nisi caveas, magnum malum. Tenuis est & lata, apusissimum vacuandis cordibus instrumentum: sicut multorum mihi inter vos conscientias arbitror attestari, nisi forte omnes tam perfecti simus, ut nunquam nobis, post longas confabulationes, inventa sit mens quodam modo vacua, meditatio minus devota, sicca magis affectio, & holocaustum orationis non usque adeo pingue, propter verba, sive quæ diximus, sive etiam quæ audivimus, verba tamen. Facile enim lingua labitur, nec minus facile illabitur cordi, ita, ut multis inter loquendum minus profertur, quod propriam cohibuerint, dum non caventur alienam.

Utis est frater, qui tibi loquitur: sapiens est Religiosus ac timens DEUM: plus dico: Dominus Angelus est, & Angelus lucis: etiam sic cave tibi, ne audias unde lædatis. Nec personam sedulum velim tibi suspectam esse, sed linguam: præsertim in sermone communi. Bona quidem columbæ simplicitas, sed in hac parte serpentes quoque astutiam non omittas. Huc utique Bernardus.

Gregorius *Lib. 7. Moral. Cap. 17. super illud Job 6. Ad increpandum tantum aloguia concinnatis, & in ventum verba profertis* (inquit). In ventum verba proferre, est, otiosa dicere. Nam sæpe, dum ab otiosis verbis nequaquam lingua compescitur, ad temeritatem quoque stultæ increpationis efficiantur. Nam, dum otiosa verba cavere negligimus, ad noxia pervenimus.

Et infra. Quod autem multiloquio quisque serviens, rectitudinem justitiæ tenere non possit, testatur Propheta; qui ait: *Vir linguosus non dirigitur in terra.* Hinc Salomon iterum dicit: *In multiloquio peccatum non dicitur.* Hinc Iudas ait: *Cultus iustitiæ silentium, videlicet, indicans, quia mentis iustitiæ desolatur, quando ab immoderata loquutione non parctur.* Hinc Jacobus dicit: *Si quis putat se Religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum; hujus vana est Religio.* Hinc

Blas. H  
am  
ite  
ma  
Mart. 12  
ve  
qu  
no  
m  
n  
P  
tu  
la  
c  
f  
i  
i  
P  
17. 2. 5.  
Lingu  
modi  
est  
mem  
brum  
tenu  
m  
mag  
malum.  
Eul. 20.  
Eul. 1.  
P. 140.  
Sermo  
nes ori  
los leg  
tur ab  
fuiti.  
noct  
imper  
adver  
yenda

*Videtur.* Hinc rursus ait: *Sit autem omnis homo velox ad audiendam, tardus autem ad loquendum.* Hinc iterum adjungit: *Lingua inquietum malum, plena veneno mortifero.* Hinc per semetipsum nos *Matt. 12.* veritas admonet dicens: *Omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii.* Otiosum quippe verbum est, quod aut ratione justæ necessitatis, aut intentione piæ utilitatis caret. Si ergo ratio de otioso sermone exigitur, pensandum valde est, quæ pena illud multiloquium sequatur, in quo etiam per superbia verba peccatur.

Sciendum quoque est, quod ab omni rectitudinis statu depereant, qui per noxia verba dilabuntur. Humana etenim mens, aquæ more, circumclusa, ad superiora colligitur: quia illud repetit, unde descendit. Et relaxata deperit: quia se per infirma inutiliter spargit. Quot enim supervacuis verbis à silentii sui censura dispensatur, quasi rotæ rivis extra se ducitur. Unde & redire interius ad sui cognitionem non sufficit: quia per multiloquium exterius sparsa, vim intimæ considerationis amittit. Totam igitur sese insidians hostis vulneribus detegit: quia se nulla munitione custodiæ circumcludit. Unde scriptum est: *Sicut urbs patens, & absque murorum ambitu: ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.* Quia enim murum silentii non habet, patet inimici jaculis civitas mentis: & cum se per verba extra semetipsum ejicit, apertam se adversario ostendit: quam tanto ille sine labore superat, quanto & hæc eadem, quæ vincitur, contra semetipsum per multiloquium pugnât.

Et paucis interjectis prosequitur: *Lingua sub magni moderaminis liberatione frænanda est, non insolubiliter liganda: ne aut laxata in vitium defluat, aut restricta, etiam ab utilitate torpescat.* Hinc per Sapientem dicitur: *Sapientis tacetis usque ad tempus:* ut nimirum, cum opportunum considerat, postposita censura silentii, loquendo quæ congruunt, in usum se utilitatis impendat. Hinc Salomon ait: *Tempus tacendi, & tempus loquendi.*

Discretè quidem vicissitudinum pensanda sunt tempora: ne aut cum restringi lingua debet, per verba se inutiliter solvat: aut cum loqui utiliter potest, semetipsum pigrè restringat. Quod bene Psalmista considerans, brevi postulatione complexus est, dicens: *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantia labiis meis.* Ostium namque aperitur, & clauditur. Qui ergo ori suo nequaquam ponit obstaculum, sed ostium petit, aperit: docuit, quod & per disciplinam retineri lingua debeat, & ex necessitate laxari, quatenus os discretum, & congruo tempore vox aperiat, & rursus congruo taciturnitas claudat.

Divus Joannes Chrysostomus de otiosis confabulationibus, *Homilia 17.* in Epistolam ad Ephesios *Capitulo 5.* in expositione morali, sic ait: *Nullus sit nobis sermo otiosus.* Ex otioso quidem sermone incidimus & in absurdos. Præsens tempus non effundendi gaudii, sed luctus est, tribulatiohum & lamentationum. Tu ve d' leviter urbanis facetiis joculariis? Quis athletarum stadium ingressus, relicta solitudine cum adversario certandi, facetiis utitur? Instat diabolus: circuis ruginens, ut rapiat: omnia movet ac tentat:

*Thom. à Jesu Oper. Tom. I.*

omnia adversus caput tuum invertit, extraque nidum ejecere te molitur: dentibus stridet ac fremit: ignem spirat adversus salutem tuam: & tu sedes, facietas effundens, & quæ stolta sunt, & ad rem non conveniunt, effutens? Poteris itaque ipsam bene superare? Ludimus dilecti? vis discere sanctorum conversationem?

Audi Paulum dicentem: *Per triennium* (inquit) *noctis ac die non destiti cum lachrymis admonere unumquemque vestrum.* Si verò pro Miletsiis & Ephesiis tanta usus est diligentia, non facietas loquens, sed cum lachrymis admonitionem inferens: quid de aliis dici poterit? Audi verò quid & Corinthiis dicat: *Ex multis tribulatione* (inquit) *& angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas.* Et iterum: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis offenditur, & ego non uror? Quin audi, quid & alibi dicat: Nam & nos* (inquit) *qui sumus in hoc tabernaculo, gemimus.* Et per singulos dies (ut ita dicam) ex hoc mundo migrare cupiente Apostolo, urider, & ludis?

Belli tempus est, & tu quæ tripudiantium Belligentis, quomodo sunt tristes, contractæ, supercilios terribiles, & horrore plenæ? Vide aciem descriptur. oculorum austeram, cor excitatum, saliens & palpitans, animum collectum, trementem, ac trepidantem (ut malam disciplinam rerumque concinnitatem taceam. Itaque apud illos non licet turpe verbum dicere, imò nec loqui quidem temere. Multum silentii illis, qui in exercitu sunt, sibi invicem mandantibus. Si ergo illi, quibus cum sensibilibus & carnalibus hostibus bellum est, quique nihil ex sermonibus noceri poterunt, tanto orantur silentio: tu cui in sermonibus bellum est, imò potior pars belli, eam tibi partem incautam relinques & nudam? An ignoras, quod hinc potissimum plaribus insidiis obruimur? Ludis, delicatis, facietas dicis, acrisum moves, nihil ista curans? Quot sunt ex facietis perjurta, quot incommoda, quot stultiloquia? Sed tales (inquis) non sunt facietas. Verum audi, quod omnem facietarum urbanitatem rejecerit Apostolus.

Belli tempus est, pugnae, vigiliarum, custodiæ, armaturæ & aciei. Nullum hic locum habet ridendi tempus; illud enim mundi est. Audi Christum dicentem, *Mundus* (inquit) *gaudebit, vos autem contristabimini.* Malorum tuorum gratia crucifixus est Christus, & tu rides? Alapis percussus est, tantaque commodi tui gratia ad avertendam tempestatem, quæ te occupabat, passus est, & tu delicatis? Et quomodo, quælo, ipsum non magis ad iracundiam provocas? Hæc ille.

Divus Bonaventura *lib. 3. Pharatra Cap. 30.* de multiloquio Gregorium referens in moralibus, *Certum est* (inquit) *quod verbosus vir justificari nequeat.* Item: *Mentis justitia desolatur, quando ab immoderata loquutione non paritur.* Idem Gregorius in Pastoral. *Quia murum silentij non habet, patet inimici jaculis civitas mentis: & cum se per multa verba extra semetipsum ejicit, apertam se totam adversario ostendit; quam ille tanto sine labore superat, quanto & hæc eadem quæ vincitur, contra semetipsum per multiloquium pugnât.* In Proverb. dicitur: *Sicut urbs patens, & absque murorum ambitu: ita vir, qui non potest*

Bbb 3

LESU  
Spir.  
II

quitarum?  
de desiderat  
Sic venio  
ad adventu  
treprehens  
antur? Sic  
ere moras,  
tore sibi ex  
ic deique  
lamoibus  
um distri  
rentibus  
us, & fo.  
vite amit  
etiam vi  
modo ipsi  
c fratribus  
res, DEO  
est misera  
tis. Teve  
eneri po  
tque eni  
venitur.  
eas, ma  
num va  
r multo  
arresta  
ut nun  
ner, in  
rediano  
noloco  
mau  
propre  
audivi  
labior,  
multis in  
proprium  
fapient  
dico: Dos  
sic cave  
sonem labi  
præ: ob  
na qui  
dum  
arefer  
c utque  
aper il  
ia con  
quor),  
dicere,  
quam  
oquo  
dum  
aper  
quif  
ne non  
ogno  
erum  
Pr. 17  
verit.  
vide  
atque  
17. 21  
re. 7. 16  
fid  
igio.  
linc

in loquendo cobibere spiritum suum. Idem super Ezech. Valde difficile est, ut qui multa loquitur, non etiam mentiatur. Ilidorus in Synonymis: *Loqui multum stultitia est, & vox insipientis in multiplicatione sermonis.* Idem: *Multiloquium non declinat peccatum: fluxus enim exundans, citò colligit lutum.* Hucusque Bonaventura.

Ac denique Petrus Damianus silentium *serm. 2. de vitio lingua* his verbis commendat: Curate ergo (fratres mei) cum invicem convenitis, ut

Monasti-  
ci inces-  
sus deco-  
rum.

Linguae  
fratrum  
adhiben-  
dum.

Verba  
otiosa  
mentem  
laedunt,  
ut cibi  
quidam  
stoma-  
chum.

Vana se-  
curitas  
ex silentio  
cavenda.

Linguae  
vitiis  
gravissi-  
mis cri-  
minibus  
aequale.  
Iacob. 1.6.

Iacob. 3.

honestè, graviter, & morosè, incedere studeatis: quatenus debet morificationis insignia præferentes, & inter vosmetipsos quietè ac pacificè fraternam valeatis charitate congruere, & extrinsecus adveniantibus sanctæ conversationis exempla præbere: præcipue tamen, loquacitatis vitio seve è ac vigilanter obstitere, prurienti linguae fratrum sobrii moderaminis adhibere: ne (quod abli) brevis horæ spatio perdis (otiosa loquendo) quod per plures dies acquisistis orando: & nunc ex lingua leviter effluat, quod mentem postea (penitendo) graviter premat. Sæpe namque inter reliquos cibos unus fortasse à comedente trajicitur, qui per plures dies postmodum occupans stomachum, minimè digeratur. Sic nimirum inter multa verba, quæ indiscretè profertimus, impossibile est, ut non quandoque aliquid prodeat, quo deprimi mentis nostræ stomachum sentiamus, ac per hoc nequeat faciliè digeri, quia non potest oblivioni traditum, à cogitatione deleri.

Nonnulli enim Fratrum, postquam se aliquando siluisse meminerint, quadam (quasi ex ipso silentio) securitate præsumpta, mox ad præferenda vana qualibet, & levia desunt: & non ad necessitatis indicia, sed ad voluntatis potius petulantiam indiscreta ora resolvunt. Quibus profectò valde timendum est, ne magis DEUM de vitio vanitatis verbositate offendant, quam sibi prius de silentii sui censura placaverant. DEUM siquidem, quem silentio, & orationibus insistenti, in se suscipere fortassis antè meruerant, nunc vacando fabulis & sermonibus otiosis tantò periculosius, quanto vicinius persequi non formidant.

Et infra ait: *Quid autem vaniloquio potest esse deterius, quod non modo per semetipsum, infelicem animum lehaliter gravat; sed & ipsam honestæ vitæ religionem, quæ hominem DEO jungit, evacuat?* Iacob testante, qui ait: *Si quis putat se Religiosum esse, non refranans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est Religio.* Quibus nimirum verbis lucè clarus constat, quia in nihilum omnis nostra Religio redigeretur, nisi sollicitè immoderata linguae lascivia compescatur. Qui rursus ait: *Qui in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Si viri perfectio in custodia verbi ponitur, profectò patet, quia per effrenatæ loquacitatis incuriam, omnis etiam perfectæ vitæ compositio dissipatur. Et si rem velimus diligenter inspicere, deterius peccat plerumque lingua, quam vita. Nam etsi vigilanter animam nostram custodire proponimus; tamen, quia propagati de carne cum peccato sumus, impediens sæpius ipsa carnis infirmitas, peccamus: sed quicquid in humana conversatione delinquitur, fructuose penitentia remedio & crebris orationibus expiatur.

Confideremus ergo (Fratres charissimi) quam grave sit delinquere in lingua, quæ com-

puncti & amari cordis interpret, pro nostris delictis efficaciter consuevit orare: & eam vanillimæ loquacitatis virio ream atque obnoxiam divino conspectui reddere, quæ nimirum in lux munditiæ puritate persistens, nostris reatibus poterat veniam obinere. Unde non immerito per virum Sapientem dicitur: *Flagelli plaga livorem facit: plaga autem lingua comminuit ossa.* Ecce, lingua ossa non habet, & ossa comminuit quia, cum ipsa per veniosa verba leviter effluit, foria atque robusta virtutis nostræ facta corumpit. Nam cum mors & vita sit in manu lingue, valde cavendum est vitium, quod & manu ad feriendum vii dicitur, unde inaniter loquentis anima trucidetur. Unde non immerito idem, qui supra, Sapiens dicit: *Muli ceciderunt in ore gladii: sed non sic quasi, qui interierunt per linguam suam.*

Duo autem unicuique necessaria sunt, quæ ab huius nequitia peste custodire desiderat, ut (videlicet) & propriam os à supervacuis sermonibus comprimat, & aures etiam ab ineptis alienæ loquacitatis confabulationibus claudat. Quoniam hoc vitium non solum eos, à quibus oritur, lehaliter inficit: sed eos etiam, in quos effunditur, perniciose tabe corrumpit. Unde scriptum est: *Sepi aures tuas sibi, & noli audire, re linguam nequam, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis: Aurum tuum, & argentum conste, & verbum tuum facito stateram, & franos ori tuo recitas, & attende, ne forte labarum in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insipientium tibi. & sit casus tuus insanabilis in mortem.* Salomon autem dicit: *Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentit malum.* Nec enim credendum est, (Fratres mei) Sanctos Doctores (novi scilicet ac veteris testamenti) tot sententias sine causa adversus linguæ vitium protulisse. Nisi enim huic morbo immane periculum inesse cognoscerent, nequaquam adversus hunc tam aule è, tam multipliciter, tam uniformiter disputarent.

Ut enim cetera testimonia sacre Scripturæ præteream, quem Apostoli verba illa non tereant, quæ de hac pernicle terribiliter inorat, dicens: *Ecce (inquit) quantum ignis quam magnam sylvam incendit! Et lingua ignis, est universiis vitiis quitatis: lingua constituitur in membris nostris, qua maculat totum corpus, & inflamat rotam nativitatibus nostra, inflammata à gehenna.* Non autem immerito lingua ignis dicitur: quia sicut de insipiente Salomon dicit: *Apertio oris illius inflammatio.* Si ergo ignis est, quæ omnem virtutum nostrarum sylvam incendit: si universitas est iniquitatis: si totum corpus sua scditate contaminat: si rotam nostræ nativitatibus inflamat, id est, si omne meritum instabilis vitæ nostræ, suæ damnationis incendio devorat: nisi linguam suam quis discreta moderatione custodiat, quis de sobrietate, quis de castitate præsumere, quis de jejuniis, sive de vigiliis, atque alia se poterit bona operatione jactare?

Ponamus ergo (Fratres charissimi) fratrum ori nostro: non ex eo verba scurrilia prodeant: non fluxæ letitiæ fomenta prorumpant. Non lingua nostra fratris infirmi vitam detractione mordeat: non bene currentis opera sub vitæ huius incerto, præcipitanter extollat: non præterita facta vel dicta inaniter recitet: non quid à secularibus agatur, inter fratres pestilenter enaret.

Coloss. 4. enaret. Servemus & nos quod Paulus Colofensibus præcipit, dicens: Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis, quomodo oporteat vos unicuique respondere. Sic ergo lingua nostra modesta, sobria, discreta, pudica: sit oris nostri saliva virgo die crescente, & nisi utilitatis occasio præbeatur, usque in crastinum sive perendie incorrupta servetur.

Portatis vobiscum, portatis (fratres mei) clavem cellulæ: portate clavem lingue: opponitis pessulum ostio, adhibete retacula salubriter ori vestro. Auceps non emittit Accipitrem, nisi anferem videat: & Monachus dimittet linguam suam, si loquendi necessitas non assistat? Deditur venator catulum solvere, nisi lepus appareat: viliozem habeat Monachus linguam suam, quam ad nullius salutem vel commodum inutiliter solvat? Sudat lapis in manu oppugnantium mœnia: & incallum volet verbum de ore stantis in sanctæ militiæ disciplina? Arcus flexis cornibus frustra non intenditur, & rationale os ad effundendum superflua passim refertur? Parcitur pharetræ, ut ex ea sagitta leviter non exeat: non parcitur linguæ, ut mordax in quemlibet verbum, velut ictum vulneris non infligat.

Quid ad hoc fratres dicimus? qua nos argumentatione defendere, qua nos possumus artificiosa excusatione purgare? Nunquid non facilius est atque tranquillius tacere, quam loqui? Nunquid non laboriosius est, linguam per tot loquacitatis verba discurrere, quam in suo quietam silentio permanere? Unde non immeritò de quibusdam per Jeremiam dicitur: Docuerunt linguam suam loqui mendacium: ut iniquè agerent, laboraverunt. Laborasse dicuntur, ut iniquè agerent, qui tacendo utique, sine peccato melius quievisent. Esti fortè quemlibet fratrem in lingua se fatigare jugiter delectat, Paulum audiat, quid dicat Corinthis: Quid ergo fratres? cum convenitis, unusquisque vestrum Psalmum habet, doctrinam habet, Apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad adificationem fiant.

Jerem. 4. Docuerunt linguam suam loqui mendacium: ut iniquè agerent, laboraverunt.

1. Cor. 14. Quid ergo fratres? cum convenitis, unusquisque vestrum Psalmum habet, doctrinam habet, Apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad adificationem fiant.

Si quem ergo tædet linguam suam rigida silentii censura compescere, orando, psallendo, legendo, sive etiam adificationis verba profereundo, studeat eam salubriter exercere: ne cui nunc ardet lingua in loquendi concupiscentia, damnationis suæ postmodum comburatur in pœna.

Neque enim negligentè audiendum est, quod dives ille petebat refrigerari linguam suam, quia cruciabatur in flamma: quia enim juxta Apostolicam sententiam, humana lingua à Gehenna, hoc est, à gehennalibus incolis nunc dicitur inflammari: non immeritò postmodum flammis ultetricibus tradita, cum eisdem simul meretur aduci. Unde non incongruè de perversa

Escli. 28. lingua per Sapientem dicitur: In flamma (inquit) sua non comburet justos: qui derelinquunt DEUM, incident in illam, & exardebit in illis, & non extinguetur: & immittetur in illos quasi Leo. & quasi pardus, ladet eos. Illud etiam quædam formidini, quanto nobis debet esse terrori, quod Veritas ait:

Matth. 12. Omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicij.

Audiat vaniloqua lingua, audiat lingua otiosa, audiat lingua scabiola; lingua (inquam) scabiola, quæ velut scabiem quandam atque pruritu-

tum patitur, nisi semper quodammodo acuto super vacuæ loquutionis ungue scalpatur. Audiat, & pavefcatur: intelligat, & tam terribilem sententiam perhorrescat. Audiat torrorem iudicij de ore ipsius iudicaturi. An non habeat aures, ut possit audire, quæ & manum habet ut possit occidere? Mors enim & vita in manu lingue. Audiat ergo quod ex ore veritatis dicitur, & subtili meditatione discutiatur, quod minatur: Omne verbum (inquit) otiosum, quod loquuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicij.

Ponamus itaque, ut otiosum verbum (si contra sacræ Scripturæ sententias fas est dicere) leve sit & exiguum omnino peccatum. Sed quid milio brevius? Quid pennâ levius invenitur? Veruntamen, si pennarum vel miliarum innumerabilis multitudo congeritur, necesse est, ut portantis cervix, velut sub gravi lapide immoderantius pressa frangatur. Ex humentibus quoque faxis, tenuis quidem & rara gutta distillat: sed si vas subesse spatio longiore permittitur, ita plenum, ac si profluens unda decurreret, invenitur. Parvæ quidem, sed innumera cimphe, superbi Pharaonis & totius Egypti superavère virtutem. Breve tempus est, hora; sed dum hora horæ continua successione conjungitur, totius vitæ nostræ cursus impletur.

Nemo itaque semetipsum decipiat (fratres mei); sed peccatum, quia leve arbitratum esse, dum pensat, grave videatur in ejus aestimatione, cum numerat. Quid enim durius saxo? Quid aquâ liquidius? Et tamen à quodam sapiente dicitur: Gutta cavat lapidem, consumitur annulus usu. Nimirum & omnis animæ nostræ fortitudo ac soliditas destruitur, si assiduè inundantium, & quodammodo pluvialium verborum fluxibus atteratur, quamvis & leviter se peccasse quis asserat, cum Apostolus dicat: Qui legem præserit, DEUM inbonorat. Porò otiosis verbis assuetus, duplaci procul dubio culpæ videtur obnoxius: qui & divinas laudes, ad quas humana conditio assidue provocatur, abjicit, & superflua loquacitati, à qua prohibetur, inflitit. Sicut de quibusdam Jeremias dicit: Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Quæ nimirum Prophetæ verba etiam de otiosa loquentibus possunt non inconvenienter intelligi: qui derelicto fonte aquæ vivæ (hoc est, postposito verbo vitæ) ora sua cisternas faciunt, ex quibus non novi, sed veteris hominis verba profertur: quemadmodum non recentem de fonte, sed sentinosam potius aquam de cisterna proferunt, & quia labia sua moderata discretionè reprimere nesciunt, cisternæ dissipatæ aquas nequeunt continere.

Ovid. Gutta cavat lapidem, consumitur annulus usu.

Ad Rō. 2. Qui legem præserit, DEUM inbonorat.

Jer. 12. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.

Notandum sanè quia sicut avis advolans exponit se ramo cujuslibet arboris: sic malignus spiritus plerumque veniens insidet linguæ inconsideratè loquenti: & inordinatum quid in decursa sermonis per surreptionem suade: effluere, unde postmodum veniens (quasi congesta dimicandi materia) cor hominis valeat impugnare. Iuxta conscientiam suam, fratres charissimi, unusquisque vestrum redeat in se, culpam quam dicimus recognoscat. Sæpe namque aliquid loquimur negligentè, unde postmodum ad silentij nostri custodiam redeuntes, tantam ingruentium cogitationum molestiam patimur, ut vix tolerare possimus. Et pœnitent quidem

IESU

Spirit. II

Ovid.

Ad Rō. 2.

Jer. 12.

Demon linguæ verbo, ut avis ramo insidet.

omnino, tam incaute noxia protulisse, sed remedium non occurrit: quia quod semel emissum volat, non possumus revocare. Unde Flaccus ait: *Et semel emissum volat irrevocabile verbum.*

Oramus, psallimus: sed velle de corde nostro infixum spinæ illius aculeum non valemus. Tunc veteranus hostis, cum mentem nostram in tanto verlati turbine conspicit, victor & insultans gaudet, se quasi fructus de suo labore colligere, quos in male veraci terra linguæ nostræ meminit feminasse. In quo videlicet facto quid aliud quam Turdelam imitatur, quæ ex eo, quod digerit, moritur? Ex ejus quippe stercore planta nascitur, de cuius humore viscus conficitur, quo postmodum & ipsa capitur: atque ex eo, quod prius fuerat cibus ejus, agitur, ut & ipsa postmodum sit cibus alienus.

Ita ergo cum immunda quæque ac vana proferimus, quid aliud, quam laqueos, nobismet ipsis loquendo compingimus: quibus ab altis aucupibus (hoc est à malignis spiritibus) capiuntur? Sæpè autem sermo noster non loquenti, sed audienti pugnam generat, ita, ut cor ejus in odium illius, qui contraria verba protulerat, vehementer accendat: etsi facultas adsit non tam verba verbis reddere, quam malæ retributionis actibus parat respondere. Hæc autem in ipsa verborum confabulatione parvi pendenda nobis videntur, & levia: sed eam ad orationum secreta recurrimus, reducta protinus ad memoriam, dura proflus & intolerabilia iudicamus.

Quapropter (dilectissimi fratres mei) studemus nosmetipsos intra silentii claustra reprimere, & linguas nostras à vanis & inutilibus loquiis cohibere. Anima namque nostra superni Regis est sponsa, quia accepto pignore sancti Spiritus, signaculo fidei est dotata. Maneat ergo

Anima  
nostra  
Dei sponsa  
est.

in penetrabilibus suis virgo, non indecenter in publicum prodeat: non per oris limen egressa, insuper vacua verba cum sæcularibus inaniter fundat, ne; cum eam sponsum à modesta pudicitia suæ gravitate deviare conspexerit, quandoque objurgans dicat: *Signoras te, ô pulchra inter mulieres, egressa & abi post vestigia gregum.* In cubiculo ergo suo, virginali more relideat, oris ostium clauum teneat, & nunquam, nisi quæ ad expectandum sponsi cælestis adventum pertinent, loquutura procedat. Sub umbra silentii reprimat se, ne decolor videatur, ab omni æstu negotii sæcularis abscondat se, ut non immerito possit cantare alaci voce, *sub umbra illius quem desiderabam, sedis, & fructus ejus dulcis gusturi meo.* *Introduxit me in cellam vinariam: ordinavit in me charitatem.*

Solent autem sponsæ nobilium, diversas pigmentorum species mandendo per ora revolvare, ut advenientibus pro eis flagrantius valeant, ac suavius redolere. Anima etiam nostra, cepas, allia, & quicquid terrenæ prudentiæ acutissime ferret, proflus abhorreat: cassiam vero assidue orationis, stactem sacræ lectionis, & Psalmodiarum cinnamomum, & cuncta odoramenti spiritalis aromata jugiter fragrare contendat. Christus sit omne quod loquitur, omne quod delectatur, omne quod sapit, omne quod vivat. Christum spiret, Christum flagitet, Christum æquet, Christum ore pronuntiet, Christum assidua cordis meditatione petraet. Hactenus Petrus Damianus & ceteri Patres, qui tantopere silentium commendant: ut interim omittam (ne prolixior videat) Magnum Gregorium, qui in *Tractatu* in quadragesimi jejunii silentium, optime graviterque, ut solet, linguæ damna silentiique utilitates descripsit.

## CAPUT XVI.

### Exhortatio Prioris ad Humilitatem.

#### TEXTVS.

**T**V autem frater Brocarde, & quicumque post te institutus fuerit Prior, illud semper habeatis in mente, & observetis in opere, quod Dominus ait in Evangelio: *Quicumque voluerit inter vos maior fieri, erit minister vester: & quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus.*

#### GLOSSA IV.

**I**N hac & sequenti exhortatione Priorem moner ad humilitatem, & Fratres, ut Priorem suum venerentur, honorent, eique obediant. Et sic duo hoc loco à Regula exiguntur. Primum, Prælati erga subditos modestia, & humilitas. Secundum, subditorum erga Prælatum fidelitas, reverentia & obedientia: Circa primum D. Bapart. 2. sil. in *Regulis suis explicat. inter. 30.* Præfectumque sic indicat: *Præfectum: (ait) ne elatum sanast. Joâ. ciat dignitas, ut ne ipse à beatitudine humilitatis excedat, aut etiam elatus, in iudicium incidat Diaboli: MARIA verum illud credat, quod plurimum cura, plurimum est & nost. ministerium. Quemadmodum igitur qui multis salutatis ministras, & singulorum vulnecum sanis de-*

Vid. Cap.  
35. & 36.  
part. 2.  
Disc. mo.  
a JESU  
MARIA  
& nost.  
Emma-

regit, & auxilia juxta subjecti mali proprietates adhibet, hoc ministerio non elationis occasione sumis, Prælati, sed potius humilitatis, studij, ac sollicitudinis: sic Comm. in multis amplius cui medela infirmitatum fraternitas, hoc Reg. tis concedita est, velut omnium minister, & pro Cap. qu omnibus rationem daturum, meditari ac sollicitus esse debet. Hoc pacto rectè assequitur scopum, velut Do- argumē- minus dixit Marc. 9. Cap. Si quis vult inter vos esse to capto primus, sit omnium ultimus, & omnium minister. sissime differant. Hæc Basilium.

D. Augustinus in *Reg. Cap. 43.* sic de Prælati scribit: ipse verò, qui vobis præsit, non se existimet, potestate dominans, sed charitate serviens, felicem. *Honore coram vobis prælati sit vobis: timore coram DEO substratus sit pedibus vestris.* Circa omnes se ipsum honorum operum præbeat exemplum: corri-

piat inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes. Disciplinam libens habeat, metuendus imponat: & quamvis utrumque sit necessarium, tamen à vobis plus amari appetat, quam timeri, semper cogitans, DEO pro vobis red-ditum esse rationem. Unde vos magis obediendo, non solum vestri, sed etiam ipsius miseremini, qui inter vos quanto in loco est superiori, tanto in periculo majori versatur.

Divus Franciscus in sua Regula Cap. 10. de Prælatorum humilitate ita docet: Fratres, qui sunt ministri & servi aliorum, fratres visitent &c. Et infra: Ministri tantam familiaritatem habeant erga Fratres, ut dicere possint eu & facere, sicut Do-

mini servis. Quia (ut ibi Expositores, & præcipue Divus Bonaventura adnotarunt) Prælati dicuntur ministri in spiritualibus, & servi in temporalibus. Et Hugo Dinensis in eadem Regula: In nomine Ministri (ait) humilis, in nomine servi utilitas ostenditur. Nam ministri debent esse servi, non Domini fratrum; ministerium quidem, non dominium habentes: quia utilitate, & ministerio servare, & ministrare debent. Et ideo Ministri & servi vocantur. Luc. 22. Qui major est vestrum, erit minister vester: nam Prælati tam humilitate, quam vite imitatione, Christo debent esse conformes, qui Matth. 20. ait, Filium hominum non venit ministrari, sed ministrare.

CAPUT XVII.

Exhortatio ad Fratres.

TEXTVS.

August. in Reg. 23. Vos quoque (ceteri Fratres) Priorem vestrum honorate humiliter, Christum potius cogitantes, quam ipsum: qui posuit ipsum super capita vestra: & Ecclesiarum Præpositus ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Ut non veniat in iudicium de contemptu, sed de obedientia mereamini vitam æternam mercedem.

Et optime in 3. part. Regula Societatis Jesu Cap. 1. n. 23. & Reg. Monachorum Cap. 1. & Monachorum c. 6. & præcipue 8.

GLOSSA V.

Quomodo & hic jam subditos provocat ad honorem debentem Prælati exhibendum. Honoratur autem dupliciter Prælati à subditis. Primo, si eum ex corde & affectu diligant. Secundo, si ei reverentiam & obedientiam præstent. Que duæ tunc convenienter fiunt, quando in Prælato potius Christi personam, quam hominis consideraverint: & sic eum de honore, tum etiam de obedientia mercedem habebunt.

Vid. Ant. mot. nost. Similem exhortationem in Regula Augustini invenies, dum Cap. 23. inquit: Præposito tan-

quam Patri obediatur, multo magis Presbytero, qui Antonii omnium vestrum curam gerit. Benedictus Cap. in hoc c. 72. DEUM imitant, Abbatem suum sincera & humili charitate diligant, Christo omnino nihil præponant. Hæc Benedictus.

In hac igitur ultima Regulæ parte Albertus hanc considerationem circa Prælatos, ut in i. his Christum intuemur, tanquam potissimam atque præstantissimam, in hunc locum rejecit, ut firmius nostris mentibus semper inhaeret.

JESU MARIA, & Francisci à S. Elia insignes in hunc Reg. textum Discurs. & Commentar.



JESU  
Spiritu  
II  
III

decenter in  
nen egressa,  
us inaniter  
deficit publi-  
i, quando-  
i pulchra ro-  
gregum. In  
ideat, otis  
nisi que  
ntum per-  
bra silentii  
omni actu  
lumine  
idius quæ  
esturi uoc.  
ayit in me  
veritas pi-  
i revolve-  
s valent,  
a, cepat,  
ccitudine  
o affidua  
lmodia-  
enti spi-  
ntendat,  
ne quo  
d vivat.  
hriftum  
um affi-  
adeno  
ntopere  
mittam  
m, qui  
entum,  
ma fi-  
sem-  
elio:  
vo-  
ad. modu  
mit, Fran-  
sic Comu  
ita. hoc di-  
pro Cap. q  
esse de hoc  
de- argum-  
esse to cogit  
er. sissime  
differant  
tis  
rt,  
n.  
m  
-  
i-  
ig



## CAPUT XVIII.

## EPILOGVS REGVLÆ,

ET

## Exhortatio ad opera supererogationis.

## TEXTVS.

**H**Æc breviter scripsimus vobis, conversationis vestrae formulam statuentes, secundum quam vivere debeatis. Si quis autem supererogaverit, ipse Dominus cum re-tionis sine diserit reddet ei: utatur tamen discretionem, quæ virtutum est moderatrix.

*conferat*  
Prelati non esse faciendâ, D. Basilii in Brevioribus interrogation. 138. Benedictus Cap. 39. sua Regula. Carthusien. 2. part. Cap. 10. num. 25. & 28. & constitutio Societatis.

## GLOSSA Vltima.

**Legend.** **B**revem, compendiosam tamen & utilem  
**Annotat.** vivendi normam nostra Regula continet:  
nost. An. quia sæpe multis præceptis animus obrutus,  
ton. in oneri succumbit. Ita verò hæc brevis proficien-  
hoc Cap. di formula nobis à Regula est præscripta, ut ipsa  
nu. 461. moneat, ultra præfixam metam progrediendum:  
& 462. & unicuique facultatem supererogandi, prævia  
& ab eo discretionem, concedat. Circa hanc tamen su-  
ibid. lau- pererogationem, quam Regula hæc Religiosis  
dar. B. perimit, tria à nobis tractanda sunt. Primum  
Joan. So. est, Omnibus maximè carandum esse, aliqua  
reth. Hier. supererogationis opera facere. Secundum, qua-  
ronym. ratione hæc cum discretionem & obedientia fa-  
Gratian. cienda sit. Tertium, quæ sint ea, quæ ultra præ-  
& P. Le- cepta Regulae, nostra Religio suis Constitutio-  
zana, nibus adjectit, ac supererogaverit.  
aliquæ è nostris.

## DVBIVMI.

An omnes Christiani teneantur ha-  
bere intentionem proficiendi in  
via virtutis, & Christianæ  
perfectionis?

**H**ic dubitationi responderet Cajetanus 2. 2.  
q. 186. art. 2. supponendo, in hoc profectu  
tria posse considerari. Primum est, executio eor-  
um, quæ utilia videntur ad proficiendam. Se-  
cundum, Intentio exequendi ea, quæ ad hunc  
profectum conducunt. Tertium, contemptus  
proficiendi.

Primo, constat, si de executione loquamur  
tam interioris, quam exterioris actus, in hoc vel  
in illo opere eam omittere, nullum esse pecca-  
tum: ut si quis omitat exercitium actuum hu-  
militatis, & alicujus operis Misericordiae, quan-  
do non corripit præceptum. Et ratio hujus est:  
quia nulla lex obligat ad tale bonum exercen-  
dum, ut supponitur: & sic nullum erit pecca-  
tum. Quare sufficit, quod quilibet Religiosus  
caveat offensam DEI in his; quæ sibi præcepta  
sunt: licet alia, quæ sunt supererogationis ope-  
ra non faciat: ut in simili proposito, de quoli-  
bet Christiano respectu mandatorum DEI, do-

ce: Gerson 3. part. Tractatu de perfectione cor-  
dis, Alphabeticò 68. lit. F. G. & H. Non peccat  
(inquit) si Christianus consilia non adimpleat, si ca-  
veat offensam DEI, & gratias agat DEO: quod no-  
luerit hominem amplius obligare, quam ad præcepta:  
& non languet circa adimplerem præceptorum,  
sed diligenter, & strenuè & integrè ea exercet. Hæc  
ille. Et addit Gerson, quod aliquando Christia-  
nus aliquas faciat supererogationes: quia, (ut  
ipse ibidem notat, & Angelus in moralibus Cap.  
8) licet nullus teneatur ad consilia, tamen vix  
contingere potest, ut homo præcepta debite  
adimpleat, quin aliquando aliquid consilii su-  
pereroget: saltem quoad intentionem volun-  
tatis.

Quæ proportionaliter Religiosis applicanda  
sunt. Impossibile enim (moraliter loquendo)  
videretur, quod si quis tantum ea, ad quæ tenetur,  
velit implere, ea debite exequatur, quin aliquan-  
do deficiat & cadat: ut in proposito optimè do-  
cuit Divus Augustinus in sermone de verbis Apo-  
stoli. Semper (inquit) tibi assplicat quod es, si vis  
venire ad id quod non es: nam ubi tibi placuisti, ibi  
remansisti: si autem dixisti, sufficit, peristi. Idem  
semper adde, semper ambula, semper profice: noli in  
via desistere, noli retroire, noli deviare: remansit  
enim, qui non proficit.

Divus Bernardus Epistola 91. ad Abbatem Su-  
essans congregatos; Recedant à vobis, qui dicunt:  
volumus esse meliores, quam Patres nostri: repudiorum  
& dissolutorum se filios protestantes: quorum me-  
moriam in maledictione est. Et infra: Aus ascendas  
(inquit) necesse est, aut descendas: si assensu stare,  
ruas necesse est. Minime profectus est bonus, qui melior  
esse non vult: & ubi incipit nolle esse melior, ibi etiam  
desinit esse bonus. Et Epistola 253. ad Abbatem Gua-  
rinum: Vera virtus finem nescit, tempore non clau-  
ditur: nunquam justus arbitratur, se comprehendi-  
se: nunquam dicit; saturus est. Et infra: Quod si  
studere perfectioni, esse perfectum est, profectus nobis  
proficere, desicere est: Ubi ergo sunt qui dicere so-  
lent: sufficit nobis: nolumus esse meliores, quam Pa-  
tres nostri? O Monachi, non vis proficere? Non.  
Vis ergo desicere? Nequaquam. Quid ergo? Sic mi-  
hi (inquit) vivere volo, & remanere in quo perveni:  
nec pejor fieri patior, nec melior cupio. Hoc ergo vis,  
quod esse non potest.

Idem Bernardus infra: Hinc planè colligitur,  
quia

nolle proficere, non nisi deficere est: inter profectum enim, & defectum in hoc statu mortalis vite nihil medium invenitur. Necesse enim est, spiritum aut proficere semper, aut deficere. Idem ferè reperit Epistola 341. quæ est ad Monachos Sancti Bertini.

Frequens etiam est apud Bernardum & alios Patres hoc adagium, *In via DEI non proficere, deficere est: vel, Non progredi, regredi est.* Nam qui sic est cum DEO limitatus & parvus, ut ultra id, quod tenetur, nihil aliquando addat, etiam si id facile sit, vix rectè ea servabit, ad quæ tenetur, Nam tandem (DEO id permitte) occasione oblata ruet. Nam qui huiusmodi vivunt, non merentur à DEO abundantiora, seu specialiora auxilia.

De hoc latius videndus est Richardus de Sancto Victore, in *Cantis. lib. 3. Cap. 9. & 11. & Cant. 4. Cap. 25.* ubi multis rationibus, & similitudinibus probat, quod tenemur in melius proficere, ut perfectionem assequamur, & ut à peccato itinere non deficiamus. Prædicta autem intelligenda sunt, quando quis non facit actum positivum non proficiendi, (de quo statim dicemus) sed tantum dicit absolute: *sufficiat mihi præcepta adimplere.*

Quoad Secundum verò, in quantum respicit intentionem proficiendi, nempe, quando quis habet animum & intentionem non proficiendi amplius, nec faciendi id, quod melius aut perfectius est, sed tantum proponit servare mandata, alia verò omnino, & positivè non vult servare, nec ultra mandata proficere: hunc quidem sine dubio peccare dicendum est: ut docet Cajetan. *dicta q. 186. art. 2.* quia firmat animum contra spirituale profectum, & quantum est de se, directè ponit obicem Spiritui sancto & gratiæ DEI: quod est peccatum. Verum non est tam grave peccatum, sicut si hanc intentionem juramento vel voto confirmaret: quia tunc propter majorem animi firmationem contra gratiam, & propter majorem irreverentiam, quando fit ex voto vel juramento, est peccatum mortale: quod non contingit, quando solum fit sine juramento vel voto: quia solum tunc est peccatum veniale, cum non transgrediat aliquod præceptum, ad salutem necessarium. Et cum hac intentione salvari potest dilectio DEI super omnia: quamvis (ut supra diximus) hic status valde periculosus sit. Quod confirmari potest ex testimoniis Sanctorum PP. usper adductis.

Ex his ergo inferitur, quod si exequutio vel intentio ultra progrediendi omittatur in hoc vel illo opere, non erit peccatum, & aliquando nec veniale. Si verò quis habeat intentionem servandi ea, ad quæ sub præcepto tenetur, & omittere alia bona supererogationis sive consilii, quæ conducunt ad spirituale profectum: tunc ipse peccat venialiter, quia, quantum est de te, ponit obicem Spiritui sancto. Hæc Cajetani Doctrina, quæ his duabus propositionibus, clauditur, communiter à Thomistis recepta est in *dicto art. 2. ubi supra.* Eam etiam tenet Corduba in *Regulam B. Francisci Cap. 1. q. 3.* ubi de Religiosis loquens, docet, eos peccare, si intendunt nunquam proficere, seu non fructu alia bona, neque alio modo meliora, quam sua Regulâ, vel Constitutionibus taxantur. *Et peccabunt (inqui) eò gravius, quo magis eos docet attendere perfectioni, quam alios Christianos.*

Quoad Tertium verò attinet, dicendum est, quod quando quis omittit alia opera supererogationis ex contemptu, tunc mortaliter peccabit: quia contemnens consilia divina, ipsum DEUM contemnit. Interventit autem huiusmodi contemptus, ut docet Cajetanus *ubi supra*, quando homo refugit subijci consiliis divinis, ut consiliis; & profectui charitatis, ut profectui charitatis: ut perfectiori viæ. Si quis autem spirituale profectum, & divina consilia reveretur; sed, quia non obligatur ad illa, & non sunt necessaria ad salutem, non vult illa amplecti, & nihil curat de illis, quantum ad suum profectum; talis verè non contemnit: & sic non peccat mortaliter, sed tantum venialiter, quia omittit (ut diximus) intentionem, & executionem sui profectus.

Ex his infero, quod opera supererogationis licet absolute nullo modo sint sub præcepto: tamen contemptus eorum est sub præcepto. Deinde non habere contrariam intentionem ad illa, est sub præcepto: licet tantum obliget ad veniale. Quare Regula nostra merito ad opera supererogationis nos inducit, cum ait: *Si quis autem supererogaverit &c.*

Secundò infero, esse maximè laudabile, alia opera ultra id, quod præcipitur, conari adimplere. Nam cum omnes Religiosi teneantur ad perfectionem tendere, laudabile est, non solum media sibi ad hunc finem determinata, sed etiam alia plura exequi, ut facilius finem consequantur. Neque hæc singularitas vitium reputari debet: quia tunc aliquis singularitatis vitio non arietur, cum media necessaria, & quæ sub præcepto sunt omittit; & alia supererogationis exequeretur: vel cum ista propter vanam gloriam, ut ipsum singulariter sanctum alii iudicent, faceret. Maximè verò laudabile est (ut admonet Cassianus *lib. 11. Cap. ultimo*) omni studio quidquid in conversatione Fratrum minimè communis usus receperit, utpote quod inani subijcitur gloriæ, declinare: & ea, quæ nos possunt inret ceteros notabiles reddere, quibusque nobis, quasi solis ea facientibus, laus apud homines sit comparanda, summo opere vitare. Quod in exteriori disciplina est intelligendum, quam communem cum aliis servare, laudabile est.

## D V B I V M II

An hoc, quod Regula monet de supererogationis operibus, intelligi debeat etiam sine Superioris licentia?

PRO affirmativa parte hujus dubitationis in De primis urget Regulæ textus expressus, qui cessante nos ad hæc excitat opera: nec requirit Superiorum interventum, ac facultatem. Igitur, illis utilitate prorsus nescientibus & ignorantibus, hæc laudabiliter fieri possunt.

Secundò, quia DEUS nos hortatur ad bene operandum, secundum illud Ecclesiast. 9. *Quodcumque potest manus tua, instanter operare:* sed ubi adest consilium DEI, frustra hominum expectatur beneplacitum: Ergo non est necesse, voluntatem Prælatorum præcedere ad huiusmodi opera.

Et

A IESU

Spirit.

II

III

IV

V

VI

VII

VIII

IX

X

XI

XII

capit.  
not. Pia.  
ciscus fa-  
pius lau-  
datus.

Et confirmatur ex auctoritatibus Divi Augustini, & Divi Bernardi præcedenti dubio allatis, ubi docent, semper proficiendum & supererogandum: & nullam mentionem faciunt de licentia Prælati. Et similiter videtur pognare pro hac sententia illud Pauli, *Nolite Spiritum DEI extinguere &c.*

Tertio, Quia Sanctorum vita nobis imitanda est: multos vero Sanctos in spiritualibus profecisse novimus, & multa bona opera patrassent sine Prælatorum consilio, ut constat de multis Eremitis, qui solitariam vitam degentes, Prælatos minime consulere poterunt.

Ultimo, quia id, quod est occasio alicujus vanæ gloriæ, oportet nos sedulo fugere: sed adire frequenter Prælaturam pro consilio vel licentia ad agendum aliquid supererogationis, occasio est inanis gloriæ & propriæ æstimationis: nam inimicus facile suggerit complacentiam de hoc, quod Prælatus nos æstimet viros perfectos, & majoris profectus studiosos: ergo licitè hoc sapè absque Prælatorum interventu fit.

Sic Prima propositio: *Si prælatus præcipere absolute, ut nullus aliquod supererogationis opus faceret, ei non esset obediendum.* Hoc ex eo constat, quia illicitum præcipit, nam præcipit contra consilium DEI, & contra spirituale profectum, ob quod in animis subditorum obicem Spiritui sancto ponit: & sic ei minime esset in hac re parandum. Verum est tamen, quod si Prælatus in aliquo particulari casu, & ob aliquam rationabilem causam, præcipere, ne quis ultra id quod in communi fit, aliud supererogaret, tunc subditi obedire tenerentur, quia licitè præcipit, & sic inobedienciæ culpam incurreret, qui contrarium ageret.

Dico Secundò: *si Prælatus præcipere, ut nihil extraordinarie fieret sine ejus licentia, tunc subditi tenentur obedire.* Ratio est, quia Prælatus, cum sit Dominus nostrarum actionum exteriorum, potest licitè prohibere, ne quid fiat sine ejus examine: quia ipse vult scire, in quibus, vel qualiter subditi exerceantur, quibus laboribus & penitentibus onerentur, ne forte errent, vel indistinctè succumbant, vel impotentibus fiant ad alia onera Communitatis, quæ ex præcepto tenentur adimplere. Et sic, cum in his justè præcipiat, ei obediencia debetur: præcipere cum in hoc ipse non intendat spirituale profectum impedire, sed tantum subditi providere & consilium, ut pro viribus onus suscipiant, vel ne ea aggrediantur, quæ potius eorum spiritui noxia, quam utilia esse possunt: quod faciliè subditi, si proprio judicio regantur, prævidere non possunt. Hæc conclusio magis ex sequenti constabit.

Sed dices: Prælatus tantum est superior Religiosorum in his, quæ Regulam concernunt: sed hoc est supra Regulam: ergo in his non valet sese intromittere. Respondeo, quod hæc etiam ad Regulam suo modo pertinent: nam Regula monet, ut fiant hæc opera: & ideo Prælatus ea potest moderari, & examinare, ut Superior. Secundò, (& hæc est ratio præcipua:) quia omnia, quæ ad Regulam adimplerem reducuntur, potest Prælatus licitè jubere: & præterea omnia impedimenta remove. Quare hæc opera, de quibus loquimur, possunt reduci ad Regulam observantiam, in quantum potest quis per hæc exteriora opera incapax fieri, vel minus habilis ad ea, quæ in Regula mandantur exequenda.

Et sic Prælatus potest illum ab his retrahere. Ob hanc enim rationem potest omnia subditorum vota irritare & annullare: & præcipere ea, quæ de bono non præcepto neque in lege DEI, neque in Regula fiant.

Quibus positis, solum est difficultas in eorum casu, nempe, quando Prælatus non prohibuit absolute hujusmodi opera fieri, nec præcipit, ut non fiant: sed merè negativè se habet. An tunc liberum sit & optimum, ea opera sine Prælati licentia facere: vel saltem a què bonum ac si cum licentia fierent, vel denique non malum?

Dico Tertio: *in hoc casu non esse peccatum, neque inobedienciam, in consilio Superiore similia opera facere.* Paret. Nam hoc opus ex suo objecto est bonum, nec ulla circumstantia vitiatum: quia si aliqua vitari posset, maxime inobediencia: sed supponimus, nullum esse Prælati mandatum: ergo hoc opus bonum, & meritum erit. Imò, etiam si contrarium Prælatus præcipere, in Religionibus, ubi Prælatorum mandata non obligant ad culpam, nullum esset peccatum: ut alibi in *Tractatu de voto obediencie* docuimus, quamvis magna esset imperfectio, & non modicum errandi periculum.

Dico Quarto: *Periculosum valde est, & non ita meritorium, ista opera facere sine Prælati obediencia.* Hoc dictum, in quo est tota hujus difficultatis vis, fasè probandum est.

Primo id expresse docet Divus Benedictus in sua *Regula Cap. 49.* ubi agens de *Quadragesimæ* tempore, sic ait: *Ergo hodiebus augeamus nobis aliquid ad solitum pensum servitium vestra, orationes peculiares, ciborum, & postea abstinentiam: & unusquisque supra mensuram sibi mensuram aliquid propria voluntate cum gaudio sancti spiritus offerat DEO: & subtrahat corpori suo de cibo, de potu, de somno, de loquacitate &c.* Hoc ipsum tamen (ait) qui unusquisque DEO offert, Abbati suo suggerat, & cum ejus fiat oratione, & voluntate. Quia quod sine permissione Patris spiritualis fit, præsumptionis deputabitur, & vana gloria, non mercedi. Ergo cum voluntate Abbatis omnia agenda sunt. Hæc Divus Benedictus: ubi nihil sine voluntate Abbatis, & ejus oratione, sive permissione, quæ hic pro expressa voluntate sumitur, ut ex præcedentibus & subsequentibus constat, faciendum esse decernit.

Divus Basilius sermone 5. exercitat. *Vera autem* (ait) & perfecta obediencia subditorum erga Prælatum in hoc declaratur, ut non solum ab absurdo ex consensu Prælati abstant: sed neque ea, quæ laudabilia sunt, extra illius consensum faciant. Et hujus reddat rationem serm. 2. exercitationis, his verbis: *Si itaque repererit per gratiam DEI bonorum operum Doctorem; serva apud te ipsum, ut nihil præter sententiam ipsius facias. Qui quid enim extra ipsum fit, furum est & sacrilegium, ad mortem ducens, & non ad utilitatem: etiam si tibi bonum esse videatur. Si enim bonum est, cuius gratia occulte & non in propatulo fit? Interroga cogitationem tuam, per dexteram depradari te volentem: per bonas nimirum disciplinas, sinistra tibi actiones subornantem. Ne velis aggredi incantationem serpentis, cum in expertus sis artu incantandi: ne forte attractu serpentibus, ab ipsis impleretur: deinde, Impotens ad resistendum ipsis existens: sine misericordia ab ipsis consumatur.* Hæc ubi supra Basilius. Et idem in *Regula brevioribus interrogations* 138. aliam rationem hujus conclusionis affert, dum inquit: *Si*

Opera  
loque-  
rogatio-  
nibus  
da esse  
contico  
accidit  
nente  
Prælati  
docent  
SS. PP.  
mona-  
menta.

verò

vero qui se ampliori onere, quam communi, opus habere putat, sive in jejuniis, sive in vigiliis, sive in quacunque alia re, revelet hanc rem his, quibus communi cura commissa est: ob quam (videlicet) causam, putat se ampliori onere indigere: & quod ab ipsis approbatum fuerit, observet: saepe enim alio potius modo, in quod sufficiens est necessitati, fieri oportebit. Ubi Magnus Basiliius etiam majore onere, ac districtiori vita indigentibus non permittit, pro suo arbitrio suis humeris majora, quam communia onera imponere: quia (ut ipse ait) forte alia via huic necessitati occurrendum erit, quae sufficiens sit: quod Praelati iudicio pensandum est.

Divus Joannes Climacus gradu 25. Qui dicitur careat, etiam si sapiens sit, saepe tamen errat in via. Sic qui suam voluntatem ac iudicium in hac via spirituali sequi decernit, licet omnem omnium sapientiam solus obtineret, facile tamen in exitum anima ruet.

Optime quoque Divus Bernardus, harum rerum peritissimus Magister, sermone 77. in Cantica, Quam multi (inquit) ex hoc arrepto tramite periculosissime aberrasse compositi sunt! nimirum ignorantes astutias Satanae, & cogitationes ipsius; factum est, ut qui spiritu cooperant, carne consumantur, abducti turpiter, lapsi damnaviter. Seductori dicitur maxime, qui dare dissimulat praecceptoris. Haec Bernardus.

Cassianus Collatione 16. Cap. 11. Ipse Satanas transfiguratus in angelum lucis, ut obscuram ac tenebram caliginem suam pro vero lumine signitia fraudulenter effundat. Qui nisi humilis & mansuetus corde suscepti, matrisim fratres, vel probatissimi senioris referentur exanimi, & eorum iudicio diligenter excusati, aut abiciantur, aut recipiantur a nobis: sine dubio venerunt in cogitationibus nostris pro Angelo lucis Angelum tenebrarum, gravissimo sermone interit. Quam perniciosum impossibile est evadere quaequeque, suo iudicio consistant. Hoc ipsum, quod Cassianus, omnes etiam disciplinae spiritualis Auctores uno ore tradiderunt.

Divus Gregorius hanc etiam veritatem confirmat. Is enim in lib. Regum Cap. 2. Melior est (inquit) obedientia, quam videtur; & auscultare magis, quam offerre arietem adipe: quia longe altioris est meriti, propriam voluntatem alteri semper voluntati summittere, quam magnis jejuniis corpus atterere, aut per compunctionem seu secretioris sacrificio mactare. Quid est adeps arietum, nisi pinguis & interna devotio? melior est tamen obedientia. Et ut testimonio Patrum finem imponam, accedat ultimum idem Gregorius, qui luculenter admodum hanc conclusionem corroborat. Is enim lib. 32. moralium Cap. 17. Illum (ait) sine dubio sublimioris discipulatus ordinem apprehendens, qui, relictis omnibus quae exterius possederat, etiam internas voluntates frangere parat: ut se alterius voluntatibus subdens, non solum pravis desideris, sed ad perfectionis cumulum etiam in bonis votis sibi remittet, & cuncta, quae agenda sunt, ex alieno arbitrio observet. Hunc hostis calidus tanto mollius alloquitur, quanto ab excellentiori deicere ardentius conatur: moxque virulenta suggestionem blandiens, dicit: O quanta per remissionem miranda agere poteris, si nequaquam te iudicio alterius subdis! Cui profectum tuum sub studio meliorationis imminuis? Haec blandiens insinuat: seorsum vero in voluntatibus eius propriis, exercit Thom. à Jesu Oper. Tom. 1.

tenda superbia causis parat. Haec Gregorius Ex cibus, & aliorum Patrum testimonio constat, quanto melius, quanto perfectius, quanto securius sit, omne suum arbitrium relinquere, quam id retinere, etiam bene utendo: & quanta periculosum & contrario sit, proprio uti iudicio & regimine, & sine Praepositorum ductu & consilio, opera etiam bona aggredi.

Sed restat, ut id etiam rationibus ostendamus. Et prima sit, Nam qui sine sui Rectoris sive Praelati consilio aliquid aggrediuntur, saepe in ipsis bonis operibus, quae agunt, in oratione, in jejuniis, in vigiliis &c. ad minus possunt aliquid propriae voluntatis, imò & multum immiscere. Quantum autem de propria voluntate inferitur, tantum de bonitate operis minuitur: Ergo multo melius erit, si haec obedientia fiant.

Dices, te habere pro duce, DEI voluntatem, illique velle per similia opera placere. Sed huic objectioni maxime adversatur, quia voluntas DEI saepe obscura est & incerta, & frequenter in ea percipienda plures errores, & variae perplexitates oriri solent.

Deinde, (quod etiam argumentum magnum est.) quod in ea consicienda & interpretanda proprium sensum adhibes, ac proinde etiam aliquid tui iudicii. Melius autem est, ita vitam instituere, ut nihil penitus de tuo immisceas. Nam haec est vera abnegatio, quam Dominus praecipit, ut nosmetipsos ita deseramus, ut nihil nostrum retineamus. Nec parvum superbiae signum est, velle reipsum in dignoscenda DEI voluntate regere. Nam (ut rectè ait Divus Joannes Climacus, gradu 25.) Humilis semper abominatur voluntatem suam, velut seductricem & errantem. Et quamvis omnes ejus cogitationes & facta Divinae Regulae congruentia sine: adhuc tamen non sequitur voluntatem suam, nec credit sensui suo. Nam (ut rectè Divus Augustinus 14. de Civitate Cap. 13. Ubi dixisti, Meus sensus sufficit mihi: ibi desisti, ubi tuo consilio placuisti.

Et confirmatur: quia hanc esse DEI morem certò nobis constat, ut cum ipse per se, vel per Angelos illuminare omnes posset, malit tamen homines ab hominibus doceri: quod propter mutuam charitatem aliquando fit: aliquando tamen, & saepius, ut dum alter alteri subjicitur, humilitatem exerceat. Hoc Cassianus Collatione 2. Cap. 24. Simeonis exemplo demonstrat, quem Dominus suam doctrinam erudire noluit, sed semel & iterum senem Heli voluit adire: & quem ad suum vocabat obsequium, ejus tamen, qui veluti ei superior erat, licet sanctitate inferior, institutione informari voluit. Actorum quoque 10. Cornelium ab Angelo alloquente, ad Petrum pro doctrinae institutione remissum fuisse legimus. Et (quod magis est) ipsum Apostolum Paulum, quem Dominus tanti fecit, ut ipse non per Angelos, sed seipso eum vocaret Act. 9. & quem uno verbo instruere poterat, ad Ananiam mittit: Surge (inquens) & ingredere civitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Quem locum Divus Bernardus in sermone de Conversione beati Pauli aptè Religioni applicat, quam Religiosi ingrediuntur, ut edoceri per hominem, discant quae sit voluntas DEI. Omnibus igitur tam perfectis, quam imperfectis, tam doctis quam indoctis divina providentia mediis aliis hominibus lumen impertiri solet.

Ccc Secun

Idem rationibus astruitur ac confirmatur.

Act. 10.

LESU  
Spiritu  
II

trahere. Ob  
subditum  
de ea, que  
DEI, vo  
as in co  
pibit ab  
ipit, non  
tunc libe  
relati licen  
si cum li  
?  
atum, ne  
similia ope  
quo  
tam quia  
cedentia:  
i mahda  
teriorum  
praepe  
mandata  
eccatone  
occurrit  
non mo  
non ita  
cedentia,  
dicitur  
medicus  
dirigenti  
mno no  
re, ora  
tentiam  
tam ali  
ritum of  
o, de po  
accin  
tam  
o sugge  
Piaz  
doret  
tra sum  
Ergo  
ac Di  
Abba  
que hic  
ceden  
ita esse  
a an  
erga  
abfor  
a que  
s. Et  
his  
bono  
, ut  
enim  
mor  
i bo  
aria  
uio  
per  
sub  
uio,  
ra  
tem  
pfi  
in  
io  
Si  
rd

Secundò eadem veritas efficaciter comprobat: quia qui per Prelati obedientiam ad similia opera prærequirit, si licentiam obineat, jam exercet actum obedientiæ, & abnegationis propter iudicium, & voluntatis in hac re, & insuper præstat opus à se concupitum, & illius meritum consequitur: si vero à Prelato licentiam non obinet, prædicta omnia etiam consequutus est. Nam in primis propriam voluntatem & iudicium in hac re deprefficit abnegavit, & præterea operis, quod nitebatur facere, merito minimè frustratur: cum voluntas apud DEUM pro facto reputetur. Ille vero, qui non consulto Prelato, & absque ejus licentia opus quantumvis bonum præstat, tantum facit illum actum, qui in ipso bono opere exercetur: mercedem tamen obedientiæ non consequitur; imò se exercens in propria voluntate & iudicio, in ipso opere multum de merito amittit, & fortè, imò certius propriæ quæstioni intendit. Quare ille loco mercedis ac retributionis, iudicium & penam subibit. Rectè igitur Bernardinus *Sermone 71. in Cant.* tractans illa verba Isai. 58. *Quare jejunavimus, & non aspexisti? humiliavimus animas nostras, & nescivisti? Ecce in die jejuniij vestri invenitur voluntas vestra &c.* Si in die (inquam) jejuniij mei invenitur voluntas mea, non tale jejunius eligit sponsus, nec sapit illi jejunius meum, quod non solum obedientia, sed propria voluntatis virum sapit. Ego autem non solum de jejuniis, sed de silentio, de vigiliis, de oratione, de lectione, de opere manuum, postremo de omni observatione monachi, ubi invenitur voluntas sua in ea, & non obedientia Magistris sui, id ipsum sentio mirè me prosum observantibus illis, nisi bonas in se, tamen inter ista, ubi ista virtutes censuerim deputandas. Graude malum propria voluntas, qua sit, ut bona tua tibi bona non sint: quia nihil omnino, quod propria inquinatum sit voluntate, gustabitur, qui pasceatur inter ista.

Nec vitandum est, quod Prelati nostrum desiderium & profectum impediã. Nam si hoc ad gloriam DEI tendit, & ipsi DEO gratum existit, DEUS Prelati cor facile inclinabit, ut facultatem ad tale desiderium exequendum tribuat, & sanctis in hac re intentionibus subditorum fauveat, ut ex sancta Scriptura facile accepimus, cum sanctos Daniel simul cum locis suis abstinenciam servare voluit: quia cum rogasset tunc Principem Eunuchorum, ut sibi ad hoc facultatem tribueret, ait sacer *Textus*, *Dedit autem DEUS Danieli gratiam & misericordiam in conspectu Principis Eunuchorum.*

Tertia ratio. Quia qui proprio nititur iudicio, sine superioris facultate opus quantumvis bonum aggrediens, maximis se periculis exponit. Nam, ut Benedictus ait ubi supra, vana gloriæ ei deputabitur, & non mercedi: & Basilus facultatum reputat. Quæ occasionaliter sunt intelligenda, & quasi immitte: nempe, quod his operibus absque obedientia peractis, initium vanæ gloriæ & infidelitatis circa Prelatum sumitur. Exponit se præterea variis erroribus. Nam, ut iidem Basilus, Bernardus, & Gregorius relati docent, hoc serpens antiquus invidit, ut per bona opera seducat subditos, ut seipso regere velint, & sic eos à Prelatorum ductu, & providentia separatos facile seducat, & in varios trahat errores. Unde D. Doctoribus *Doctrina 5.* Omnes virorum spiritualium lapsus & interitus ad proprium iudicium, quo seipso discernere

voluerunt, tanquam ad primariam radicem reddidit. Et demique Cassianus *Collatione 2. Cap. 11.* Nullo nemque (ait) visio tam præcipitem Diabolum Monachum pertrahit, ac perducit ad mortem, quam cum neglectis consiliis Seniorum, in suo sibi iudicio persuasit, ac definitione, doctrinam considerat.

Dico quorò: in nostra Regula nemini datur facultas supererogandi absque Prelati consilio & consensu. Hoc dictum in primis patet: quia vult à Regula intelligenda est secundum sanum sensum, & magis accommodatum ad spirituales profectum: hic enim est finis Regulæ. Neque quisquam sanæ mentis credere, aut suspicari poterit, Regulam divino spiritu dictante factam nobis indicare, aut præcipere viam, non quæ ad salutem, sed quæ ad interitum ducat. Epulino diuò esset hæc, si unicuique, inconstante Superiori, liceret maiora onera, vel alia à Regula sibi imponere. Constat enim ex dictis, quod non sit hoc detrimentum. Quare quando Regula moner, unum quemque in melius proficere, & maiora his superaddere, intelligenda est cum Superioris licentia. Quod mihi ex eo probatur, quod cum hæc sit communis sanctorum Patrum sententia; non est credendum, ab ea Regulam nostram voluisse discedere.

Secundò probatur: quia Regula in hac parte non præcipit, sed potius in vitat, & monet ad supererogandum; hæc autem admonitio siue consilium non excludit obedientiam, aut Prelatorum discretionem. Nam similiter omnes Sancti, quotquot in Ecclesia fuerunt, laudent hanc supererogationem & spirituales profectum, ut ex præcedenti dubio latius constat. At, stante hoc Sanctorum consilio, sancti vix semper docuerunt, adhuc requiri Prelatorum obedientiam, ut prædicta supererogatio rectè & debite fiat. Ergo nihil obstat Regulæ consilium, quin in his operibus debeamus semper Prelatum consulere. Et confirmatur: quia multa sunt bona opera supererogationis, in tantis misericordis, & alia, quæ si quis sine Prelati assensu præstare posset, facile Religioni observantia destrueretur.

Tertiò & urgentius patet: quia, etiam si hoc esset præceptum Regulæ, deberet intelligi cum debitis & necessariis circumstantiis: quæ una est, ut fiat cum debita discretionem, quæ in hac parte nihil aliud est, quam uti Superiorum consilio & adiutorio. Omnis enim discretio in hoc sita est, ut alieno regantur arbitrio. Docet id Cassianus *Collat. 2. Cap. 2.* ubi extenuata Divi Antonii, omnes disceptiones & errores ex defectu discretionis originari, & ob huius defectum plures esse deceptos, neque in arripita virtutis via perditasse, demonstrat his verbis: *Quamobrem quid principiter ducas ad DEUM, nisi illorum causa diligenter fuerit à nobis indagata. Illi enim cum exuberarent prædictarum opera virtutum, discretio sola desiciens, usque ad finem ea durare non sinit. Neque enim alia lapsus eorum causa deprehenditur, nisi quod minus à Senioribus ipsi qui virtutem adipisci. Et Cap. 5. dum de ruma Heonis tenet agie: Nonne (inquam) quia minus discretionis virtute possessa suis dispositionibus regi, quam insipientium tutu majorum maluit obedire? Sed & clarius & apertius Cap. 10. ejusdem Collocationis, Ab-*

Bar Moyses prædixit veritatem ostendit. Vera  
(inquit) discretio non nisi vera humilitate acquiri-  
tur: cujus humilitatis hac erit prima probatio, si  
universa non solum quæ agenda sunt, sed etiam quæ  
cogitantur, seniorum reservantur examini, ut nihil  
quis suo iudicio credens, illorum per omnia defini-  
tionibus acquiescat, & quicquid bonum vel malum  
debeat judicare, eorum traditione cognoscat. Quæ  
institutio non solum per veram discretionis viam do-  
cebit incedere: verum etiam cunctis fraudibus &  
insidiis inimici servabit illatum. Nullatenus omnem  
decipi poterit, quisquis non suo iudicio, sed Majorum  
vivit exemplo. Hæc Cassianus. Et idem apud Cap.  
11. 16. & aliis ejusdem Collationis, veram di-  
cretionem Monachi in hoc consistere sapius  
docet; ut neque agere quidquam, nec discernere  
absque Superiorum iudicio præsumat.

Vera  
mona-  
chi, in  
quo con-  
sistat, di-  
cretio.

Idem luculenter Bernardus serm. 3. de Circun-  
sione, docet: ubi loquens de Religiosis, sic ait:  
Ergo ne incurret qui currit, illuminari necesse est  
lumine discretionis, quæ mater virtutum est, & con-  
summatio perfectionis. Hæc nimirum docet, Ne quid  
nimis. At verò, quia omnino rara ista avis est in ter-  
ris, hujus discretionis locum in vobis (fratres) sup-  
pleat virtus obedientia: ut nihil plus, nihil minus,  
nihil aliter, quam imperatum sit, faciat. Rectè  
igitur & congruè ubi nostra Regula monet, ut  
in supererogationibus discretionem utamur, ex-  
poni debet, Discretio, id est, consilio & consen-  
su Prælatorum, sive Seniorum.

Dixi, Seniorum: quia fortè aliquando con-  
tinget, Prælatum ita esse timidum aut tepidum,  
ut nullam præbeat licentiam, nec similia opera  
ei multum placeant: & tunc eligendus est Con-  
fessor, aut Pater spiritualis, vir pius & prudens;  
& ejus consiliis & definitionibus in omnibus  
standum erit. Tutius tamen est, quando id  
commode fieri potest, Prælatum adire, & eum  
consultere. Nam Prælati cum DEUS subditi-  
orum regimen commiserit, ab illis præcipuè vult  
subditos gubernari.

Unde ad primum argumentum in oppositum  
ex nuper dictis constat.

Ad secundum, Quod DEUS non solum  
movet nos, ut recta operemur; sed ut rectè  
& debè ea operemur. Rectè autem operari,  
est, cum debitis circumstantiis opus perficere:  
quarum una ex possibilibus est discretio; quæ in  
eo consistit, ut subditi in omnibus Prælatorum  
consilio regantur. Ad confirmationem dicitur,  
Sanctos exhortari nos ad proficiendum quolibet  
momento: iste autem profectus verè &  
propriè acquiritur per obedientiam; alias enim  
vertitur in defectum: neque per hanc spiritus  
DEI extinguitur, sed potius accenditur.

Ad tertium respondetur, omnes viros per-  
fectos & sanctos tempore hanc viam proficiendi  
observasse, ut constat ex Cassiano dicta Collat.  
2. Eremitæ verò, qui hoc obedientiæ præsidio  
destituti fuerunt, vel in initio suæ conversationis  
aliorum doctrinæ instituti sunt, vel si hoc ca-  
ruere, semper animi præparationem habebant  
ad recipiendum aliorum consilium & instru-  
ctionem, si adesset: & ob id à DEO illuminari  
meruerunt.

Ad ultimum responderi potest, omnia in hac  
vita mortali plena esse laqueis & periculis. Quare  
illud eligendum est, quod minori periculo  
subest: minus autem periculum est vanæ glori-  
æ, quam proprii iudicii & voluntatis. Nam  
Thom. à Jesu Oper. Tom. 1.

per hoc ad innumera alia aditus patet. Quare  
eligendum est magis, cunctis cum obedientiâ  
agere, etiam si aliquo vanæ gloriæ periculo  
conamur, quam ex propria voluntate & judi-  
cio bonum quodcumque operari: quia hoc, ut  
ex dictis constat, periculosissimum est: Pericu-  
lum verò vanæ gloriæ paulatim obedientiæ me-  
rito extinguitur.

D V B I V M Ultimum.

Quæ sint opera supererogationis, quæ  
nunc in nostra Religione supra  
Regulam observari præ-  
cipiuntur?

Quum in Regula, ut præcipua media ad con-  
sequendam perfectionem, tam oratio &  
meditatio scripturarum continua, quam alia  
arctioris vitæ documenta præscribantur, quæ  
magnis fatibus ponderis videri poterant: Religio  
tamen nostra divino consilio ac favore excitata,  
& adhuc rigidioris ac districtioris vitæ zelo ducta,  
supra id, quod Regula præcipit, multa alia  
molesta & acerbæ corpori, maturè supererogavit.

Circa primum, nempe orationem mentalem,  
quæ in Regula diu ac noctu exerceri decernitur,  
cum nulla hinc præcepto additio fieri posset, ad  
commodiorem rationem ejus observantiam, duas  
integras ac determinatas orationis horas ab  
omnibus simul tenendas statuit: alteram primo  
manè, alteram verò vespere: in quibus omnes  
simul ad orationem in choro convenire debent:  
quia, ut optimè noster sapienissimus Thomas  
Waldens. de sacramentalibus titulo 1. Cap. 2. num.  
11. ait: Oratio continua & sine intermissione, penitus  
extinguitur, nisi orationi certis horis, aliis curis &  
negotio omnibus, studeamus. Quod ex Augustino in  
Epistola ad Probam confirmat. Et nos D. Basilium  
in simili proposito loquentem inducamus, qui  
in Regulis sol. in retrogatione 37. sic ait: Nec ve-  
rò quia omni tempore gratiarum actio & lege præ-  
cepta est, & nostra vita necessaria secundum natu-  
ram & orationem demonstrata est: negligere ob id  
oportet constituta orationibus in fraternitatibus  
tempora, quæ necessaria delegimus, unoquoque pro-  
priam quandam recollectionem honorum à DEO  
habente. Diluculum quidem, ut primi motus avaritiæ  
ac mentis oblationes sine DEI, & nihil aliud curan-  
dum suscipiamus, prius quam cogitatione de DEO de-  
lectati sumus: velut scriptum est Psal. 76. Memor sui  
DEI, & delectatus sum. Neque corpus moveamus  
ad orationem, priusquam faciamus quod dictum est  
Psal. 5. Ad te orabo Domine, mane exaudies vocem  
meam: mane astabitis &c. Et infra: Ceterum com-  
pleto die gratiarum actio fiat de his, quæ in ipsa data  
sunt nobis, aut rectè facta. Ecce apud Basilium rati-  
onem, ob quam non obstantè communi de je-  
gi oratione consilio, oportuit certas horas desi-  
gnari: & unam manè, alteram vespere opportu-  
nas censeri.

Determinata etiam sunt prædictæ orationis  
tempora; & cautum, ut omnes simul ad ora-  
tionem conveniant, propter magnum emolumentum,  
quod ex multorum societate solet provenire.  
Nam sacra Scriptura divinitus traditum est  
Eccles. 4. Si dormierint duo, sivebuntur mutuo: unus  
quomodo calefiet? Ad hoc igitur frigus respicientem.  
Eccles. 4.

Ccc 2

dum,

dom, ac spiritum accendi, qui solitariè orantem sepe solet invadere, propulsandam, nihil aptius, quam ut duo foveantur mutuo: & quo plures fuerint, eo etiam magis calorem auget, & multiplicari necesse est. Sic enim videmus, viridem adhuc stipitem inter alios ad dentes carbonem eadem illorum flamma faciliè comburi. Sic profus nobis evenire solet: nam separatim orantes, frequentius languemus: aliis autem hominibus orationis ardore incensis permixti, illorum exercitiis nullo labore incalescimus: & ob eam causam, inter alias, communis est inter nos in duobus illis designatis temporibus oratio.

Præterea orationem mentalem maximè juvat vocalis (ut supra Cap. 7. de Horis Canonicis monstravimus) hæc autem in nobis ita exercetur, ut cum liberum esset in canendis Horis, suaviorem concentum eligere, sine modulatione tamen aliqua simplicissimus quidam psallendi modus institutus sit: quod & orationi, & penitentium statui maximè congruebat, ut supra Cap. 7. ex Augustino tradidimus. Et tandem geminum quotidianumque conscientia examen ab omnibus, in Choro convenientibus, faciendum in nostris Constitutionibus statutum: quod itidem orationis fervorem, ne extinguatur, maximè juvat solet.

Ad secundum verò, quod carnis castigationem ac vitæ asperitatem concernit, reduci possunt ea omnia, quæ molesta & acerba, tam in victu & vestitu, quam in reliquis in Constitutionibus decernuntur. Hæc enim omnia ad jugem, atque indisruptam orationis perseverantiam tendunt, & ad perpetuam mentis ductur puritatem: de quo latius præfati sumus *Dubio tertio* nostrarum præfationum.

In primis igitur, nudis pedibus nostri Ordinis professores incedere debent, ita tamen, ut sandaliis uti liceat. Ac proinde caligæ, nisi necessitate itineris vel infirmitatis, ferri prohibentur. Præterea corporis indumenta, sive Religiosorum vestes fieri debent ex largia, quæ Hispanicè dicitur, *Saya*, *O*, *Xirga*, coloris gilei: & hæc stricta esse debere decernitur. Neque ulli permittitur aliam vestem ferre, aut possidere, præter habitum, & exteriorem tunicam, & interiorem ex stamena confectam.

Ad dormiendum insuper nulla ratione culcitris uti licet, sed omnes pro stramentis, corticibus arborum vel tabulis cum coopertoriis simplicibus vel duplicibus utuntur. Ultra quæ ad majorem corporis castigationem, omnibus anni diebus alternativè (excepta die Dominica) omnes in communi disciplinam accipiunt, quæ durat quandiu cum cantu dicitur Psalmus, *Miserere mei*, cum Antiphona, *Christus factus est pro nobis &c.* & tribus orationibus, nempe, *Protege Domine famulos tuos*: secunda pro Ecclesia: & tertia tandem pro Rege, scilicet, *Quasumus omnipotens DEUS, ut Rex noster Philippus*. Quæ disciplina communis ita inviolabiliter fit, ut non nisi paucissimis, intra annum diebus, intermittatur. Quibus addo id, quod quotidie in Refectorio post cenam vel collationem omni tempore fit, cum vel zelator aliorum culpas publicè deregit: vel ipsi Fratres, nemine compellente, suas coram omnibus confitentur: ubi etiam pro earum castigatione frequenter à Præsidente publica corripuntur penitentia.

Constitutionibus etiam nostris districtè cavetur, ne quis in cella sua aliquid particulare, præter id, quod omnibus concessum est, habeat: & sic nec unum quidem pomum, etiam Prælati in cella reservare, sine magna pena licet. Cellam etiam suppellex simplex & pauper omnibus tribuitur: ut, ut supra Cap. 1. alium & aliquos libros, quos è communi Bibliotheca acceptos habere solent, qui studiis vacent; & unam vel alteram imaginem, neque ulla alia utensilia inveniantur. Nec non in communi, præter paupertatem, quam Regula præcipit, iis etiam, quæ licitè habere permittum erat, ut sunt capellanis, & alii ex aliis causis redditus, Religio omnino renunciavit.

Et insuper humiles domus, & utensilia vilia possidentur, quæ æquè omnibus sunt communia. Adhuc autem in Refectorio mappæ omnino prohibita sunt: ubi communis mensa sternitur, tam Priori Generali, quam aliis, & æqualia fercula omnibus distribuuntur: neque in hac parte inæqualitas aliqua permittitur, nisi pro evidenti necessitate. Omnes etiam ad communia officia Monasterii, nullo excepto, nisi quæ necessitas eximit, per septimanam deputantur tam Prælati, quam subdii.

Denique cum Regula tantum præcipiat, ab Exaltatione sanctæ Crucis usque ad Dominicam Resurrectionis jejunare; Religio præter jejunia in aliis temporibus ab Ecclesia instituta, in omnibus vigiliis B. MARIÆ Virginis, in vigilia Corporis Christi, S. ELLÆ, & tribus diebus Rogationum, & in omnibus Feriis sextis per annum adjeicit.

Nec illud est omittendum, quanto cum rigore in abstinentia ab usu carnum procedatur, quanta distinctione silentium suis temporibus, & locis observetur: quanta cura peculiares inter Religiosos confabulationes, etiam aliis temporibus caveantur: & insuper, quam difficulter secularibus aditus ad alloquendos Religiosos pateat, ita, ut sine licentia, ad eorum colloquutionem minimè admittantur. Ob quam causam maximè Navarrus in *Consilio, consilio decimo de Regularibus*, Ordinem Carthusiensem commendat.

Hæc sunt, quæ Constitutiones nostræ supra *Cõstituta* id quod Regula continet, in asperitate vitæ & aliis supererogaverunt. Omitto nunc strictam obedientiæ vinculum, sine qua nec bibere utique licet: paupertatis arctissimam professionem, & alia asperiora exercitia, & Religiosas functiones, quæ ut in plurimum duriores, ac lenius repugnantes sunt.

Nolo hic referre eximia illa, & quamplurima supererogationis opera, in cœnobii nostris eremiticis fieri solita, quorum incolæ ad vivam præsentem videntur, in vitæ rigore & orationis assiduitate, aliisque virtutum heroicarum exercitiis Hilaciones, Onophrios, Macarios, aliosque eorum ætatis Eremitas & Anachoretas: de quibus cum S. Bernardo *serm. 4. in Psal.* Qui habitabat, dicere possumus: *Credo nullum his esse, qui, si quartam partem eorum, qua facit, in saculo adhiberet, non adoraretur, ut sanctus repudiaretur, ut Angelus.*

Atque Eremiticis nostris asceticis frequentantur; de quibus etiam legentibus nostris. Didacus JESU MARIA *lib. de Eremito Bolatque*, alisque in Hispania sitis Eremiticis nostris Asceticis.

Aperte ergo Chrysoſtomus in Timoth. Homil. 14. de monaſterio loquitur eſt dicens: *Verè doctus luciu ſunt Monaſteria, ubi ſaccus, cinis, ſolitudo, jejuniu, terra acubatio: ubi nullus riſus, nec ſecularium rerum turba: omnia pura à odore, ſanguine, tumultu, turbatione, &c.* Et cum idem in hoc ſtatu adeo multa auſtera aſperaque conſpiceret, univerſos Religioſos (merito) *Cruſifixos* appellandos cenſuit. Nec tamen nos tanta vitæ aſtutia & auſteritas deterreat, aut frangat. In hac enim Cruce, in hac ſolitudine, in hoc vivendi modo, licet in ſpecie aſpero & duro, quæ ſolatia, quæve gaudia inveniantur, ſolus novit, qui ipſa accipit. Nam ut Iſraelitis olim, cum ſiti laborarent, ſilices ipſi aquas concedebant; & ſi aliquando amariores aquæ occurrerent, ligno ſtatim immiſſo reddebantur vitæ inſtituto, licet interdum intuentibus aliqua ita gravia appareant, ut ſolo aſpectu deterreat: eadem tamen (cum in ulum verſa fuerint) non minus quam dulces aquæ delectant: ſitque divina providentia, ut aqua de petra, oleumque de ſaxo duſſimo educatur.

Accedit præterea divina gratia, quæ jugum hoc à facie olei, quod ab ea dimanat, facit computreſcere. Neque hic tamen finis. Nam dum ſpes illius vitæ & mercedis æternæ, quam ſibi quiſque proponit, attenditur; neceſſo eſt,

ut id ſentiamus, quod ſanctus Bernardus, qui omnes has corporis moleſtias & vitæ aſperitates ſemini comparat, in quo faciendo etiam ſi damnum aliquod ſequi videatur; inſipiens tamen eſſet, quæ ejus damni metu ſeminare deſiperet, cum multò majus ſit lucrum, quod percipitur. Ejus verba referam; Ait enim in Pſalmo; *Qui habitat, ſermone 10. Quomodo dicunt vobis carnales? Crudelis eſt vita veſtra: non parciſti carni veſtra. Eſto, non parciſti ſemini; in quo ei magis parere poteramus? An non melius eſt illi renovari & multiplicari in agro, quam in horreo putreſcere? ſic vos parciſti carni veſtra? Simus nos crudeles interim non parcendo: at vos plane parcendo crudeliores, ſiquidem etiam nunc caro noſtra requieſcit in ſpe. Hæc Bernardus. Cui optimè Auguſtinus de verbis Domini ſermone 9. ſubſcribit: *Quam facile (inquit) toleratur qualibet adverſitas temporalis, ut æterna pena vitetur, æterna requies comparetur! Hactenus Auguſtinus. Reſtat enim poſt hanc vitam illa vita & illa merces, quam oculos non vidit, nec auris audivit, & quæ in cor hominis non aſcendit; & tunc dabitur nobis pro cinere corona, oleum gaudii pro lactu, pallium exultationis pro ſpiritu mæroris, ut Eſaias Cap. 6. prædixit: & inſuper cum Patre, Iſaias 5. 6. & Filio, & Spiritu ſancto perfruamur æterna gloria.**

Amen.

F I N I S.





Sciendum, quod præter Thomam nostrum in Regulam ab Alberto Patriarcha Carmelitis traditam, complures eruditione pietateque eximii Commentarios scripserint, in quibus *S. Albertus Drepanita*, Siculo, *Guilielmus de Sanvico*, Syrus, *Ioannes de Bachone* Anglus, cognomento *Doctor Resolus*, Theologorum sui temporis Princeps, qui in sua mystica expositione Regulæ articulos cum SS. Virginis MARLÆ vita ac virtutibus comparat: *Philippus Ribottus*, Hispanus, *Sibertus de Beke* Belga, *Heliodorus de Cremona*, Italus, *Angelus de Salazar*, Hispanus, *Ioannes Soreth*, Nortmannus, *Hieronimus Gratianus & Didacus Coria*, Hispani, *Valerius Ximenez* Episcopus Algarensis, *Ioannes Baptista de Lezana*, & ex Discalceatis ven. P. *Ioannes à IESV MARIA*, Calaguritanus, *Franciscus à S. Elia*, cujus Commentarij supra pluries citavimus, *Emmanuel à IESV MARIA*, qui quatuor integros Tomos sub titulo *Fructus Carmeli*, in Regulam edidit Romæ ac Neapoli, *Nicolaus à IESV MARIA*, & *Jacobus à Purificatione Poloni*, & *Antonius à Spiritu sancto*, Lusitanus, Episcopus Angolensis Regni Congo, cujus Annotationes in Regulam non semel supra laudavimus, quæ extant in 2. part. *Directorij Regularium Tract. 3. Dissut. 6. Sect. 2.* quæ etiam nonnullos alios num. 462. juxta editionem Coloniensem, quæ Lugdunensi est auctior, laudat Regulæ Alberti Commentatores.

Post tot Regulæ hujus insignes Commentatores, aliosque non paucos præclaros ejus Encomiastes; post tot sæculorum decursum, quibus semper, ut *eximia sanctitatis norma* habita fuit; post toties repetitas summorum Pontificum illius approbationes ac confirmationes; post tot, tamque celebres, qui sub ea Deo militarunt, univèrsamque Ecclesiam illustrarunt, sanctos, prodit hoc nostro primùm tempore Neocriticus quidem Scriptor, qui illam velut *brevev nimis, improporionatam, insufficientem, maucam & mutilam* taxare, carpere & vilipendere præsumpsit: nec S. Augustini Regula ab illius impugnatione & vilipendiis planè immunis mansit.

Verum non est illi novum, neque mirandum, quod aliorum Religiosorum Ordinum, præsertim Carmelitarum Traditiones atque Historias, etiam à Sede Apostolica, sacraque Rituum Congregatione receptas & approbatas impugnare, carpere ac taxare non vereatur, cum nonnulla etiam à Romana & univèrsali Ecclesia ab immemoriali tempore, imo plurimis sæculis, recepta & asserta ipsa admittere renuat, cujus cum plura valeam, duo duntaxat hic exempla insinua- bo. *Symbolum S. Athanasii*, quod sub ejus nomine in Prima Dominicalis officij in univèrsa Ecclesia hæcenus recitatum fuit, non vult esse *S. Athanasii*, sed nescio cujus ignoti Authoris: *Libros S. Dionysii, Arcopagiti de Ecclesiastica Hierarchia*, qui hæcenus sub ejus prodierunt semper nomine, de quibus sic loquitur Romanum Breviarium in lectionibus 2. Nocturni festi ejus S. Dionysii, *libros scripsit admirabiles ac plane caelestes de divinis nominibus, de caelesti & Ecclesiastica Hierarchia & c. hoc ipsum, non pauci è SS. Patribus, in quibus est S. Thomas Aquinas, etiam tradidè- re: ipse autem his non obstantibus, absolutè negat S. Dionysium eorum esse autho- rem. Carmelitanam Regulam ab ejus injuriis tuendam suscepit quidam hujus Ordinis Alumnus, insigni Tractatu Colonia excuso Anno 1682. sub hac inscriptione: Heroica Carmeli Regula, à SS. DEI Propheta ELIA vita & exemplo tradita: ab Hierosolymitanis Patriarchis IO ANNE & ALBERTO conscripta: à cuiusdam scriptoris vilipendijs vindicata, per R. P. Valentinum à S. Amando, ejusdem Ordinis Historiographum, ac quondam Sac. Theolog. Professorem.*